



# BULLARII ROMANI

## CONTINUATIO

**SUMMORUM PONTIFICUM**

CLEMENTIS XIII. CLEMENTIS XIV. PII VI.
PII VII. LEONIS XII. PII VIII.
ET GREGORII XVI.

CONSTITUTIONES, LITERAS IN FORMA BREVIS
EPISTOLAS AD PRINCIPES VIROS, ET ALIOS
ATQUE ALLOQUUTIONES COMPLECTENS

QUAS COLLEGIT

USQUE AD PONTIFICATUM PII VIII.

**ANDREAS ADVOCATUS BARBÈRI**

CURIÆ CAPITOLII COLLATERALIS
ADDITIS SUMMARIIS, ADNOTATIONIBUS, INDICIBUS

OPERA, ET STUDIO

**RAINALDI SEGRETI I. C.**

---

**TOMUS DECIMUS QUARTUS**

CONTINENS PONTIFICATUS


# PII VII.

**ANNUM DECIMUM SEPTIMUM AD OCTAVUM**





**ROMÆ**
EX TYPOGRAPHIA REVERENDÆ CAMERÆ APOSTOLICÆ
**1849.**



# INDEX
# RUBRICARUM
## OMNIUM CONSTITUTIONUM
### QUÆ
### IN HOC TOMO CONTINENTUR
# PII VII.



## ANNO XVII.

DCCI.



DCCII.



DCCIII.



DCCIV.



DCCV.



DCCVI.



DCCVII



DCCVIII.



DCCIX.



DCCX.



DCCXI.



DCCXII.



DCCXIII.



DCCXIV.



DCCXV.



DCCXVI.

DCCLIII.



DCCLIV.



DCCLV.



DCCLVI.



DCCLVII.



DCCLVIII.



DCCLIX.



DCCLX.



DCCLXI.



DCCLXII.



DCCLXIII.



DCCLXIV.



DCCLXV.



DCCLXVI.



DCCLXVII.



DCCLXVIII.



DCCLXIX.



DCCLXX.



DCCLXXI.



# INDEX VOCABULORUM

## INITIALIUM

# OMNIUM CONSTITUTIONUM

QUÆ

## IN HOC TOMO CONTINENTUR



## A



## B



## C



## D



## E

# PIUS VII.

## ANNO DECIMOSEPTIMO



DCLVIII.

Dat. die 26 martii 1816. anno XVII.

Confirmatio constitutionum pro societate puellarum Charitatis juxta leges a sancto Vincentio a Paulo statutas erecta in regno Hispaniarum.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Procemium

§. 1. Misericordiae studium divini patris coelestis exemplo, sanctissimisque Salvatoris Nostri praeceptis tantopere commendatum veros Ecclesiae filios eo incendit igne charitatis, ut animam lubenter ponentes pro fratribus suis, cupientesque pro iis impendi, ac superimpendi, plenitudinem legis, quae in dilectione est, probe assecuti dignoscantur. Hoc dilectionis spiritu renovatam contemplamur faciem terrae, quo nimirum eam humanae infirmitatis inter unius corporis membra communionem ex coelesti dispensatione nanciscuntur, ut ideo diversis homines conflictari molestiis infinita Dei justitia permiserit, ut et miseros pro patientia, et misericordes coronaret pro benevolentia. Dilectione hac, quae fortis ut mors est exardescens sanctus Vincentius a Paulo, indutusque, sicut electi Dei, viscera misericordiae, curam aerumnosorum omnium, ac praecipue aegrotantium suscepit impensissimam, eosque personam agere Christi considerans omnibus officiis complecti, modis omnibus illos juvare proprium sibi munus adscivit: quin etiam cum videret nec ad omnes ubique in tribulatione positos, nec ultra praefinitum sibi vitae cursum operam, studiumque suum posse protendere, coetum instituit puellarum, quas a Charitate nominavit, quaeque levantes se supra se, et sexus imbecillitatem in prodigum charitatis, et fortitudinis convertentes, ad juvandos, alendos, sustentandosque homines ope egentes se se mirifice devoverent. Collaetata est Ecclesia tantis ditata triumphis, totque inclytas filias gratulatur Sion post sancti patris vestigia currere viam charitatis, perennem ex suis virtutibus quasi cinnamomum aromatizans odoris suavitatem undequaque efferentes. Hoc plane novit carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus Hispaniarum rex catholicus, et pro ea, qua praestat religione, ac singulari in salutem populi sibi concrediti sollicitudine utilissimam hanc puellarum Charitatis societatem, quam carissimus pariter in Christo filius Noster Carolus ipsius parens augustus providentissime advocarat, e suo munere censuit vehementius promovere: datisque idcirco per dilectum filium equitem Antonium Vargas y Laguna suum apud Nos, et apostolicam Sedem plenipotentiarium administrum enixis precibus a Nobis efflagitavit, ut necessariam roboris, ac firmitatis vim novo huic saluberrimo instituto juxta constitutiones ex ejus jussu a venerabili fratre Francisco Antonio patriarcha Indiarum concinnatas apostolica tribueremus benignitate. Superabbundavimus gau-

dio, perlegentes allatas preces, quibus adeo locnlentum filialis in Nos, et sanctam Sedem observantiae, devotionis, ac fidei praebebatur testimonium; Deoque benediximus patri totius consolationis, qui dedit regi cor docile, animumque excelsum, et magnum ad faciendas justificationes suas. Preces, et constitutiones praedictae sunt sequentis tenoris videlicet.

*Beatissime Pater*

Preces porrectae a rege Hispaniarum pro consequenda approbatione erectionis monasterii sub novis legibus

§. 2 Ex quo, divina opitulante pietate, in regnum nostrum denuo sumus regressi, omnibus, quibus potuimus viribus in iis, quibus juvari, ac solari misera et infirma humanitas posset, inter alia incumbere non cessavimus. Cum enim paternum nostrum animum latere non potuerit, quibus laceratum vulneribus, quibusque lacessitum malis, regnum ipsum Nostrum tuto illo temporis spatio, quo hostilium armorum strepitu, ac vi est impeditum; regalis dominii Nostri a Deo O. M. concessi praecipuas esse partes putavimus infirmorum omnium saluti tam spiritualibus, quam corporalibus remediis providere. Statim igitur, ac per tempus Nobis licuit in hospitalium xenodochyorum, omniumque domorum infirmorum levamini destinatarum statui cognoscendo institimus. Cumque jam ab ipso patris Nostri, filiique vestri carissimi Caroli tempore statutam in hac Matritensi urbe comperissemus quarumdam piarum feminarum, quas Charitatis sorores appellant, praeclaram congregationem, quaeque in regulis sibi a sancto Vincentio a Paulo, dignissimo suo fundatore traditis, ac etiam ex vi sui instituti infirmis omnibus tam in hospitalibus, quam in privatis domibus existentibus praesto esse debebant, eisque ministrare, inservire, ac famulari; nos rem hanc a suis primordiis degustare cupientes, simulque optantes sororibus iis Charitatis regale nostrum patricinium elargiri, per dilectissimum nobis Oriolitanum episcopum, Indiarumque patriarcham tam de ipsarum sororum Charitatis in hanc urbem Matritensem primo adventu, de sui instituti legibus, de interni, ac externi ipsarum regiminis oeconomia, deque omnibus officiis, in quibus ex suscepto instituto versari deberent, certos fieri decrevimus, nec non et de ipsarum in duas communitates divisione, una vicario generali congregationis sancti Vincentii a Paulo subjecta, altera cardinali archiepiscopo Toletano submissa. Adfuit sine mora mandatis nostris ipse Indiarum patriarcha; voluntatique nostrae in omnibus sedulo obtemperans, postquam rem hanc maturo examine inspexit, nobis retulit, praedictas Charitatis sorores, quae vota quotannis emittebant in manibus delegati a vicario generali congregationis clericorum s. Vincentii a Paulo in urbibus Reus, Lerida, et Barbastro vulgo appellatis, ubi antea cum suis respectivis communitatibus degebant, sui instituti propagandi desiderio semper incensas, in hanc Matritensem urbem venisse, regis consensu, et a piis nobilibus matronis vocatas, in eaque suum domicilium ab anno millesimo octingentesimo secundo sub ipsorum clericorum congregationis s. Vincentii a Paulo obedientia habuisse, miseris infantibus expositis pro tunc curae praestandae adstrictas. Notum denique nobis fecit ipse Indiarum patriarcha, Carolum regem, patrem nostrum, filiumque vestrum, harum Charitatis sororum in hanc urbem adventum, maximo cum animi sui gaudio excepisse; quippe qui probe noverat quanti esse possent solatii, ac juvaminis eae sorores miserae, ac infirmae humanitati. Quapropter nulla temporis interjecta mora piarum harum feminarum societatem modis omnibus fovere constituit ipse rex Carolus: atque in primis sorores ipsas sub augustae suae tutelae, regalisque patrocinii umbra repositas voluit. Consequenter ipsis domum in qua commorari commode possent, redditus annuos, quibus suae substentationi providere possent, ministros item sacros, qui quotidie in earum oratorio missas celebrarent, quique earum confessiones audirent, ac denique inservientium suppellectilem, qui ipsis sororibus famulari in omnibus possent, amplissima manu clargitus est. Utque haec praedictis sororibus ab ipso rege Carolo praestita beneficia perpetuis infixa radicibus manerent, easdem continuo praemonuit, ut si in posterum re-

galis suae munificientiae perfrui vellent favore, prius tamen se ipsas rujusdam scripturae publicae a rege ipso Carolo, atque ab ipsis sororibus facieudae robore constrictas profiterentur, sicque fieret, tam regem ipsis sororibus in praedictis donis elargiendis, quam ipsas sorores in sui instituti muneribus exequendis mutuo, ac reciproco contractu obligari. Voluit propterea rex Carolus, sorores ipsas (in quibus nulla inerat uniformitas et concordia circa subjectionem, et directionem patrum congregationis sancti Vincentii a Paulo) omnino subiici, pacis, et verae unitatis causa, jurisdictioni archiepiscopi Toletani, ita ut nulla deinceps ipsarum a clericis congregationis praedictae tam in spiritualibus, quam in temporalibus esset dependentia, supposita tamen, ut reor, apostolicae Sedis anctoritate.

Exponitur qua de causa plures ex veteribus sororibus eorum assensum novae reformationi praebere recusaverint.

§. 3. Placido jucundoque consensu haec accepta fuere a majori ipsarum parte. Quaedam vero earum fortiter respuerunt eo praecipue ex capite, quo se ab obedientia, ac jurisdictione clericorum sancti Vincentii a Paulo subtractas minime velle dixerunt. Contendere namque statim caepere se in manibus clericorum ipsorum vota religiosa usque tunc quotannis emisisse, eisque, et non aliis obedientiam promisisse, ac per consequens se clericis congregationis memoratae, minime vero archiepiscopo Toletano subjectas esse velle. Cumque ex hac opinandi differentia inter ipsasmet sorores quaedam etiam affectuum disjunctio, nec non mutui amoris divisio esset exhorta, sanioris consilii nobis praestiti visum fuit, rem hanc concillare domorum, in quibus habitare possent, et munerum quibus se se exercerent, separatione. Qua propter aliae illarum, idest quae continuatam ad clericos praedictos subjectionem expetebant, expositorum parvulorum, seu domus inclusae vulgo nuncupatae famulatui in hac urbe Matritensi dicatae sunt: aliae vero, idest quae archiepiscopo Toletano se subdere cupiebant, puellarum praesertim pauperum instructinni semetipsas mancipaverunt, et quidem adeo fructuose, ut vel ipsae primariae hujus Matritensis urbis auctoritates filias suas sub earum magisterio instituendas, ac efformandas collocaverint. Neque tamen ob hoc occupationis genus a propriis, peculiaribusque sui instituti officiis destitere eae ipsae sorores. Etenim cum ex instituti legibus puellarum pauperum in suae paraeciae terminis degentium instructioni addictae sint, aliundeque tum bellorum strepitu, tum rerum publicarum perturbatione, tum temporum nuper actorum calamitate omnibus ad suum victum necessariis auxiliis caruissent, nihil a suo instituto alienum se facturas putarunt, si ad vitae suae meram substentationem adquirendam puellarum tam pauperum, quam nobilium instructioni semetipsas dicarent. Quod certe uti jam supra diximus maximo cum puellarum omnium proventu, executae sunt, expectantes etiam adfuturam aliquando aptissimam illam diem, in qua non puellarum modo instructioni, sed et infirmorum sibi semper carissimorum saluti procurandae incumbere possint. Haec sunt, Beatissime Pater, quae nobis hac super re ipse Indiarum patriarcha retulit. Nunc vero cum hae ipsaemet sorores, quae huc usque puellarum publicae instructioni insudarunt, totis desideriis concupiscant praedicto Indiarum patriarchae in omnibus subiici, et sub regalis nostrae potestatis tutamine absque ulla omnino a presbyteris congregationis sancti Vincentii a Paulo dependentia ac subjectione manere vehementer exoptent; nos in quantum possumus has ipsas sorores Charitatis, de quibus praesens sermo est, juvare, fovere, ac solari cupientes, vestrae Sanctitatis Sedem adire putavimus, ab eaque suppliciter petere.

Facultates imploratae a sancta Sede in beneficium novi instituti.

§. 4. Primo » Domum in qua praedictae sorores Charitatis habitent noviciatus titulo insigniri, ac erigi posse «Secundo» Sorores in hac noviciatus domo commorantes vivere debere juxta tenorem regularum, legumque omnium, quae iis nostris precibus committantur, quasque vestrae supremae Sedis judicio submittimus « Tertio» Nullam aliam noviciatus domum in aliis Hispaniae nostrae provinciis posse erigi praeter hanc in hac Matritensi urbe erigendam » Quarto» Omnes quasrumque feminas, quae hoc institutum amplecti

velint, nulla alia nisi in hac novitiatus domo, aut habitum sororum Charitatis suscipere, aut vota suo instituto adnexa emittere ullatenus possint. Quinto» Sorores omnes Charitatis, quae successu temporis in caeteras Hispaniae Nostrae provincias ob sui instituti amplificandi desiderium venire cupierint, ex hac solummodo novitiatus domo et non ex alia exire posse « Sexto» Aliquas ex illis Charitatis sororibus, quae nunc in Cathalanniae, atque Aragoniae provinciis commorantur, quaeque illic sua religiosa vota emisere primitus, posse sese (si voluerint) a jurisdictione, et directione clericorum congregationis s. Vincentii a Paulo se subtrahere ante completum annum a voto peracto, in hanc novitiatus domum absque ullo impedimento transferre, et patriarchali jurisdictioni subjicere, non obstante obedientiae voto per annum emisso, et non expleto, supposita tamen suae translationis justa causa ab ipso Indiarum patriarcha cognoscenda « Septimo» Eam novitiatus domum, quam caeteras in regno extantes, ministros etiam, tam in spiritualibus quam in temporalibus ipsis sororibus inservientes, dummodo congruam ad vitam ex ipsius domus redditibus substentationem percipiant, sic subjici jurisdictioni, regimini ac cognitioni ipsius Indiarum patriarchae, et successorum, qualiter sunt collegia puellarum beatissimae virginis De Loreto, et sanctae Elisabeth nuncupata » Octavo tandem » Vestram Sanctitatem huic novitiatus domui paternam suam, largamque benedictionem concedere dignari sororibus ipsis aliqua spiritualium gratiarum beneficia de vestrae plenitudine potestatis elargiendo. Haec sunt pro nunc, Beatissime Pater, quae a vestrae Sanctitatis piissima manu in favorem ipsius novitiatus domus, ac ipsarum Charitatis sororum, quae ad ipsa pertinere debebunt expostulanda putavimus, sperantes certe in Domino hanc sororum Charitatis novitiatus domum gravissimam Deo O. M. nec non humanitati infirmae, ac denique publicae puellarum omnium instructioni perutilem, ac benificentissimam futuram. Adesto igitur votis nostris, Beatissime Pater, tuamque apostolicam benedictionem nobis utpote amantiori vestro filio in Domino largire. Matriti die quinta novembris anno millesimo octingentesimo decimo quinto «

CONSTITUTIONES PRO SOCIETATE PUELLARUM CHARITATIS JUXTA LEGES SANCTI VINCENTII A PAULO IN REGNIS HISPANIARUM ERECTA.

§. 3. Cum necesse omnino sit, ut statis quibusdam legibus universitas quaelibet regatur, quibus homines, qui in ea sunt, in officio contineantur, operae praetium visum est, leges constituere, quibus societas puellarum uteretur, quae titulo Charitatis Matriti, aliisque in Hispaniarum civitatibus ad summum reipublicae atque indigentium cumprimis, aerumnosorumque bonum ex indulgentia beneficentissimi principis coaluere. Carebant eae siquidem scriptis constitutionibus, ac nonnisi ex quibusdam sanctissimi auctoris, et parentis Vincentii a Paulo monitis, praeceptisque suam vivendi, agendique rationem moderabantur. Quod quidem cum minus commode in societatis perfectionem tenderet, placuit hasce leges colligendas esse ex sancti patris institutis, consiliis, scriptisque depromptas, quas proinde veluti viva patris sanctissimi voce sibi traditas, diligenter perlegere, addiscere, ac servare connitantur eae omnes, quae in eam societatem cooptantur. Dulcia sunt animae solatia, quae tibi mando: nam prosunt minime, nisi serves haec operando, veterum effatum est: illudque usurpare liceat ad eas in proposito confirmandas, quae charitatis operibus sese peculiariter devovere, eam demum accepturae coronam justitiae, quam reddet justus judex Deus, qui sibi factum dicit quidquid uni ex minimis ejus fecerimus in hoc saeculo.

Tenor constitutionum a societate puellarum servandarum.

*De ratione instituti*

De ratione instituti.

§. 6. Cum societas quaelibet rite adprobata, licet ad charitatis perfectionem et ad animae cum Deo unionem unaquaeque dirigatur, suis tamen peculiaribus mediis pro instituti ratione in eumfinem feratur; id et de puellis Charitatis curandum est, quae vitam activam ad proximorum commodum suscepere, ut nimirum iisdem in animae, et corporis necessitatibus opem ferant diligentem, et charitate plenam, omni plane terrena affectione, ac lucri, commodique spe abjecta. Late itaque patet id genus instituti, quod nedum ad servitium egenis aegrotantibus in nosocomiis, vel in propriis domunculis praebendum dedicatum est; sed et ad caeteras miserabiles personas, senes, nothos, parvulos, dementes, detentosque in vinculis, ope, consilio, cultu, studio apprime juvandos. Hisce vero muneribus quae tot sunt, tam varia, totque periculis referta, coactas se noverint puellae Charitatis, ut prae caeteris religiosis cura sollicitiori in propriam perfectionem incumbant, majorique custodia sensus contineant. Hinc ad ea praecavenda, quibus magis obnoxia sunt mala, silentio in primis studeant; integerrimam animae, et corporis puritatem quaerant; nullo se sinant in creatas res affectu abripi; praesentiam divini sponsi assidue in mente habeant, forti demum, constantique animo jurgia ferant, contumelias, calumnias, contemptus, Christi Jesu exemplo roboratae, cujus humilitatem, et patientiam sibi imitandam proponant, divinam voluntatem venerantes, ipsiusque placito unice exequi contendentes.

*De summo societatis moderatore*

De summo societatis moderatore.

§. 7. Qui amplissima patriarchatus Indiarum dignitate praefulgebit, summus societatis moderator adlectus est: ei proinde puellae Charitatis obedientiam praestabunt, venerationem, observantiam, quod etiam vota annuatim referentes, ipsi publice pollicebantur die vicesima quinta martii. Ipsius autem erit, puellas in novitiatum cooptare, justaque cognita causa eas etiam admittere, quae alibi, atque sub aliena jurisdictione degentes in hanc velint societatem commigrare. Puellarum regimen ipse tribuet ecclesiasticis viris, qui pietate, prudentia, doctrina commendentur: curabit puellas identidem de assumptibus obligationibus monere, tum ad constantiam et charitatem cohortari, tum afflictas erigere, nutantes solari, omnes in officio continere. Omnia ad ipsum referantur, si quid incomodi, vel dubietatis, aut gravioris negotii in societatis novitiatu, aliisque ipsius domibus contigerit, ut pro facultatum ratione opportuna decernat remedia.

*De votis*

De votis.

§. 8. Quatuor sunt vota a puellis Charitatis emittenda, obedientiae nimirum, castitatis, et paupertatis, nec non adsistentiae corporalis et spiritualis erga egenos aegrotantes. Ea non sunt solemnia, sed simplicia, quae dicunt; religiosissime tamen servanda sunt, usque ad diem vicesimam quintam martii, qua in annos singulos ipsa renovantur.

*De obedientia*

De obedientia

§. 9. Memores puellae Charitatis voti, quod nuncuparunt, obedientiam praebeant promptam ad exequendum quod sibi imperatum sit. Illum vero perfectiorem obedientiae gradum tantopere commendatum, quo scilicet voluntatem, affectionem, imo et intellectum et judicium sub obedientia captivamus, studeant adipisci, ut ita se se integre immolantes sacrificium longe gratius offerant Deo. Moderatores sibi regendis praepositos a summo societatis praeceptore, veluti pastores, ac parentes, tum confessarios, aliosque

presbyteros, seu saeculares, seu regulares honore debito prosequantur, obedientia, observantia. Id et cum caeteris coetibus exequantur, eorumque praesidibus, rectoribus, curatoribusque, eaque semper quaerant conficere, quae domui expediant, neque hisce legibus adversentur. Quod si praecepta absona ab hisce constitutionibus imponi sibi cognoverint, modesto, humilique sermone a conscientia id se vetari ingenue fateantur, domusque praepositam adeant, si dubitationi locus sit, et ad ipsius voluntatem acquiescant. Si vero ipsa quoque dubitandi causam nanciscatur, in consilium adsciscatur soror adsistens, et tres ad minimum sorores ex antiquioribus, et juxta plurium placita negocium definiatur. De eo tamen illico summus societatis magister audiatur, et juxta ipsius mentem res conficiatur.

*De castitate*

De castitate

§. 10. Nihil antiquius sit puellis Charitatis, quam votum castitatis servare, quippe quod fundamentum est societatum virginum electarum. Agnoscant statum suum, agnoscant locum, agnoscant propositum, inquiebat Hieronymus (cap. III. ad filium imperatoris Mauritii) modestia, sobrietas, continentia, mortificatio, et virtutes omnes in iis resplendeant. Nihil nisi grave, moderatum, ac religione plenum praeseferant in vita, in moribus, in institutis, in sermone, in vestitu, in habitu ipso oris, atque vultus. Sancta sit, ac pietatem dumtaxat, et verecundiam sapiat ipsarum conversatio. Scurrilitatem, ac levitatem fugiant: laicis familiarius uti, cum ipsis ludere, cacchinari, jocari, otio desidiaque tabescentes, piaculi loco iisdem sit. Neque ex necessitudinis ratione, vel spiritualis instructionis praetextu, aliave id genus causa familiaris, et crebior cum personis saeculi consuetudo permittenda est. Adactae ex instituti legibus ad vitam traducendam in saeculo, Christi bonum odorem ferant ubique, ita ut gravem, severam, et sanctam ipsarum disciplinam mirentur omnes qui foris sunt, nullusque audeat verbum malum dicere de ipsis, otiositatem, quae summam semper docuit malitiam, detestentur: silentium servent quo diligentius poterunt. Aviculas, simias, psittacos, catellos, aliasque bestiolas quibus et vanitas, et otium, et leviores quaedam affectiones foventur, secum habere nefas sit. Puella Charitatis, quae de conjugali statu capessendo cogitet secreto rem aperiat moderatrici aedis, quae illico moneat praelatum, ut ea qua par est prudentia, e societate puella ipsa secedat. Si secus ab ipsa negotium agatur, illico pellatur ab aedibus societatis absque spe veniae.

*De Paupertate*

§. 11. Puellae Charitatis pauperibus ministrandi curam suscepere: omni itaque terrenarum rerum affectione seposita pauperes spiritu sint oportet, ut conformes fiant imagini filii Dei, qui in egestate nasci voluit, et in egestate decessit non habens ubi reclinaret caput suum. Haec prae caeteris societatis lex sit. Habeant quae ad victum, cultumque pertineant, sed humilitatem ubique praeseferant, paupertatemque. Omnia inter ipsas communia sint, nihilque habeant singulare, adeo ut quidquid earum cuilibet datum, donatum sit, non nisi ab aedis praeposita recipi, atque distribui possit inter sorores. Ipsa autem graviores perpendat sororum necessitates, non gradum, non antiquitatem, ad res quaslibet iisdem tradendas. Praeposita domus pari ac caeterae sorores victu, ac vestitu utatur, et supellectili, cultuque, imo inferiora se adhibere, ut aliis exemplo sit, haud pudeat. Praeter ea, quae vere necessaria sunt in sororum conclavibus, cellisque nihil aderit aliud. Cuncta quippe in officinis, vel penes curatricem domus, custodienda sunt, ut ex auctoritate superiorissae absque personarum acceptione distribuantur, quibus opus est. Sericos, nobilioresque habitus induere vetantur puellae Charitatis, sed viliori amictu utantur nigri coloris, nihilque gestent, quod saeculi delicias, luxumque redoleat: item coronam cum Christi Crucifixi simulacro pendentem ferant e nigro cingulo. Cum domi sunt album palliolum ad pe-

De paupertate

ctus adhibeant. Cubilia, ac stragula munda sint: circa lectulos cortinae albae, stramen item, culcitras ac pulvinos lana sarcitos, nec non lintea, et indusia e tela habeant sorores pro temporum, locorumque ac necessitatum varietate. Margaritas, aurum, argentum, pretiosa numismata, annulos, armillas prohibentur tenere. Cochlearia argentea dumtaxat ad munditiem permittuntur. Sorores meminerint, nihil sibi quaeritandum esse, nihil renuendum, nihil inter se invicem dandum, nec mutuo accipiendum. Id et circa eos qui foris sunt, cautum sit, licet voluntarie aliquid offeratur a parentibus, curatoribus locorum, praesidibus, sed implorandus semper erit antistitae consensus. Multo minus liceat sororibus necessitates suas saecularibus personis patefacere, verum praepositam potius moneant, si quid sibi necessarium sit, ipsisque erit iisdem omni cura, et sollicitudine consulere. Bona stabilia, fundi, agrive comparari nequeant, nisi ex auctoritate summi societatis praeceptoris, qui de evidenti aedis utilitate inquiret, et de negotio mature decernet in scriptis. Hinc si de aede quapiam constituenda res sit, praefinitis, quae necessaria sunt ad sororum victum, cultumque, antistita recipiet pactam pecuniam, rationem de eadem redditura praelato praeceptori dumtaxat, non vero aliis quibuslibet praesidibus, oeconomis, congregationibus. Domus tyrocinii fundos habebit, ac bona, ut novitiae, ac postulantes ibidem alantur ad societatis munera regulasque instituendae. Id et in domibus liceat, quibus orphanae puellae, vel filiae miserabilium personarum morantur religioni, ac bonis artibus a puellis Charitatis instruendae; praefinita per praelatum pro iisdem annua pensione. Caeterae domus, quibus degent sorores, vel locato acceptae sint, vel ad nosocomia ex proprietate spectent, aliosque pios coetus, ut vel inde paupertas dignoscatur puellarum Charitatis, quae mortificationem ubique praeferre debent Jesu Christi.

*De servitio infirmis praestando*

§. 12. Cum nequeant puellae Charitatis ad perennem clausuram servandam voto sese adstringere, illud emittent, quo polliceantur pauperibus, et aegrotantibus ministrare pro instituti ratione, ipsorum animis corporibusque maxima, qua possunt charitate, diligentia, ac sedulitate curandis. De servitio infirmis praestando.

*De rebus in dies singulos agendis*

§. 13. Hora post mediam noctem quarta ad campanae sonitum surgent e lecto sorores, carnis ad extremum judicium resurrectionem volventes animo. Post signum crucis diligenti modestia vestibus se se induent, ac non nisi iis indutae a cubiculo prodibunt. Genuflexo se se signantes aqua benedicta adorabunt Dominum, gratias eidem peragentes, quod ad principium diei ipsas benignus fecerit pervenire. Post breve conscientiae examen, ac salutaria proposita de crebrioribus defectibus omnino vitandis preces recitabunt pro matutinis horis praescriptas. Hora quarta cum dimidio perlecto capite meditationis in eadem perstabunt usque ad horam quintam cum quadrante, et tunc rosarium recitabunt, quo completo usque ad horam sextam in orationem denuo incumbent. Tuncvero praefecta domus salubri exhortatione adsidnam Dei praesentiam inculcabit, fidem, ac studium in divinis placitis exequendis, nec non in bonis operibus perseverantiam. Hinc in silentio ad sua quaeque munera secedet, donec audiendi sacri tempus adsit, quod hora septima erit ut plurimum. Sumant postea jentaculum, parum quidem pro paupertate, quam vovere. Erit autem praepositae facultas ipsum augendi diebus per annum solemnioribus, vel quando quis obsonium dono dederit. Suis deinde officiis adlaborabunt sorores usque ad horam undecimam cum dimidio, qua convenient ad prandium. Conscentiam aliquo temporis spatio examini subiiciant, ac vota, consilia, justaque proposita confirmabunt. Hinc peracta ab antistita benedictione ad mensam accumbant. Comedentes sorores eam auscultent, quae librum leget e sug- De rebus in dies singulos agendis.

gestu a patre spiritnali disignandum Bis in mense hae constitutiones legendae erunt, peculiaresque praescriptiones instituti, quae in tabulis sint relatae. Si eo tempore signum datum fuit ad Mariam virginem meridie salutandam interrupta lectione statae ad ipsam precationes fiant. Post gratiarum actionem ad integram horam recreandis animis jucundiores, festivosque sermones instituent, manibus opus aliquod perficientes. Caveant tamen, ne in scurriles ineptias, vel minus decoras, honestasque progrediantur, vel perperam de caeterorum personis, familiis, ac patria obloquantur. Omnia quippe in charitate facienda sunt, eaque in omnibus praeluceat. Secunda post meridiem hora, dicto hymno *Veni creator Spiritus* fiat ad horam lectio spiritualis, quam attente auscultabunt omnes, quae interim labori manuum insistent. Pari studio audient praepositam domus utilioribus monitis easdem compellantem, ejusque dicta conservabunt conferentes in corde suo. Hora tertia genuflexo post antiphonam *Christus factus*, adorabunt filium Dei pro salute hominum pendentem a ligno Crucis, saturatum obbrobriis, ejusque sanguinem precabuntur, pro iis qui in agone vitae sunt, et pro animabus, quae piacularibus flammis cruciantur in praesens. Ad munera tunc temporis propria quaeque soror revertetur. Si quae soror per illas horas alibi extiterit, sin voce, animo saltem eas preces recitet. Hora quinta cum dimidio iterum ad orandum accedant usque ad horam sextam, qua post disquisitam conscientiam caenatum ibunt. Post congruam animi relaxationem hora octava conveniant ad precationes, adstante antistita ipsa, vel sorore adsistente. Hinc duo capita proximo mane meditanda perlegentur. Diebus sabathi, vel in pervigilio solemuiorum festivitatum evangelia recitabnut, quae genuflexo auscultabuntur a caeteris. Quaeritet antistita, seu adsistens de lectione audita, et digniora notata enucleentur. Hisce peractis ad cellas secedant, ac brevibus precationibus veritatis, sanctiorihos cogitationibus inteutae, petant cubile, ita quidem, ut hora nona in lecto jaceant, extincto lumine. Dominicas dies, ac festivitates, quas ex praecepto nuncuparunt, excepto manuum labore, iisdem spiritualibus exercitiis vacabunt, ac sacramentis rite suscipiendis, tum ad conciones, cathechesim, pias lectiones, rudimenta fidei animum adjungent, ut et virtutibus praeclaris addiscendis, et ignaris edocendis utiliter adlaborent. Choreae scaenicorum, joci, aliave id genus nullo praetextu fiant. Haec tamen quotidiana exercitia, nec non caetera, quae aduotavimus, ea ratione peragantur, ut quod finis instituti est, pauperum cura nihil inde detrimenti capiat. Hinc quae dictis horis aegrotantibus adstitere illico suppleant, ubi commodum sit, quae omiserant. Haec vero ab auctoritate pendeant autistitae, vel patris spiritualis, quibos fas sit aliquid ex hisce praescriptionibus relaxare, ubi id justa causa postularit, quod tamen nonnisi perraro, et ex gravissima necessitate cum universitate fiat, silentium maximum servetur a secunda ad tertiam horam post meridiem, et a vespertina oratione ad septimam horam matutinam, qua ad sacrum convenient sorores.

*De domuum praeposita, seu antistita*

§. 14. In qualibet domo erit praeposita, quae eam moderetur: erit earum quaelibet obnoxia antistitae domus tyrocinii Matritensis, quae veluti natalis domus est caeterarum: eam idcirco consulant, si quid dubii adfuerit, eique referant de sororum vita, ac institutione, de domorum statu, de annualibus visitationibus, de electionibus, de muneribus, de rebus denique ad universam societatem spectantibus, de quibus a novitiatus antistita moneatur praesul moderator. Praeter sorores adsistentes celabuntur ceterae puellae de hisce relationibus, quas nonnisi sororibus adsistentibus patefaciet antistita novitiatus, ut earum consilio praesulem doceat de negotio. Id locum pariter sibi vindicat cum de domibus constituendis sermo est, aliisque majoris momenti negotiis. Cuilibet praepositae una adsistens erit: binae adstabunt antistitae novitiatus, praeter alteram praeficiendam domui, quae primum ex indulgentia principis constituatur. Prima De domuum praeposita seu antistita.

vice praelatus antistitam eliget, auditis secreto sororibus: deinceps eligendae praepositae jus est penes puellas. Aetas ad id muneris sit saltem quadraginta annorum, quorum orto ad minimum recenseantur post emissa vota. Praesul, vel alter ab eo delegatus sorores curet singillatim audire, cum aderit electionis tempus. Nulla honoris praerogativa antistita fruatur prae caeteris, cum debeat iisdem non gradu solum, sed humilitate cum primis, charitate, prudentia, praestare. Deficiente vel ex morte, vel ex abdicatione, vel alia causa praeposita domus suppleant adsistentes juxta antiquitatem admissionis. Post eas antiquior e sororibus adsciscatur ad regimen. Multo autem zelo, summaque prudentia polleat antistita novitiatus, ut societatis utilitatem gerat: pacem insuper in ipsa, concordiam, legumque executionem urgeat impense, ut cuncta recte, prospere, atque ad majorem Dei gloriam feliciter eveniant. De puellis habitum petentibus diligentissime inquirat, ut de ipsis cum sororibus adsistentibus decernat. De negotiis caeterarum etiam domorum certior fiat, qualia forent, dimoveri e loco sorores ordinem habentes, vel dimitti puellas e congregatione. Usus, et consuetudines, statutaque novitiatus ipsa exponet, ut ad novitiatus exemplum caeterae domus regantur. Sororum elenchus extabit penes ipsam, item locorum, quibus eaedem degunt. Lucerna ipsa erit super candelabrum posita, ut luceat coram omnibus, quae in domo sunt. Omnia suaviter, fortiterque disponat consiliis; ope juvabit sorores. Duriora quaedam poenitentiae opera prohibeat, quae sorores ab instituti officiis adimplendis praepediant. Sponsum ob oculos habeat, qui mites nos vult esse ac humiles corde. Qualibet feria VI. nisi vel dies festus sit, vel hebdomadae sanctae, ad capitulum vocabit sorores cui aderunt postulantes, et novitiae, quae tamen secedent, ubi de negotiis agatur, de quibus iis solum decernere datum est, quae professionem emisere. Domestica munera de consilio adsistentium, et patris spiritualis ad congruum tempus attribuet: quae oneris majoris sunt, haebdomadalia sint oportet. Nitorem domus, ac supellectilis; item mutuam inter sorores reverentiam; ut nihil indecorum, nihil inhonestum, nihil impolitum fiat, dicaturque, item silentium, ac quotidianas occupationes urgebit. Clausurae diligenti custodiae insistat, ut nimirum absque justa causa sorores non exeant, nec frequentiores, singularesque visitationes agantur. Crebro officinas inviset, ut nihil ibidem desiderari debeat. Aegrotantibus sororibus praesto sit, spiritualia ac temporalia auxilia iisdem praebeat diligentissime. Haec de iis etiam dicta sunt, quae caeteris domibus praeficiuntur: caveant, ne in officiis tribuendis, atque in spirituali societatis cura aliarum sodalitatum rectores, praesides, collegia, imo vel ipsi fundatores domorum aliquid juris sibi vindicent, cum munere dumtaxat antistitam debeant, si quid minus recte contingat: ea porro diligenter provideat, prout in Domino expedire censuerit. Redditibus exigendia, nec non mercedibus exsolvendis, atque universis aedis negotiis utiliter procurandis suaviter collaboret: pecunias in arcam mittat duabus clavibus occlusam, quarum una penes eam sit, altera penes seniorem ex adsistentibus. Inde necessaria singulis mensibus praebeatur pecunia ad sumptus quotidianos, qui in tabulas dati, et accepti referantur.

*De sororibus adsistentibus*

§. 15. Sorores adsistentes domus tyrocinii negotia tractabuntcum antistita, ipsiusque, si abfuerit, vel alio distenta, vices supplebunt, servata professionis antiquitate. Constitutionum et ipsae executionem urgebunt: sorores opportuna correctione afficient. Eodem munere et in aliis domibus adsistentes fungantur. Alteram ex clavibus arcae numerariae ipsae habebunt. Novitiis si quae sint instituendis adlaborabunt. Binae erunt adsistentes in domo novitiatus, una in caeteris per regnum domibus. De sororibus adsistentibus

*De sorore oeconoma*

§. 16. In qualibet domo ab antistita, a sorore adsistente, a patre spirituali soror eligatur, quae diligenter negotia illius procuret. Id muneris in novitiatu alteri ex adsistentibus per- De sorore oeconoma

petuo demandatum sit. Cuncta haec soror in tabulas referat, atque in librum dati, et accepti, necessarios cum primis sumptus, tum res a postulantibus inlatas, vel a noviliis, sororibusque, ut si a societate recesserint reddi iisdem possint. Item suppellectilem custodire, pretiosam praesertim, munditism, decorum, rectamque methodum quaerat; sororibus ad officia sibi concredita praebeat hilari, lubentique animo, quae necessaria sunt. Syngrapham, ubi sibi pecunia tradita sit, obsignabit, mercedibus, caeterisque ad victum, et vestitum sumptibus praesit, rationem mense quolibet de gesta procuratione redditura.

*De sorore obsonatrice, seu dispensaria*

De sorore obsonatrice, seu dispensaria. §. 47. Obsoniis, caeterisque victualibus conservandis, distribuendisque soror praeficiatur ab antistita, adsistente, et patre spirituali: in domo novitiatus id officii aget altera ex adsistentibus. Quae sibi ab oeconoma servanda, ea diligentissime custodiat, distribuatve, cui par est, nihil ut fiat, quod detrimento sit societati, curabit apprime. Rationem reddat de pecunia, quam data syngrapha accipiet ad mensuales impensas.

*De sorore magistra tyronum*

De sorore magistra tyronum. §. 48. Cum societatis incolumitas, et incrementa a recta tyronum institutione potissimum pendeant, summus societatis moderator sororem eligat, cui tantum muneris imponat. Haec id unum officii teneat, ut tota sit in suis puellis rite informandis. Non nisi arbitrio praesulis dimoveri e loco potest. Tanta autem de ipsius prudentia, gravitate, virtutibus opinio est, ut adsistentibus, et praepositis ipsis caeterarum domuum aequiparetur: ea ut plurimum domibus caeteris praeficiatur. Sanctitate morum, religionis studio, prudentiae laude, animo magno, rei sacrae cognitione polleat magistra, ut puellis instituendis utili labore praesto sit. Postulantes puellas in benedictionibus dulcedinis praeveniat: finem instituti exponat, ut facilius erigantur ad currendum in suscepta charitatis semita. Dei amorem, pietatem erga coelites, charitatem in egenos, quidquid demum ad eas continendas in officio, et ad sanctissimam ipsarum vocationem fovendam, atque ad immolandum Deo gratius, acceptiusque sacrificium conducat inculcet assidue. Precandi modum, ac meditandi praesertim, aliaque spiritualia exercitia peragendi eas doceat. Ut pacem habeant inter se, ut amore prosequantur societatem, ut humilitate, obedientia, dulcedine commendentur, hortari non desinat. Animos addat ultro currentibus, ne deficiant in via. Mansuetudinem rigore temperabit, ubi opus sit. Tyronum defectus coercendos curabit, quin tamen de remedio desperent. Quae animo sunt duriori, ad obediendum tamen comparato, cura eas prosequatur majori, ut quae arbor nullum adlatura fructum aestimabatur, uberes ex magistrae industria, lectioresque fructus edere possit, eo juvante coelesti agricola a quo omne datum optimum. Ab actibus communibus non nisi ex urgenti causa absolvat tyrones: silentium ab ipsis servare curabit; eas ad sibi aperiendum sui spiritus statum excitabit, atque ad rationem de spirituali progressu reddendam, non vero de levissimis etiam defectibus. Qualibet feria quarta ad concionem eas advocabit: poenas leviores pro publicis exterioribusque piaculis repetet. Interiores praesertim virtutes ipsis commendet, atque severiorem, austerioremque vivendi rationem eas vetabit, ne ex sancti Vincentii a Paulo monito, ad instituti officia minus aptae evadant. Quotidie aliquid e constitutionibus, aliisque societatis statutis perlegendum tradet, iisque enucleabit modum speciatim exponens, quo aegrotis ministrare, puellas instruere, agere cum adolescentibus, obedientia demum, humilitate, et patientia succrescere possint. Legendi, scriptitandi, rationes computandi, calculos subducendi, muliebria munera acu, vel filo addiscendi, epulas parandi; item panem, dulciaria, congiariola, aliave id genus plurima conficiendi, neq non medicamen aliquod praeparandi, imo et venam incidendi artem eas doceat, ut aegrotis utilius adstent, nisi adversetur lex aliqua regui magistra, vel altera ab ipsa in

auxilium adscita ex antistitae, vel adsisteutis auctoritate novitias ad nosocomia adducet, ut quae sibi facienda sint conspiciant oculis, et animadvertant quo animo, quo studio rudioribus aegrotis, et quae stomachum moveant, ministrent, tum quomodo defunctorum corpora curent, easque nutantes recreet, formidolosis vires augeat. Libros legant novitiae, quae de animorum bono dumtaxat agant, ac de virtutum exercitio: libri de extasibus, et de praeclarioribus divini numinis donis caute ipsis tradantur.

*De sororibus custodiendae suppellectili praepositis*

De sororibus custodiendae suppellectili praepositis.

§. 19. Eliget antistita cum adsistentibus, et patre spirituali sorores, quae custodiendis vestimentis, reique lintear iae praeficiantur. Laneos habitus, stragula, calcearia curabit prius, id urgens, ne tineis, vel alio modo corrumpantur. Necessaria ad ea comparanda accipiet a curatrice domus, tum ab antistita, quae in auxilium caeteras designabit, ubi necessitas efflagitet. Lintea, caeteramque id genus supellectilem procurabit secundo soror, cunctaque operari haud pigeat, quae ad ejusdem tuitionem, usumque necessaria sint.

*De sororibus caenaculo, culinae, aegrotantibus addictis*

De sororibus caenaculo, culinae, aegrotantibus addictis.

§. 20. Quae curando caenaculo data est, munditiem in vasis, aliisque ad mensas instruendas necessariis quaerat cum primis. Quae culinae addicta est epulas paret ea, qua par est diligentia, et munditie; necessaria ad obsonia, tam ad condimenta repetat a sorore dispensaria: paupertatem vero ob oculos habeat assidue. Nihil enixius videtur esse commendandum quam infirmorum cura: eam proinde soror, quae aegrotis juvandis, et custodiendis praeposita est, assumat diligentissime, ut nihil ab iis desiderari possit. Antistita qualibet hebdomada haec officia attribuet, et quotidie eas e sororibus adsciscet, quae sordibus eluendis, vilioribusque domus muneribus obeundis operam dabunt.

*De sorore aeditua*

De sorore aeditua.

§. 21. Puellae Charitatis in eam e sacris aedibus accedent, quam praesul moderator designabit. Optandum vero est in domo qualibet privativum oratorium extare, quo conveniant sorores ad sacrum, ad sacramenta, precationes, ad conciones. Aeditua hisce oratoriis custodiendis, mundandisque praefecta sit. Sacellana vasa servabit sacra. Praecepta ecclesiastica in aedibus a patriarcha praefinitis implenda erunt.

*De sorore ostiaria*

De sorore ostiaria.

§. 22. Interest quam maxime, sacras virgines in silentio morari, et in solitudine latitare, veluti in caverna maceriae columbas. Carent quidem puellae Charitatis legibus clausurae, quibus caeterae moniales adstringuntur. Eas tamen pro instituti ratione serveut majori qua possunt religione. Hinc facilis, ac frequens non pateat aditus saecularibus in interiora conclavia. Sed si quis puellas invisendas convenerit in aula suscipiatur, ubi colloquentes personas videat soror ostiaria, audiatque. Campanae sonitu ostiaria vocabitur ad fores domus, quae clausae semper sint duabus clavibus, quarum una penes antistitam, altera penes ostiariam. Hora sexta post meridiem eae claudantur hyemali tempore, aestivo autem hora octava. Ad collocutorium accedere sine permissu antistitae, et sine praesentia sororis auscultantis nefas sit. Laborent eo tempore puellae: porro horae recreandis animis designatae post prandium opportuniores sunt pro accessu ad ipsas. Nemini absque venia summi moderatoris, vel ipsius delegati tenere suis sermonibus puellas permissum est diebus quadragesimae, et adventus, et pervigiliis, per quos nimirum familiarius illas cum Deo versari, eoque liberius frui nullo interpellante convenit. Epistolas, aliaque scripta vel missitare, vel accipere liceat nemini. Antistita, vel soror adsistens ex ejus auctoritate ea perlegat, antequam, cui data sunt, tradantur. Sororibus ostiariis, imo caeteris quibusque piaculum est huic legi qualibet tergiversatione adversari. Nemini, licet propinquitatis vin-

culo conjuncto, noctem transigere in aliqua societatis aede fas sit, si medicum, vel confessarium excipias, qui aegrotantibus adstare debeant.

*De postulantibus, ac novitiis*

De postulantibus, ac novitiis.

§. 23. Quae habitum discupiunt, id consilii significent antistitae domus tyrocinii, quae de aetate quaerat, quam nec ante sexdecim annos, nec post viginti quinque esse oportet, tum de parentum qualitate, tum de postulantis valetudine, tum demum qua ipsae ingenio sint, qua innocentia morum, qua indole virtutis, qua animi docilitate ad parendum. Excutiendae enim, tentandae, explorandaeque eaedem sunt quam diligenter, antequam in societatem cooptentur. Ad quinque menses, quae admittentur difficilioribus, operosisque exercitiis addicantur a magistra tyrocinii, quae iis regendis praesit, nisi fortasse ex justa causa tradendos eos potius censuerit antistita novitiatus alicui ex superiorissis: per mensem tamen ante habitus susceptionem, et integro anno ante votorum factionem omnino magistrae tyrocinii subdantur, ut rectius de societatis instituto edoceantur, ac de ipsarum vocatione certiora habeantur testimonia. Accuratissime instituendae sunt novitiae de spiritus perfectione assequenda, tum de officiis, ad quae devoventur. Ex auctoritate antistitae novitiatus, magistrae ipsarum, et adsistentium, nec non patris spiritualis eo mittantur, ubi societatis utilitas postularit. Quinque annis post habitum susceptum si adhuc maneant in vocatione, suique profectus in pietatis operibus specimen ediderint probatissimum, quo plane cognosci, et judicari possint idoneas eas fore puellas Charitatis, prima simplicia vota emittendi potestatem ipsis faciet praelatus, obedientiae nimirum, castitatis, paupertatis, et servitii erga infirmos. De nuncupatis votis, nec non de ipsorum annuali repetitione testimonium mittatur ad antistitam novitiatus, quae nomen puellae voventis, locum, personamque, coram qua nuncupata sunt, referet in tabulas. Evitentur immodicae impensae, commessationes, donaria, solemniores pompae diebus, quibus habitum suscepturae sunt puellae, vel sua vota redditurae. Paupertas, humilitas, modestia ubique praefulgeat. Ante vestitionem, vel primam votorum emissionem ad octo dies per exercitia spiritualia sese confirment, et instruant ad susceptum cursum alacritate majori tenendum, et conficiendum. Item generalem peccatorum confessionem exequantur.

*De Jejuniis*

De jejuniis

§. 24. Puellae Charitatis utpote difficilioribus laboribus addictae vetantur poenitentiae exercitia, quae bonae ipsarum valitudini obesse possint. Praeter tamen jejunia universim praescripta jejunabunt pervigiliis potiorum solemnitatum Domini Nostri Jesu Christi, ac beatae virginis, singulis feriis sextis totius anni, si tempus excipias a paschate resurrectionis ad pascha Pentecostes, vel si ipsis pervigiliis dies festus foret s. Vincentio a Paulo sacer, vel loci patrono, vel ecclesiae dedicationi. Praeterea quaelibet feria quarta adventus, tum feria secunda, et tertia post quinquagesimam dies abstinentiae erunt. De hisce tamen jejuniis superiorissae, vel sorori adsistenti ex auctoritate patris spiritualis aliquid relaxare fas sit. Indulgentia cum novitiis speciatim adhibeatur, quae statem ad jejunium aetatem non attingerint. Publicas locorum, ubi degent, dispensationes quoad ciborum qualitatem servabunt puellae, ne caeteris incommodi, atque majoris impensae causa sint. Si vero liberum ipsis foret cibos comparare, juxta rigorem praecepti jejunent.

*De poenitentiae, et eucharistiae sacramentis suscipiendis*

§. 25. Quotannis juxta canonicas sanctiones statis quibusdam temporibus confessarii mittantur, quos extraordinarios dicunt. Confessarium a summo moderatore designatum adeant puellae iis diebus, qui ante sacram communionem sunt. Eae vero sacram eucharistiam sumant cunctis diebus Dominicis, aliisque a praecepto, qualibet feria quinta, tum festivitatibus Domini Nostri Jesu Christi, et virginis genitricis, ea etiam qua ti-

tulo ab origine Immaculatae eam veneratur Hispania patronam, sospitam, tutelarem. Liceat porro iisdem ad sacram synaxim accedere caeteris etiam festivitatibus minoribus beatae virginis, diebus sacris Gabrieli, et Raphaeli archangelis, angelo custodi, omnibus apostolis, et evangelistis, conversioni sancti Pauli, Sebastiano martyri, Cosmae et Damiano martyribus, Francisco Salesio, Aloisio Gonzagae, Vincentio a Paulo, Ignatio Loyoleo, Rocho, Francisco Assisiensi, Mariae Magdalenae, Marthae, et Joannae Franciscae a Chantal; ac demum commemorationi defunctorum: praeterea die decima quinta martii, secunda augusti, diebus, quibus anniversaria memoria colitur constitutionis domus novitiatus, natalis amplissimi patriarchae Indiarum, natalis, et nomen serenissimorum Hispaniae regum, et augustae familiae principum, natalis demum, et susceptio habitus cujusque sororis, item quibus diebus vel patriarcha Indiarum, vel aliquis ex augusta familia, vel antistita novitiatus, vel soror quaelibet decesserit. Si plures festi dies continui sint peculiari venia opus est ad communicandum: verum ad hasce etiam communiones peragendas, superiorissae assensus humiliter petatur.

*De sororum capitulis*

De sororum capitulis.

§. 26. Semel in mense habebitur capitulum, adstantibus sororibus professis et novitiis: antistita corripiet, si quid correctione dignum notaverit, quin tamen errantis nomen, vel personam indigitet. Caveat ne quovis praetextu de piaculis loquatur, quae aliqua ex sororibus rationem reddens eidem patefecerit: id quippe fiduciam in ipsa habendam miserrime conturbaret. Quaelibet e sororibus culpas fateatur in capitulo, quae conscentiam proprie, et graviter non inficiant, veniamque deprecans, si quid inde inter sorores offensionis, ac scandali obtigerit, poenitentiam sibi imponendam humili prece efflagitet. De rebus in capitulo auditis, aut peractis silentium maximum servetur, nemini de iis verba fiant praeter confessarium. Dictis psalmo *De profundis*, *Salve Regina*, *et Pater Noster* finiatur capitulum: pro ecclesiae, regni, caeterorumque piorum hominum necessitatibus precationes dirigantur ad Dominum.

*De confessario*

§. 27. Designandi ad tantum munus erunt a summo societatis moderatore viri doctrina, prudentia, et usu mirifice praediti, ut demandatas sibi judicis, medicique animarum, et doctoris partes rite tueantur. Caveant, ne cum sororibus familiarius utantur, longaque cum iis colloquia protrahant. Eas quae scrupulos praetendunt, benigne instruant, et interdum etiam ipsi sermonem abrumpant. Domus puellarum charitatis ne adeant, nisi necessitas cogat, ac si quando ad eas aegrotas invisendas, earumque confessiones excipiendas arcessantur, duabus eum comitantibus sororibus aetate, et prudentia commendatis, ad aegrotantis cellam accedent, illudque officii, patente janua, iis praestent, itaque, ut semper aliqua adsit, quae eas videre, at non quae secreta esse oportet, audire possit. Dona a sororibus numquam accipiat confessarius: ad virtutis perfectionem, ad concordiam, ad legum executionem sorores alliciat omni studio, eas de suis officiis paterne commonefaciat, languentes incitet, incensis ardentiores faces suis cohortationibus admoveat. Poenitentias non imponat, quibus frangatur valetudo corporis, quae firma requiritur ad instituti munera obeunda. De confessario

*De patre spirituali*

§. 28. Praeter confessarium aderit in unaquaque domo pater spiritualis, quem cappellanum majorem vocabunt. Harum constitutionum executionem omni cum primis studio impense curabit, omnesque novitates, etiam majoris perfectionis praetextu, praepediat. Sororum mores, instituta, vitam ipsius etiam antistitae scrutabitur diligenter. Crebros sermones iisdem habeat, quibus ad virtutem, ad humilitatem, ad obedientiam, ad charitatem easdem hortetur, ut praesertim demandatis officiis in humilitate, et patientia apprime fungantur. De recta bonorum administratione, vel de usu pecuniarum, quae loco De patre spirituali.

redditinum persolvuntur societati Charitatis, religiose inquiret. Semel in anno visitationem personalem habebit, qua nimirum cunctas sorores de se ipsis, ac de universo collegio respondentes audiet; abusus, si qui irrepserint, convellat, aedificet, et plantet, si quid necessarium deprehendat, omnia ad summum magistrum referat, virginumque qualitates innuat, ut si opus sit, eae deligantur, quae ad novas constituendas domos aptiores fiant, vel in alias domos utiliter commigraturae censeantur. Poena extraordinaria non infligatur, eodem inscio: omniaque etiam eidem significentur negotia graviora, et qui fortassis percrebrescant abusus. Denique ex ejus consenso superiorissae dies praefinient, quibus sorores quotannis in solitudinem secedere debeant.

*De novis domibus constituendis*

De novis domibus constituendis. §. 29. Nonnisi ex auctoritate summi societatis praeceptoris alibi societas Charitatis constituatur: de rei ratione, de sororum, quibus opus est, numero, de perennis redditus securitate diligenter inquiratur. In numero praefiniendo ratio habeatur multiplicis officii, ad quod rite exequendum vocantur; curent idcirco, ut tempus supersit ad spiritualis animae pinguedinem procurandam. Nulla, quae sit adversus hasce leges petitio fundationis recipiatur. Relinquatur domus, ubi emendicanda forent, quae ad victum, cultumque parandum necessaria sunt. In novitiatu, aliisque domibus ad instruendas puellas designatis redditus pensandi sunt, ut omnia ad vitam communem praebeantur. Sororibus, quae in nosocomiis, vel in brephotrophiis degunt, pecunia necessaria diligenter tradatur. Ipsarum porro erit inde comparare, quae victum, cultumque suppeditent; id et cum sororibus fiat, quae paraeciis, hospitiis, carceribus, aliisque piis locis addicantur pietatis causa. Ubi duodecim sorores morantur, antistita deligatur cum sorore adsistente. Si minori eae numero sint, soror serviens deligatur, quae illius loco sit, debitamque a caeteris sororibus obedientiam, observantiam, fidem repetet. Ea vero antistitae proximioris domus obnoxia sit, eamque de domus negotiis consulat, aegrotantium sororum curam habeat impensissimam. Ad prima vota nuncupanda, vel ad illa annuatim repetenda summus moderator decernat pro temporum, locorumque ratione quid utilius, commodiusque fieri debeat. Dispensandi circa haec facultas eidem facta est. Preces ad domum charitatis constituendam reiiciantur, si erga personas aegrorum immediatum servitium imponatur, vel quod sexum puellarum dedeceat, easque in evidens animarum discrimen deducat adversus sancti Vincentii a Paulo voluntatem adstare feminis parituris, et quae lue venerea conficiantur, nimis absonum foret a puellarum instituto, quod modestiam, puritatem, verecundiam actu, verbis, habitu praescribit.

*Nota*

§. 30. Hae constitutiones ne sub levi quidem culpa sorores adstringunt, sed eam dumtaxat poenam important, quae moderatoribus placuerit irrogari in eas, quae illas violarint. Jus sit praelato moderatori summo societatis de hisce constitutionibus aliquid dispensare ad tempus, ubi ad majorem sanctissimi operis perfectionem expedire in Domino censuerit. Nota circa poenas.

*Appendix*

*Ritus in suscipiendo habitu servandus*

§. 31. Cum postulantes post quinque mensium experimentum dignae censeantur ab antistita novitiatus, ab adsistentibus, et a magistra novitiarum, nec non a patre spirituali, quae in societatem coopetentur, coram universis domus sororibus in oratorium coactis pater spiritualis haec puellam postulantem interrogabit. 1°. Quid petis soror? Res: In societatem puellarum Charitatis adsciscі discupio, ut in operibus charitatis, in humilitate, in patientia, in pietate abjecta vivam in domo Domini 2.° Secedis fortasse in puellarum Charitatis societatem ex sororum incitamentis, vel a parentibus, aliisve adacta, vel ex necessitate, ex alieni aeris pondere, ex rei familiaris angustia, ad debitae poenae fugam, an potius ex pietate in Deum, ex charitate erga De ritu in suscipiendo habitu servando.

proximos ? Res: Dominus meus, et charitas ipsius, contra quam vanum foret calcitrare, ad hanc societatem per infinitam suam misericordiam me compellat. 3.° Ex facto experimento, licet ad breve tempus, habilem te deprehendis ad ministrandum diu, noctuque infirmis, aliaque duriora, ac viliora instituti munera obeunda? Res: Omnia posse me scio in eo, qui me confortat: in Dominum jacto cogitatum meum, et non confundar. 4°. Laboras ne aliquo morbo, quo ab instituti muneribus vel invita abstinere debeas ? Res: Dei miseratione recte valeo, nulloque id genus morbo conflictor. 5°. Potestne in patientia, imo lubenti animo incommoda tollerare, molestasque aegrotantium sordes, omnesque personas ad institutum spectantes in amore Christi suscipere, amplecti ? Res: misericordiosissimi, et omnipotentis Dei auxilio, me id praestituram fore animo constanti confido. 6°. Audebis ne, quae pro infirmorum cura, domorumque, ubi degueris, necessitatibus comparata sunt, contingere, capere, donare, ut vel tibi consulas, vel consanguineis, vel aliis egentibus ? Res: Spero, me piaculis id genus immunem fore ex miserentis Dei beneficio. 7.° Animo ne volenti, atque sine haesitatione alio commigrares, si id voluntas poscat moderatorum, quibus parendum tibi est ? Res: Prompto sum animo eo accedere, ubi imperantium voluntas ferat. 8°. Erit ne tibi grave tuos errores, vel in propatolo notari, ac corripi a moderatoribus domus ? Res: Lubens auscultabo voces monentium me, in quibus vocem Domini mei venerabor. Hisce interrogationibus recitatis, antistita domus, et adsistens habitum puellarum postulanti imponent extra oratorium. Hinc coram patre spirituoli, qui superpelliceo, et stola indutos erit, procumbat, recitantibus interim sororibus psalmum *De profundis* cum orationibus *Actiones nostras* . . . *Praetende Domine* . . . et Antiphonam de baata Maria virgine juxta temporis qualitatem. Hisce dictis osculabitur manum patris spiritualis, et postea antistitam, et sorores amplexabitur in osculo sancto. Porro pater spiritualis, eam tradet magistrae novitiarum diligenter instruendam, eidemque in memoriam revocet, quo erga illam obedientiae, servitutis, observantiae debito adstringatur, eam uti matrem amantissimam agnoscens, quae sibi, ubi opus fuerit, praesto erit.

*Ritus ad vota emittenda*

§. 32. Haec audientibus omnibus sororibus interrogabit pater spiritualis novitiam, quae respondebit ut infra scriptum est. 1. Manes ne soror N.N. constanti animo in vocatione, eosque servas animi sensus, quibus societatem adiisti ? Res: Hanc societatem elegi: hic habitabo gratia Dei, quam vacoam in me non esse humiliter imploro. 2. Edocta ne fuisti de constitutionibus societatis ? Servasti ne illas huc usque ? potes ne illas adhuc servare ? Res: Omnia mihi significata fuere, et cuncta me effecturam esse spero illius auxilio, a quo recta consilia, et justa sunt opera. 3. Intelligis ne quid tibi assumas oneris, emittens vota obedientiae, castitatis, paupertatis, hospitalitatis ? Res: Probe haec intelligo, meque iisdem pro viribus satisfacturam confido singulari divinae gratiae patrocinio 4. Immola itaque soror sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua ad honorem sanctissimae Trinitatis, Mariae virginis ab origine immaculatae, et omnium sanctorum. Res: Ego soror NN. in conspectu Mariae virginis, totiusque aulae coelestis, aliorumque hic adstantium promitto omnipotenti Deo, polliceor, voveo vivere in paupertate, castitate, et obedientia erga ...... patriarcham Indiarum summum societatis moderatorem, et ejus nomine erga nostrum patrem spiritualem, et sororem .... antistitam actualem, et eam, quae officium praepositae domus teneat, ubicumque ego moratura sum, juxta constitutionum praescripta, nec non juxta spiritum s. patris nostri Vincentii a Paulo, superaddens ad haec vota votum hospitalitatis in ministrando aegrotantibus, caeterisque operibus charitatis exercendis, quae sunt instituti nostri, prout mihi mandatum fuerit. Haec implebo, usque ad annalem votorum renovationem, confidens, omnipotentem Deum pro infinita sua miseratione opportuna mihi tributurum auxilia, quibus implere diligenter possim quae pollicita sum. Amen. Actum

De ritu adhibendo in emittendis votis.

hunc sua manu signabit novitia, ac deinde pater spiritualis, et antistita. Recitatis deinde hymno. *Te Deum*, ac psalmo *Laudate Dominum omnes gentes* cum orationibus *Actiones ....* *Ure igne* .... cum antiphona beatae Mariae virginis de tempore soror recens professa osculabitur manum patris spiritualis, et sorores universas amplexabitur.

*De electionibus*

De electionibus. §. 33. Electionibus praeerit summus societatis praelatus, vel ejus nomine pater spiritualis. Sorores ad sacram synaxim ipso electionis die accedent. Peracto sacro de Spiritu Sancto in aulam capituli sese conferant, ibique brevi, gravique sermone per patrem spiritualem de officio in re tanti momenti admonitae dicto hymno *Veni Creator* .... cum oratione .... suam mentem per segreta suffragia clausis schedulis aperient, eaque e sororibus, in quam vota convenerint, saltem unum supra medietatem, electa erit: si tribus actis scrutiniis paria inveniantur vota, praelatus, seu ex ipsius auctoritate pater spiritualis nominet eligendam. Obedientia deinde publice ab unaquaque eidem praestetur, et dicto hymno *Te Deum* cum precibus *Actiones* ..... *Praeitende* ... et beatae virginis antiphona, electa ante sororum amplexum ad osculum manus patris spiritualis procumbat, a quo claves domus accipiens, et in sede superiorissae sedere jussa solemniter polliceatur, nec per se, nec per alium se constitutionum immutationem, vel in vivendi ratione licentiam procuraturam esse, imo pro diligenti, accurataque ipsarum executione omnimode collaboraturam.

*Formula oblationis die sacro Mariae virgini ab origine immaculatae annuatim publice recitanda.*

Formula oblationis die sacro Mariae virgini ab origine immaculatae, annuatim publice recitanda. §. 34. Nos miserrimae sorores Charitatis coram omnipotenti Deo, et universa aula coelesti bene noscentes, quantopere Dei gratia ageamus ad rectum Nostrorum munerum implementum, ac memores, quae tua potestas sit, o sanctissima, et gloriosissima virgo Maria, et quae tua bonitas erga miseros filios Adae ad tuum patrocinium confugimus, dulcissima Mater misericordiae, et confidimus, nos per te exauditum iri. Animo itaque et corpore ad tuos pedes procumbentes te oramus humillima, ut digneris accipere hanc oblationem numquam certe revocandam Nostrarum animarum, quas tibi devovemus, dicamus, sacramus usque ad mortem, et per omnem aeternitatem, pollicentes, Spiritu Paraclito juvante, summam semper nos habituras fore erga te venerationem, pietatem sinceram, cultum singularem, caeterisque omnibus nos quantum in Nobis erit assidue addituras, stimulus ad te honorandam, imitandam, invocandam, ut obtineamus gratiam Dei. Te porro fidenti animo rogamus sanctissima Mater Dei, ut nos omnes recipias in tuam clientelam: Te quippe in dominam eligimus, patronam, sospitam, opiferam, tutelarem. Tu quaeso pro nobis intercede, ut misericordiam assequamur a Domino Nostro Jesu Christo filio tuo, qui hanc nostram societatem pro sua pietate custodiat, protegat, visitet, atque defendat, eamque in virtutum omnium, ac praesertim charitatis exercitio foveat, augeatque. Gratiam proinde, te protegente, imploramus, et auxilia quibus rite nostri instituti munera obeamus, utilemque aegrotantibus, caeterisque miserabilibus personis operam praebeamus. Floreat cum primis inter nos pax Christi, constantia in sancta vocatione, spiritus timoris Domini, illudque, te miseranta, consequamur, ut fideles in amore erga tuum divinum filium usque ad mortem possimus tandem misericordias ipsius in aeternum cantare. Amen. » Franciscus Antonius patriarcha Indiarum.

Sacra congregatio episcoporum, et regularium negotiis praeposita constitutiones approbavit. §. 35. Hasce constitutiones, primum congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositae diligenter examinandas, ac discutiendas commisimus, ac illas deinde Nos ipsi mature consideravimus, cumque omnia in animarum bonum, in praeclariorum virtutum exercitium, in rectum denique hujusmodi societatis regimen mirifice conspirare deprehenderimus, praelaudati Ferdinandi regis catholici votis libenter annuimus, oppo-

turiam exhibitam Nobis fuisse occasionem gratulantes, qua possimus aliquo facto gratificari eidem regi, a cujus eximia religione, praeclarissimisque animi virtutibus laeta Nobis, laeta Ecclesiae, laeta Sedi apostolicae semper obventura confidimus.

Confirmatio apostolica.

§. 36. De consilio itaque praedictorum fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine supra memoratas constitutiones typis deinde imprimendas, et publicandas tenore praesentium Nostrarum literarum expresse approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet forsan irrepserint, supplemus, easque ab omnibus, et singulis, quae eidem societati nomen dederint nunc, et in posterum inviolabiliter, ac perpetuo observari praecipimus, et mandamus. Omnipotentem autem oramus Deum, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera, pientissimi adsit catholici regis curis, et studiis, eumque, ut Gregorii Magni ad Gennadium verbis utamur, pro solatio sanctae reipublicae misericorditer protegat, et ad dilatandum per finitimas gentes nomen ejus magis, magisque brachii sui firmitate confortet.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 37. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod aliqui in praemissis, vel eorum quipiam interesse habentes, aut habere praetendentes ad hoc vocati, vel auditi non fuerint, aut ex quibusvis causis de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quocumque alio defectu notari, vel impugnari, aut alias infringi, vel quomodolibet retractari, suspendi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam posse; easque sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine, aut alias, et quibusvis de causis etiam pro tempore factis, minime comprehendi, sed ab illis semper exceptas, et quoties illae emanabunt toties in pristinum statum restitutas, ac de novo concessas, semperque et perpetuo validas, firmas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus ad quos spectat et spectabit quomodolibet in futurum, perpetuo, et inviolabiliter observari, ac praedictae societati, cujus favorem concernunt, perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere: sicque in praemissis ab omnibus censeri, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, et ignoranter contigerit attentari, irritum quoque, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 38. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, ac quibusvis Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum, ac etiam in synodalibus, provincialibus, et universalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, quibusvis ecclesiis, etiam metropolitanis, personis, et locis, per quoscumque Romanos pontifices praedecessores Nostros, vel alios quoscumque et quacumque dignitate, et auctoritate fulgentes sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, ac insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, et perpetuae firmitatis praemissorum omnium, et singulorum hac vice dumtaxat, harum serie, specialiter, et expresse derogamus, contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis. §. 39. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae approbationis, confirmationis, roboris adjectionis, praecepti, mandati, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo septimo kalendas aprilis, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

Dat. die 31 martii 1816 anno XVII.

## DCLIX.

Ampliatio dotationis regiae domus nuncupatae del Campo in civitate Matriti existentis, per applicationem bonorum spectantium ad quaedam simplicia beneficia.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Venerabili fratri
Patriarchae Indiarum

Salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium. §. 1. Apostolici ministerii ratio exigit, ut in votis catholicorum principum paterna charitate obsecundandis pastoralis officii partes interponere non praetermittamus, eaque statuere curemus, quae expedire in Domino arbitramur.

Expositio precum. §. 2. Exposuit Nobis carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus Hispaniarum rex catholicus, per dilectum filium equitem Antonium Vargas y Laguna ejus apud Nos, et apostolicam Sedem plenipotentiarium administrum, quod annui redditus unius, et alterius ecclesiarum regiae domus del Campo nuncupatae adeo tenues existant, ut tam ad vice-parochum earumdem ecclesiarum, aliarumque eis respective inservientium personarum congruam substentationem, quam sacrarum ad aedium atque sacrorum suppellectilium necessariam manutentionem omnino impares agnoscantur, proptereaque ecclesiae praefatae majori dotatione in summa viginti quatuor millium circiter regalium monetae illarum partium quolibet anno indigeant, et idcirco mediante infrascriptorum quatuor perpetuorum simplicium beneficiorum ecclesiasticorum perpetua suppressione, et extinctione, ac respectiva illorum fructuum duabus praedictis ecclesiis praefatae regalis domus del Campo applicatione, opportune earumdem ecclesiarum ampliori dotationi consultum foret.

Suppressio beneficiorum. §. 3. Nos igitur praedicti Ferdinandi regis postulationibus benigne annuentes facultatem fraternitati tuae per praesentes tribuimus, ut infrascripta quatuor perpetua simplicia ecclesiastica beneficia, unum videlicet existens in villa nuncupata di Odra, ac aliud sancti Martini in villa Ximeno similiter nuncupata, nec non tertium in loco di Pedrosa Rivi Urbel praestimonium nuncupatum sub respectivis eorum titulis, seu invocationibus in totidem ecclesiis Burgensis dioecesis ad praesens vacantia, ac insuper quartum dimidium praestimonium nuncupatum in loco de Candelada Abulensis dioecesis, vel actu pariter vacans, vel in posterum per illius possessoris obitum, vel dimissionem vacaturum, ad quae omnia beneficia dum illa pro tempore vacant nominatio, seu praesentatio personae idoneae coram ordinario loci pro tempore existente facienda ad praelaudatum Ferdinandum regem spectare, et pertinere dignoscitur, et quorum fructus, redditus, et proventus insimul ad summam circiter viginti quatuor millium regalium annuatim ascendere asseruntur, praevia eorum respective titulorum collativorum, nominis, denominationis, naturae, et essentiae beneficiorum ecclesiasticorum extinctione, ita quod beneficia hujusmodi deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinant, ac de cetero uti talia in titulum collativum conferri nequeant, apostolica praedicta tibi ad hunc effectum specialiter delegata auctoritate perpetuo supprimas, et extinguas.

Incorporatio bonorum favore regiae domus. §. 4. Illisque sic suppressis et extinctis omnia, et singula eorum bona, res, proprietates, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones,

et emolumenta quaecumque quovis nomine nuncupata, et in quacumque re consistentia, ac nndecumque provenientia in praefatarum ecclesiarum regiae domus del Campo dotationis, et manutentionis augmentum in modum tamen, ut eorumdem bonorum, ac fructuum, redditunm, et proventuum praefatorum administratio per rectores, seu administratores, vel deputatos earumdem ecclesiarum praedictae regiae domus exerceri debeat, ac liceat, ipsique per se, vel per alias personas ad id deputatas libere, ac licite valeant beneficiorum hujusmodi per te, ut praefertur, suppressorum, et extinctorum bonorum, rerum, proprietatum, fructunm, redditnum, et proventuum, jurium, obventionum, et emolumentorum praedictorum quorumcumque veram, realem, corporalem, et actualem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, dictaque bona, res, proprietates locare, dislocare, arrendare, fructus quoque, redditus, et proventus praedictos percipere, exigere, levare, et satisfactis prins per ipsarum ecclesiarum rectores, seu administratores, vel deputatos omnibus, et singulis eorumdem beneficiorum, ut praefertur, suppressorum et extinctorum, oneribus in earumdem ecclesiarum praedictae regiae domus del Campo usus, et utilitatem convertere, tuque omnia, et singula enunciata bona in dotationis augmentnm hujusmodi apostolica praedicta auctoritate illis perpetuo similiter applices, atque appropries.

Deputatio executoris apostolici.

§. 5. Volumus autem, nt praemissa omnia per te apostolica delegata auctoritate facienda ab omnibus ab quos spectat integre adimpleantur, non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de nnionibus, et applicationibus ad partes committendis, ac de exprimendo in literis apostolicis vero annuo beneficiorum valore, nec non in Lateranensi, aliisve etiam synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis constitutionibns, et ordinationibus, statutis, privilegiis, indultis, ac literis apostolicis in contrarium quomodolibet concessis: quibus omnibus eisdem praesentibus pro pleue, et sufficienter expressis habentes latissime, ac plenissime, nec non specialiter et expresse ad praemissorum tantum effectum hac vice derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae facultatis, suppressiouis, extinctionis, applicationis, appropriationis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario coutraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo sexto, pridie kalendas aprilis, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCLX.

Dat. die 2 aprilis 1816 anno XVII

Facultas gestandi collare, et tibialia violacei coloris pro canonicis ecclesiae primatialis Pisanae.

### Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Ratio concessionis.

§. 1. Sincerae fidei, ac piae devotionis argumenta, quae erga Nos, et apostolicam Sedem capitulum, et canonici primatialis ecclesiae Pisanae semper ostenderunt, Nos inducunt, nt ea, quae eorum personali honorificentiae fore conspicimns opportuna, illis libentissime concedamus. Supplicari siquidem Nobis nuper fecit venerabilis frater archiepiscopus Pisanus qui de memorati capituli, et canonicorum virtutibus, et meritis testatus est, ut novo aliquo ornamento ipsi decorentur.

Tenor concessionis

§. 2. Nos igitur capitulum et canonicos dictae primatialis ecclesiae Pisanae specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore

censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, moderais et pro tempore, ac in perpetuum existentibus dignitatibus, et canonicis dictae primatialis ecclesiae Pisanae, ut ipsi collare, et tibialia violacei coloris tam intra, quam extra ecclesiam gestare libere, et licite possint, et valeant, et quisque eorum possit et valeat, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quoquam impediri, molestari vel perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, et ejusdem primatialis ecclesiae praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda aprilis millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



DCLXI.

Dat. die 19 aprilis 1816. anno XVII

Declaratur privilegium jam concessum confratribus b. M. virginis Campi sancti de urbe erigendi altare portatile, seu oratorium privatum in aedibus propriae habitationis, competere unis confratribus in urbe degentibus, et specialiter confraternitati addictis.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, et prioribus jurisdictionem quasi episcopalem in Italia, et adjacentibus insulis exercentibus.

Pius PP. VII.

Venerabiles fratres
ac dilecti filii
Salutem et apostolicam
benedictionem

Exponitur falsa opinio irrepta de praetensa amplitudine privilegii.

§. 1. Jamdiu ad Nos perlatum fuerat, complures presbyteros, in Neapolitano praesertim regno degentes, id sibi arrogare voluisse, ut altare portatile, seu oratorium privatum in aedibus suae habitationis erigerent non ex aliquo speciali apostolico indulto sibi personaliter concesso, sed dumtaxat ex eo, quod nomen ipsi dederint confraternitati in cappella sanctae Mariae virginis Campi sancti de urbe erectae, asserentes tale privilegium confratribus hujus confraternitatis, qui praelati, aut presbyteri essent, ac etiam cappellanis a rec. mem. Leone pp. X. praedecessore Nostro concessum fuisse. Hoc quoque addunt, quod licet per successivam sacri concilii Tridentini talia privilegia abrogantis adprobationem a memorato Leone factam idem privilegium abrogatum remanserit, hoc tamen revixisse dicunt ex eo tempore, quo rec. mem. Pius pp. IV. praedecessor itidem Noster, ut confratres ecclesiasticos ad cappellam praedictam frequentandam, et socialia pia opera ibi exercenda alacriores redderet, idem privilegium confirmavit. Quamquam vero patet nihil horum operum a praedictis ecclesiasticis domicilium extra urbem habentibus expleri minime posse, idem tamen privilegium sibi postu-

lant non alia de causa, nisi quia ipsorum nomina in confratrum catalogo fuerint adnotata, quasi id non pro solis iis, qui re ipsa confratres essent, sed etiam pro aliis, qui a longe nomen dedissent, sit concessum. Quamobrem jure quidem optimo fraternitates, et discretiones vestrae horum postulatibus obstiterunt, et obstant. Haec jamdiu, ut diximus, ad Nos fuerant perlata, verum ob temporum iniquitatem, et superventam rerum omnium eversionem abusum hujusmodi radicitus tollere nequivimus. Nunc autem pace divinitus restituta, eo citius illum eruendum arbitramur, quo callidius nonnulli ad superandam vestram repugnantiam, per publica etiam scripta contenderunt, ut accepimus, abusum eumdem ex diuturniore Nostro silentio adprobatum remanere.

Declaratur privilegium unis confratribus praesentibus esse concessum, aliisque confraternitati adscriptis per novum rescriptum esse impertiendum.

§. 2. Nos igitur dictorum praedecessorum literas apostolicas desuper expeditas praesentibus pro insertis habentes, privilegium hujusmodi altaris portatilis, seu oratorii privati, licet pro ecclesiasticis confratribus tantum, non autem pro simpliciter adscriptis, concessum, et respective confirmatum auctoritate apostolica tenore praesentium abolemus, et abrogamus, et oratoria privata (si quae ubique fuerint taliter erecta) supprimimus. Ne autem hinc perantiquam confraternitatem, in qua haud obscuri nominis viri floruerunt, minoris facere videamur, neque ecclesiasticorum confratrum zelus quidquam ibi detrimenti capiat, imo potius augeatur, eisdem ecclesiasticis, nempe curiae Nostrae Romanae praelatis presbyteris, et cappellanis nunc, et pro tempore existentibus confratribus ejusdem confraternitatis (minime vero in eorum catalogo simpliciter adscriptis) ut ipsi postquam ex jurato suorum guardianorum testimonio constare fecerint dilecto filio Nostro in alma urbe vicario in spiritualibus generali, se per quinquennium functionibus socialibus juxta confraternitatis statuta fieri consuetis assidue adfuisse, in privato domus suae habitationis in eadem dumtaxat urbe Nostra existente oratorio ad hoc decenter muro extructo, et ornato, seu extruendo, et ornando ab omnibus domesticis usibus libero per ipsum vicarium prius visitando, et approbando, ac de ejusdem vicarii licentia ejus arbitrio duratura, unam missam pro unoquoque die, dummodo in eadem domo celebrandi licentia, quae adhuc duret, alteri concessa non fuerit, per se ipsos celebrare, seu per quemcumque sacerdotem approbatum saecularem, seu de superiorum suorum licentia regularem, sine tamen quorumcumque jurium parochialium praejudicio, ac paschatis resurrectionis, et pentecostes, ac nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, aliisque solemnioribus anni festis diebus exceptis, in sua, consanguineorum, et affinium secum insimul in eadem domo habitantium praesentia; (ita tamen, ut hi consanguinei, et affines missam hujusmodi dumtaxat audire, numquam vero celebrari facere valeant) celebrari facere libere, et licite possint, auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus, quatenus opus sit, memoratis Leonis, et Pii praedecessorum literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque in contrarium quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis impressis, eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona aprilis millesimooctingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



Dat. die 30 aprilis 1816. anno XVII

## DCLXII.

Commutatio almutiae cum cappa magna sine pellibus pro canonicis collegiatae ecclesiae ss. Gervasii, et Protasii oppidi di Sandrio dioecesis Comensis.

### Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. Eo libentius apostolicae Nostrae benignitatis testimonia ad majorem divini honoris cultum redundatura ecclesiarum ministris conferre non ambigimus, quo Nobis luculentius constat ecclesias ipsas, quibus illi addicti inserviunt, antiquitate, dignitate, aliisque praerogativis insignes esse, et populorum frequentia celebrari.

Expositio precum.

§. 2. Sane pro parte dilectorum filiorum capituli, et canonicorum insignis collegiatae ecclesiae ss. mm. Gervasii, et Protasii oppidi civitatis di Sandrio nuncupati Comensis dioecesis Nobis expositum est, quod ipsi loco almutiae, qua hucusque ex concessione apostolica, prout asseritur, usi sunt, in posterum cappa magna sine pellibus tam aestivo, quam hyemali tempore uti posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus canonicis tam residentibus, quam non non residentibus nuncupatis praedictae collegiatae, ut ipsi pro almutia, cappam magnam vulgo di saja nuncupata violacei coloris, et loco pellium sericum cremisinum tam hyemali, quam aestivo tempore, firmis remanentibus insignis, sive decorationibus archipresbytero pro tempore, qui est prima dignitas memoratae collegiatae, alias concessis, tam in ecclesia praedicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare libere, et licite possint, et valeant, et quisque eorum possit, et valeat, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima aprilis millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



Dat. die 2 maii 1816 anno XVII

DCLXIII.

Concessio novorum insignium pro canonicis, et dignitatibus ecclesiae cathedralis Fesulanae.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti ad statum ecclesiarum omnium, quarum Nobis a Domino commissa est sollicitudo, personarumque in eis Altissimo famulantium, de quarum virtutibus, et praecipue religionis zelo, et sincera in Nos, et hanc sanctam Sedem fide, et devotione indubia Nobis perhibentur testimonia, propensis studiis animum intendentes, illarum honorificentiae, et decori libenter consulimus; hinc est quod Nos ea, quae ad cathedralis ecclesiae Fesulanae decorem, et dignitatem spectant, favorabiliter respicientes, ac dilectis filiis praeposito, et canonicis ejusdem ecclesiae specialem gratiam facere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quarumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis porrectis inclinati, ut deinceps praepositus, seu dignitas memoratae cathedralis mozzetam rubei coloris supra rocchetum quotidie, solemnioribus vero diebus ab ordinario Fesulano designandis cappam magnam di saja nuncupata cum pellibus armellinis hyemali tempore, aestivo vero loco pellium cremisinum sericum, canonici tandem ejusdem ecclesiae mozzetam violacei coloris cremisino serico circumornatam super rocchetum tam in ecclesia praedicta ejusque choro, et capitulo, quam extra in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque, et tam praepositus, quam canonici praedicti collare violaceum gestare, et abugia in eorum ecclesia tantum, et in functionibus presbyteralibus uti libere et licite possint, et valeant, et quisque eorum possit, et valeat, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quoquam quavis auctoritate impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae ecclesiae cathedralis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda maii millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo. Derogatio contrariorum.

---

Dat. die 2 maii 1816 anno XVII

DCLXIV.

Reintegratio privilegii jam concessi archiconfraternitati Animarum Purgantium erectae in ecclesia collegiata sanctissimi Salvatoris Hispalensis celebrandi missam per horam ante, et itidem post meridiem in altare praedictae archiconfraternitatis.

Dilecto filio vicario capitulari ecclesiae Hispalensis illius archiepiscopali sede vacante legitime defato.

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem et apostolicam benedictionem

Expositio precum

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni officiales, et confratres archiconfraternitatis Animarum in purgatorio detentarum in ecclesia collegiata sanctissimi Salvatoris istius civitatis canonice, ut asseritur, erectae, quod dudum per Nostras in simili forma brevis mense majo anno MDCCCVIII. expeditas literas auctoritate apostolica indul-

tum fuit, ut in ejusdem archiconfraternitatis altari sacrosanctum missae sacrificium pro spirituali Christi fidelium eo confluentium consolatione, et commodo per horam ante auroram, itidemque per horam post meridiem in perpetuum celebrari posset, et valeret. Quoniam autem, sicut in eadem expositione additum erat, ob superiorum bellorum vicissitudines, dictae Nostrae literae perierunt, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis

§. 2. Nos igitur, attento quod in Nostrae segretariae Brevium notulis licentia hujusmodi indicatur concessa, licet concessionis tenor ob subsecutam Nostrorum archiviorum direptionem, et exportationem inveniri possit praedictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, discretioni tuae, quoniam sedes archiepiscopalis Hispalensis adhuc vacat, per praesentes committimus, et mandamus, ut sacrosanctum missae sacrificium in memorato dictae archiconfraternitatis altari per horam dumtaxat ante auroram, atque itidem per horam post meridiem celebrari libere, et licite possit auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et prudentia gratis concedas iterum, et indulgeas, proviso tamen, ne antelucano tempore hinc scandala oriantur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda maij millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

## DCLXV.

Dat. die 2 maii 1816 anno XVII

Receptio in praelatos domesticos pro canonicis, et dignitatibus ecclesiae cathedralis Imolensis, cum concessione usus mantelletae, et rocchetti ad instar praelatorum domesticorum, aliisque privilegiis, immunitatibus, et honoribus.

Dilectis filiis dignitatibus, et canonicis Imolensibus.

### Pius PP. VII.

Dilecti filii
Salutem et apostolicam benedictionem

Proemium.

§. 1. Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum vestigia prementes peculiaria interdum ornamenta deferenda concedimus ecclesiasticis viris, qui in augustioribus templis coelestes choros aemulantes divinas laudes quotidie concinunt, ut ipsi per externa quoque indumenta excitati, internarum virtutum splendore magis in dies lucere studeant in domo Domini.

Ratio concessionis.

§. 2. Illud etiam manet alta mente repositum, quod Nos ex ista episcopali ad hanc apostolicam Sedem, meritis licet imparibus, evecti, praecipuam quamdam vestram, vestrorumque civium omnium in Nos, et eamdem Sedem fidem, ac devotionem, vel difficillimis temporibus perspectam habuimus, nec unquam meminisse pigebit ingentis, ac pene incredibilis exultationis, qua generatim fuistis affecti, quando Nos a captivitate divina providentia liberatos, atque ad hanc sanctam Sedem reduces excepistis; quae sane exultatio tanta fuit, ut ista civitas universa extra se prae gaudio rapi videretur.

Tenor concessionis.

§. 3. Quare, ut etiam perenne aliquod grati animi Nostri testimonium demus, vos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et vestrum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristis hujus tantum rei gratia absolventes, et abso-

lutos fore censentes, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, vos, dilecti filii modernum praepositum, et archidiaconum, successoresque vestros protempore existentes in praelatos Nostros, et Romanorum pontificum successorum Nostrorum domesticos recipimus, ac vestrum utrique vestem oblongam violaceam cum zona simili, et cum simili mantelleta supra rocchetum ad instar aliorum praelatorum Nostrorum domesticorum gestandi palam in quibuslibet choralibus, et publicis actibus facultatem tribuimus; itemque vobis, et reliquis Imolensis cathedralis nunc, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, et canonicis successoribus, ut in diebus festivis intra annum solemnioribus, nempe in nativitate Domini, in resurrectionis, et pentecostes dominicis cum duobus respective sequentibus diebus, in Circumcisionis, Epiphaniae, Ascensionis, et Corporis Domini festis, nec non tribus ultimis hebdomadae majoris diebus, dominica in Albis, et alia sanctissimae Trinitatis; in festivitatibus conceptionis, nativitatis, annunciationis, purificationis, et assumptionis beatae Mariae virginis immaculatae, itemque nativitatis s. Joannis Baptistae, sanctorum Petri, et Pauli, et s. Cassiani protectoris, ac s. Petri Chrisologi, cujus sacrum corpus in ista ecclesia requiescit; in die anniversario dedicationis vestrae cathedralis, atque commemoratione omnium fidelium defunctorum, dummodo in dictis diebus solemniter, et pontificaliter celebret, sicut etiam aliis diebus, in quibus ipse episcopus pontificaliter celebraverit, atque canonici juxta praescriptum caeremonialis episcoporum sacra paramenta assumere debeant, singuli vestrum, vestrique successores in vesperis, et missis solemniter decantandis; nec non in processionibus, seu aliis hujusmodi functionibus, in quibus sacra adhibentur paramenta, tam in dicta cathedrali, quam in aliis ejusdem civitatis, et suburbiorum ejus ecclesiis, in quibus episcopus, et capitulum collegialiter sacra solemniter peragere consueverit, vel id in futurum contigerit, mitra simplici ex tela linea, praesente etiam Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali etiam de latere, ac provinciae Romandiolae legato, uti libere, et licite possitis, et valeatis, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Declaratio specialis.

§. 4. Si autem episcopus in dictis festivitatibus, et diebus abfuerit, vel praesens pontificaliter non celebret, sicut etiam in processionibus, litaniarum cum majorum, tum minorum, quas functiones idem episcopus per se ipsum non peragit, dignitati, seu canonico tantum hujusmodi functiones peragenti, ut indumenta pontificalia sacris actionibus respective convenientia, nempe mitram simplicem, absente episcopo; ex tela vero linea, eodem episcopo, vel Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali praesentibus, crucem pectoralem sine gemmis, annulum cum unica gemma, sandalia, et caligas ex oloserico, chirothecas, tunicellam, et dalmaticam, nec non faldistorium lineum oloserico currentis coloris, nunquam autem ex tela aurea, vel argentea coopertum, et ministrum de candela, seu palmatoria inservientem habere licite, et libere possit, et valeat tenore praesentium concedimus pariter, et indulgemus; caeteris autem dignitatibus, et canonicis usu mitrae quotiescumque episcopus pontificaliter per se ipsum non celebret, et sacra paramenta ab ipsis assumi non debeant, penitus interdicto. Praeterea, quum possit contingere, ut festum aliquod, praeter supradicta in cathedrali, vel in aliis ejusdem civitatis, et suburbiorum ecclesiis, in quibus praesente, aut absente episcopo, capitulum collegialiter conveniat, peragatur, dignitati, seu canonico in missa, et vesperis, ac processionibus celebranti pariter indulgemus, ut mitra, et respective convenientibus indumentis pontificalibus supra enunciatis, dummodo licentia singulis civibus ab episcopo obtinuerit: in exequiis vero defunctorum, in quibus juxta pontificalis Romani « par. III. tit. de officio, quod post missam solemnem pro defunctis agitur, et caeremonialis episcoporum lib. 11. cap. 11. dispositionem,, conveniens est, ut fiant absolutiones tam ab ipso episcopo celebrante, quam ab aliis quatuor episcopis, vel praelatis, si adsint, vel

in defectione episcoporum a quatuor primis dignitatibus, vel canonicis, ut hujusmodi quatuor sive dignitates, sive canonici absolventes in actu tantum absolutionum hujusmodi mitra simili uti possint, facultatem tribuimus, et impertimur.

Prohibitio ne pontificalibus indumentis in altare, aut in choro indui praesumant, neque forma episcopali in benedictione utantur.

§. 5. Inhaerentes autem sacrorum rituum decreto die xxix januarii MDCCLI. edito, et a recolendae memoriae Benedicto XIV. praedecessore Nostro suis literis apostolicis iii. kalendas martii anni ejusdem confirmato, volumus, ac districte praecipiendo mandamus, ne dignitas, aut canonicus celebrans ullo modo praesumat pontificalibus indumentis ad altare, aut in choro indui, vel trina benedictione populum benedicere, seu cum forma episcopali « *Pax vobis* » salutare, vel pastorali baculo uti. Nullus vero, sive dignitas, sive canonicus in processionibus Corporis Christi mitram in capite gestare, aut mitra in aliis praeter quam in sopradictis collegialibus functionibus uti unquam valeat. Insuper vobis singulis, vestrumque successoribus, ut in propriis armis, et insigniis mitram sine pileo apponi facere, et addere possitis, licentiam impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non istius cathedralis ecclesiae Imolensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque in contrarium quibuscumque. Ac demum in uberius benevolentiae argumentum vobis, dilecti filii, apostolicam benedictionem impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem snb annulo piscatoris die secunda maii millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



DCLXVI.

Dat. die 14 maii 1816. anno XVII.

Ampliatio facultatum jam concessarum dignitatibus, et canonicis ecclesiae metropolitanae Ravennatensis super usu suorum insignium indumentorum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii dignitates, et canonici metropolitanae Ravennatensis, quod alias Nos sub certis modo, et forma tunc expressis, sibi auctoritate apostolica indulsimus, ut dignitates metropolitanae praedictae mantellettam, et vestem oblongam cum cauda elevata, uti mos est, violaceas cum asulis, et globulis ejusdem violacei coloris tam intra, quam extra ecclesiam in functionibus, et actibus publicis quibuscumque, praeter quamdam crucem auream ejusdem formae, et magnitudinis tam dignitatibus, quam canonicis concessam, et ut canonici praedicti vestem oblongam similiter violaceam cum fascia, et floccis ejusdem coloris intra ecclesiam praedictam, et in processionibus, et singulis functionibus capitularibus dumtaxat gestare libere ac licite possent, et valerent, ac alias prout ex Nostris desuper in simili forma brevis die xxvii. martii MDCCCXV. expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus, fusius continetur. Verum quia, sicut in eadem expositione additum erat, ob angustiam eorum sacristiae, locique humiditatem, perincommodum, ac perniciosum canonicis est vestem praedictam plures quotidie mutare, aliamque assumere, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos canonicos amplioribus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia

absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta favorabili relatione archiepiscopi Ravennatensis Nobis transmissa, praedictis canonicis, ut ipsi pro iis vicibus dumtaxat, in quibus ad psallendum, vel celebrandum, aut sacras quascumque functiones in dicta metropolitana ecclesia peragendas, erit eundum, veste hujusmodi violacea in propria quisque domo se induere, illaque induti ecclesiam praedictam recta petere, rectaque domum ad eam deponendam, quin per urbem errent, redire, atque ita, et hisce circumstantiis tantum per publicas vias, non autem per officinas, aut alienas domos, vel alio gestare libere, ac licite possint et valeant, servata in reliquis earumdem Nostrarum literarum forma, et dispositione, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quae in memoratis Nostris literis non obstare voluimus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum in arce Gandulphi sub annulo piscatoris die decima quarta maij millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.





## DCLXVII.

Dat. die 24 maii 1816 anno XVII.

Disjunctio nonnullorum locorum a dioecesi Adjacensi, eorumque incorporatio dioecesi Grossetanae.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium. §. 1. Singulari omnipotentis Dei providentia in supremo apostolicae dignitatis culmine constituti in irriguum militantis Ecclesiae agrum omnes curas, cogitationesque Nostras pro eo quo fungimur universalis pastoris munere assidue conferimus, iisque cum primis, per quae facilior habeatur, securior, utiliorque ipsius Dominici agri procuratio, sollicita industria intentoque studio prospicere admitimur, prout catholicorum omnium undequaque existentium spirituali gubernio magis in Domino cognoscimus expedire.

Ratio decernendae novae distributionis dioecesis. §. 2. Idcirco quoniam gravibus intercedentibus canonicis causis, extraordinariisque circumstantiis per decretum apostolica auctoritate latum anno millesimo octingentesimo secundo Elbae insulam cum aliis exiguis adiacentibus insulis, et Plumbini civitatem cum ei adnexis locis, nec non oppida Scarlino, et Burcano nuncupata dioecesi Adjacensi fuerunt unita, atque attributa, a cujus propterea dioecesis episcopo legitimo jure huc usque fuerunt gubernata, subinde vero novae supervenientes canonicae rationes suadeant, ut infrascripto modo, et forma illorum populorum regimini consulatur, eo magis quod hoc modo facilior, et expeditior ad proprium episcopum recursus iis reddatur; hinc Nos gravibus hujusmodi, canonicisque potissimum causis moti, atque horum Christifidelium comodis, ac spirituali utilitati uberius providearnus, prae oculis habentes quam magni sit deputanda praesens cura pastoris, quem ex Christi Domini monito oportet, et agnoscere oves suas, et ab ovibus agnosci, habito etiam venerabilis fratris moderni episcopi Adjacensis consensu, et accedentibus dilectissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Hetruriae sibi subjectae magni ducis postulationibus,

omnia, et singula supraenonciata loca ab Adjacensi dioecesi sejungere, ac separare, illaque Massanensi, et Grossetanae dioecesibus, ut infra, respective adjungere, et incorporare statuimus.

Tenor decretae dismembrationis, et respectivae unionis.

§. 3. Ex certa proinde scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine venerabili fratri Antonio Felici archiepiscopo Senensi S. R. E. presbytero cardinali Zondadari nuncupato committimus, et mandamus, ut praevia supradictorum omnium locorum ab Adjacensi dioecesi disjunctione, ac separatione, insulam Elbae cum exiguis aliis adjacentibus insulis Pianosa, Monte Cristo, Cerboli, ac Palmajola vocitatis, et Plumbini civitatem cum suis adnexis et dependentiis Massanae dioecesi; oppida vero Scarlino, et Burcano nuncupata dioecesi Grossetanae, eorumque parochiales, et alias ecclesias expressas sibi delegata apostolica auctoritate perpetuo respective uniat, applicet, appropriet, et incorporet; omniaque, et singula sic ut praefertur respective perpetuo unita, applicata, appropriata, et incorporata declaret, ad quem effectum facultates omnes necessarias, et opportunas eidem Antonio Felici archiepiscopo, et cardinali tribuimus, ac impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 4. Praesentes autem Nostras apostolicas literas, et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, aut quovis alio defectu notari, impugnari, invalidari, seu alias quomodolibet infringi, retardari, annullari, aut quidquam aliud in contrarium disponi nullatenus posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere mandamus; et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, Lateranensis concilii novissime celebrati, ac in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus, coeterisque, licet expressa, et individua mentione dignis contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostri mandati, sejunctionis, separationis, unionis, et applicationis, appropriationis, decreti, et facultatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo sexto decimo, nono kalendas junii, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCLXVIII.

Dat. die 26 maii 1816. anno XVII

Perinsignis Americanus ordo nuncupatus, ab Isabella catholica institutus in regno Hispaniarum confirmatur.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Viros magnos in regno, qui in tentatione inventi sunt fideles regi, honorandos esse, gratiamque iisdem reddendam sacrarum literarum testimonio, et Davidis eum primis exemplo comprobatur, qui ex inimicorum manibus divinitus ereptus legiones Cerethaeas, et Phelethaeas tum filios Berzellai Galauditis, aliosque id genus homines praestantes, quorum erga se fidem, et benevolentiam alieno etiam tempore expertus fuerat, beneficiis auxit, ac perliberaliter a filio Salomone, eumnlateque tractari jussit ob merita.

Ratio concessionis.

§. 2. Id animo, quo est excelso, et magno probe animadvertit carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus Hispaniarum rex catholicus, qui proinde post teterrimam aerumnarum congeriem in suorum principatuum jura feliciter restitutus ad sua dignitatem censuit pertinere, eos singulari alioque favore prosequi,

quos in summo rerum descrimine quantum studio, et fidelitate consequi potuere sibi vel magnae animae prodigos non defuisse nartus est. Americanum idcirco equestrem ordinem sapientissimo consilio constituendum duxit, ut quos in tuenda legitima regis aurtoritate in remotis Americae ditionibus, inque illarum gubernio, et administratione recte curandis de se, de regno, de religione praeclare meritos dignosreret, in eumdem cooptaret, eumque ab Isabella catholica nuncupavit, ut ne dum de regionibus trans Oceanum Atlanticum ipsa imperante detectis memoriam repeteret, sed et clarissimarum virtutum monumenta in ceterorum imitationem praeferret, quibus ipsa regii generis majestatem mirifice illustravit ex impensissimo praesertim studio, quo religionis sanctitatem ronnitente pientissimo conjuge Ferdinando rege, apprime vindicavit, morum probitate statutis optimis invecta, aucto divini cultus splendore, hostibusque christiani nominis undique victis, subartis, prostratis. Quod ne honoris dumtaxat insignia, atque illustrioris apparatus ornamenta conferret, nonnullis ejusdem ordinis alumnos privilegiis donatos exoptavit, quibus in summum animorum comodum reteri militares ordines, ac praesertim regius Caroli III. nuncupatus equester ordo ex praedecessorum Nostrorum indulgentia fuerunt rumulati.

Tenor precum perrectarum a rege catholico.

§. 3. Suas idcirco preces per dilectum filium equitem Antonium Vargas y Laguna suum apud Nos, et apostolicam Sedem administrum plenipotentiarium Nobis perferendas curavit, quibus enixe postulavit, ut apostolicis gratiis, et favoribus memoratum Ameriranum ordinem ab Isabella ratholica nunrupatum ab eo, ut praefertur, institutum prosequi, et de Nostra benignitate pro ipsius majori splendore et ornamento opportune providere dignaremur. Animo perlubenti datas ad Nos preces excepimus, qui jamdiu eidem carissimo in Christo filio Nostro Ferdinando regi catholico gratifirari summopere peroptamus, quoties opportuna Nobis praebeatur occasio, ut nimirum Nostra de egregia ipsius in Nos, et apostolicam Sedem fide, observantia, et devotione opinio sit ubique testatior.

Tenor concessionis.

§. 4. Deo itaque misericordiarum benedicente, qui in summa tribulatione Nostra consolatur Nos ex tanti regis virtute, cujus cura, et sollicitudine per universa Hispaniarum regna, quod jam de Theodosio Augusto inquiebat s. Leo Magnus servata ratholicae fidei integritate, et pacem christianam manere, et ipsius apud Deum rrescere gloriam gaudemus, nec non illud serio animadvertentes, quantopere mrmoratus equester ordo ad augenda in regnorum Hispaniarum proreribus iuritamenta virtutum conferre possit, supplicationibus praedictis inclinati, eamdem societatem equitum, seu militum ordinem Americanum nomine Isabellae catholicae ab ipso rege tamquam capite, et magno magistro, ejusque in Hispaniarum regnis successoribus regendum, et gubernandum rum quibusdam laudabilibus regulis, ordinationibus, et statutis erectum auctoritate apostolira tenore praesentium approbatum, et perpetuae firmitatis robore rommunitum declaramus. Deinde ut milites in eum adscriptis, vel adscribendi non modo decoris, et honoris insignibus, sed praemiorum etiam acressione ad pietatem, ad virtutem, ad defensionem ratholicae fidei, atque ad strenuam operam ratholico regi, et Hispaniarum regnis navandam promptiores, et alarriores effiriantur; certo confisi nonnisi tales in eum ordinem viros cooptatum iri, in quibus et ex artus probitate, et ex fidei professione nihil possit reprehensibile reperiri eidem regali ordini Americano, illiusque equitibus, seu militibus tam praesentibus, quam futuris omnes, et singulas indulgentias, gratias spirituales, et praerogativas, quae alteri regio ordini Caroli III. nunrupato a feliris recordationis Clemente pp. XIV. praedecessore Nostro per suas apostolicas sub aureo signo literas datas ix. kalendas martii anno incarnationis Dominirae millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus sui anno III. ronressae, ac elargitae fuerunt, similiter, ar pariformiter ex rerta scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine perpetuo concedimus, atque elargimur.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus quibusvis apostolicis, nec non in provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, statutis, et consuetudinibus, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, quibus omnibus ad praemissum effectum illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Declaratio specialis. §. 6. Volumus autem, ut si, quod absit, praefati ordinis milites a sinceritate fidei, unitate Romanae Ecclesiae ac obedientia, et devotione Nostra, vel successorum Nostrorum canonice intrantium destiterint, aut ex confidentia hujus concessionis aliqua commiserit, praesentes literae nullatenus eis suffragentur.

Fides habenda transumptis. §. 7. Praeterea volumus, ut harum literarum exemplis etiam impressis, manu tamen notarii publici subscriptis, et ipsius ordinis sigillo munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis. §. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae adprobationis, declarationis, concessionis, elargitionis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo sexto decimo, septimo kalendas junii, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



## DCLXIX.

Dat. die 28 maii 1816. anno XVII

Erectio duarum definitoriarum generalium pro seraphico ordine sancti Francisci in provinciiis Americanis ad Hispaniam pertinentibus.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium. §. 1. Regulares ordines, ex quorum multiplici forma illa procedit varietas circumdans Ecclesiam, quae adstat, tamquam sponsa ornata a dexteris Dei in vestitu deaurato, pluribus gratiis, ac singularibus beneficiis Romani pontifices assidue cumularunt, ut ii roborarentur in dies, novoque semper splendore in totius christianae rei commodum coruscarent. Hoc etiam pro temporum asperrimorum, quae nacti sumus, ratione Nos ipsi procuravimus, qui in summo apostolatus culmine annos cum gaudio recordamur, vel a prima aetate in sancti patris Benedicti familia cum plenitudine pacis, et requie opulenta transactos.

Ratio concessionis. §. 2. Lubenti proinde animo preces excepimus carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum regis catholici, quibus ad eorumdem religiosorum ordinum augendam dignitatem, sanctioremque in Americanis regionibus fovendam disciplinam mirifice compellamur: dilectus quippe filius eques Antonius Vargas y Laguna suus apud Nos, et apostolicam Sedem plenipotentiarius minister Nobis retulit in memoratis Hispaniarum Americarum regionibus longe, lateque florere seraphicum sancti Francisci regularem ordinem, adeo ut septemdecim constet provinciis cum sexdecim collegiis, pluribusque potiatur coenobiis, quam quae in Hispanicis Europae regnis numerantur: ipsius vero alumnos ad christianum nomen ubique propagandum strenue adlaborare nullis vel teterrimis aerumnis fractos, quibus tum ex locorum distantiis, atque itinerum asperitate, tum ex rudibus, efferatisque populorum moribus, tum denique ex ipsa messis multitudine in ministerio verbi exercendo divexantur: eos proinde in tam utile opus, vel ultro cur-

rentes, novis admotis stimulis ex apostolicae benignitatis favore esse excitandos, atque hac de causa maxime opportunum videri, si jus ipsis tribuatur binas generales definitorias, quas vocant, ibidem habendi iisdem facultatibus, privilegiis, praerogativis communitas, quibus caeterae per Europam definitoriae pollere dignoscantur, ex quo facile insuper fiet, ut ex majorum praesidum praesentia, atque ex commodiori ad ipsos accessu sanctissimi parentis leges, ac puriora statuta serventur accuratius, in diesque augeantur incrementa justitiae.

Tenor concessionis.

§. 3. Re itaque diligenter perpensa, et votis praelaudati Ferdinandi regis catholici, quum illustrioribus nostrae benevolentiae testimoniis prosequi semper exoptamus, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine creamus, adsignamus, et constituimus binas generales definitorias seraphici ordinis sancti Francisci, unam videlicet in Americae meridionalis, alteram in septentrionalis Americae provinciis, easdemque definitorias aggregamus cismontanis familiis ejusdem ordinis sub obedientia, subjectione, ac dependentia ministri generalis totius ordinis sancti Francisci ad beneplacitum sanctae Sedis, et ad formam aliarum actu vigentium definitoriarum seraphici ordinis observantium; propterea que mandamus, quod in proximo generali ordinis capitulo sive de more per vocales, sive ex speciali indulto apostolicae Sedis habendo ambo generales definitores unus nempe pro meridionalis, alter vero pro septemtrionalis Americae provinciis eligantur, nominentur, et adsignentur juxta regulas pro aliis definitoriis generalibus antedicti seraphici ordinis praescriptas cum omnibus honoribus, praerogativis, privilegiis, gratiis, et honoribus quibus gaudent caeteri ipsius ordinis generales definitores, dummodo in supradictis provinciis, et non extra permaneus habeant, ac retineant domicilium, ac nullum censeatur requisitum jus ad eosdem definitores generales nominandos ante praedictum generale capitulum totius ordinis sub unius capitis ministri generalis regimine; atque haec concessio facta intelligatur absque nullo praejudiclo quarumvis aliarum dispositionum, quae circa hujusmodi negotia in generali capitulo erunt statuendae.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 4. Praesentes autem literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel quovis alio etiam substantiali defectu minime notari, nec sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per Romanos pontifices etiam motu proprio, ac alias sub quibusvis tenoribus, et formis pro tempore factis, et faciendis ac concessis, et concedendis comprehendi, sed semper ab illis excipi, easque semper validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque et non alias per quoscumque judices quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus recolendae memoriae Clementis pp. X. literis in forma brevis incipientibus « *Sacrosancti apostolatus* » datis die xxvi. novembris MDCLXX. ac decreto capituli generalis ordinis eodem anno Vallisoleti celebrati, nec non similibus literis sanctae memoriae Pii pp. VI. incipientibus « *Etsi cupimus* » datis die xv. maij MDCCXCII, aliisque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum constitutionibus, ac praefati ordinis, et quibusvis aliis licet expressa, peculiari, et individua mentione dignis in contrarium facientibus in iis tantum, quae praesentis gratiae executioni obsistant: quibus omnibus et singulis eorum tenores pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae creationis, adsignationis, constitutionis, aggregationis, mandati, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu te-

merario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo sexto, quinto kalendas junii, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

## DCLXX.

Dat. die 31 maii 1816 anno XVII.

Constitutio novae dioecesis Canariensis in insula Tenerife pro episcopo in partibus infidelium a summis pro tempore pontificibus nominando.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Assidua, quam Ecclesiae universae ex divina institutione dependimus, sollicitudine urgemur, ut quidquid ad utiliorem Dominicae vineae procurationem conferre dignoscamus, tradita Nobis a Christo potestate omni studio comparemus. Hac sane de causa praedecessores Nostri suffraganeos antistites, absque successionis jure iis per christianum orbem episcopis adsignare consueverunt, quorum dioeceses tam late paterent, ut ope indigerent alterius, qui sibi ad episcopalis ordinis munera in grandi locorum intervallo obeunda essent adjumento.

Desiderium regis Hispaniarum super amplatione dioecesis Canariensis.

§. 2. Cum vero amplioribus id genus dioecesibus Canariensis episcopatus accenseatur, carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus Hispaniarum rex catholicus impensissima suae pietatis, ac religionis officia desiderari haud passus est in iis remediis corrogandis, quibus populorum ibidem extantium saluti utiliter consulatur: idcirco dilectus filius eques Antonius Vargas y Laguna ipsius Ferdinandi regis apud Nos, et apostolicam Sedem minister plenipotentiarius preces ad Nos regio nomine attulit, quibus efflagitavit, ut in insula Teneriffe ad praefatam dioecesim Canariensem spectante suffraganeatus a Nobis erigeretur, ad quem ex ejusdem regis, ejusque successorum nominatione ecclesiasticus vir adlegeretur in episcoporum ordinem titulo alicujus ecclesiae in partibus infidelium positae a Nobis cooptandus, qui in memorata insula Teneriffe stabiliter residendo suffraganeus auxiliarius di Teneriffe nuncupetur, ac nomine et vice moderni, et pro tempore existentis episcopi Canariensis in praefata Teneriffe, inque sex aliis circumadjacentibus insulis totum districtum, et circumdarium hujusmodi suffraganeatus efformantibus ea omnia peragat, quae episcopalis sunt caracteris ad fideles praesertim sacramento confirmationis roborando, ad clericos promovendo, ad olea rite benedicendo, cuique propterea suffraganeo expresso venerabilis fratris Emmanuelis moderni episcopi Canariensis jam ad hoc habito consensu annua summa mille septingentorum octodecim ducatorum auri de camera cum juliis duodecim, et tribus quartis monetae Romanae respondens quinque millibus ducatis de Vellon nuncupatis monetae Hispanicae singulis annis libere, et integre persolvenda super episcopalis mensae Canariensis fructibus titulo congruae perpetuo adsignetur.

Postulatio constitutionibus apostolicis consonanea declaratur.

§. 3. Dignam profecto tanto rege, quem supra rerum temporalium curam religiosae providentiae famulatum divinis, et aeternis dispositionibus perseveranter impendere gratulamur, postulationem nacti sumus, eamque apostolicis constitutionibus, ac praesertim concilii Lateranensis quinti statutis, aliisque de titularibus episcopis per Romanos pontifices praedecessores Nostros latis decretis apprime consentaneam deprehendimus.

Constitutio novae dioecesis.

§. 4. Obsequentes itaque, ut Leonis Magni verbis utamur, ac libenter assentientes sanctis regiae pietatis supplicationibus ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine suffraganeatum dioecesis Canariensis in insula Tenerife ab ejus nomine nuncupandum harum tenore erigimus, et constituimus, ita ut qui ad catholici regis nominationem titulo ali-

cujus episcopalis ecclesiae in partibus infidelium a Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostris fuerit insignitus, ac suffraganeus ut supra deputatus, statim atque consecrationis munus susceperit in memorata Tenerife insula continuo residere, ac in ea, inque sex aliis circumjacentibus minoribus insulis, una videlicet Laguna, altera sanctae Crucis, alia Garrico, alia sancti Christophari et Rialcio, alia montis de Pico, ac reliqua de Teyda nuncupatis, ea quae ordinis characterem postulant, ac omnia, et singula pontificalia munia vice, ac nomine, et in auxilium pro tempore existentis episcopi Canariensis exercere teneatur, servatis tamen apostolicis constitutionibus, statutis, et decretis circa jura, privilegia, et pertinentias in episcopos titulares suffraganeos collata. Pro congrua vero hujusmodi suffraganeatus annuam summam ducatorum auri de camera mille septingentorum octodecim, et juliorum duodecim cum tribus quartis monetae Romanae respondentem ducatis quinque millibus de Vellon nuncupatis monetae Hispanicae libere, et integre persolvendam super omnibus, et singulis antedictae mensae episcopalis Canariensis fructibus, ac redditibus perpetuo attribuimus, et assignamus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 5. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, et quovis alio etiam substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, seu alias quomodolibet infringi, retardari, annullari, aut quidquam aliud in contrarium disponi nullatenus unquam posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque, et non alias per quoscumque judices quavis potestate fungentes, sublata cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate judicari, et definiri debere: et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum

§. 6. Non obstantibus antedictae episcopalis ecclesiae Camerinensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis, et indultis, nec non in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis forsan editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Sanctio poenalis

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae erectionis, constitutionis, attributionis, assignationis, mandati, decreti, ac voluntatis infringere, eique ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo sexto decimo, pridie kalendas junij, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCLXXI.

Dat. die 31 maii 1816 anno XVII.

Sanatio irregularitatis irreptae in venditione nonnullorum bonorum spectantium capitulo metropolitanae Januensis, et facultas peragendi aliam venditionem, et affrancationem usque ad summam scutorum mille.

Venerabili fratri archiepiscopo Januensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Expositio precum

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici istius metropolitanae ecclesiae Januensis, quod a felicis recordationis Innocentio pp. XII. per alias suas apostolicas in simili forma brevis die iv. septembris MDCXCIII expeditas literas, quarum tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus fosius continetur, attentis peculiaribus circumstantiis, ac rationibus memorati ca-

pitudi, facultas concessa fuit, de consensu tunc temporis existentis archiepiscopi Januensis vendendi, seu affrancandi nonnulla bona usque ad summam scutatorum duodecim mille monetae Romanae, ad mensam capitularem spectantia, ex quorum livellis, seu canonibus nonnisi exigui fructus proveniebant, expresso tamen sub onere, ut pretium ex venditione praedictorum bonorum proveniens in emptionem tot locorum montium camerae Nostrae apostolicae non vacabilium, seu s. Georgii Januensis civitatis, aut stabilium fructiferorum, vel in census cum communitatibus, seu locis piis ad commodum, et utilitatem mensae praedictae erogandum esset; quae quidem facultas, firmis remanentibus conditionibus praedictis, a praedecessore praelaudato per alias pariter apostolicas in simili forma brevis die xii. decembris memorati anni expeditas literas ad aliam summam scutatorum quindecim mille ampliata fuit. Et cum praedicti canonis pretium ex bonis venditis erogare, ut supra, curaverint, summa tamen venditionum aequali summae reinvestimenti, seu emptionis accurate minime correspondeat, eo vel magis, quia dubitant, utrum nonnulla ecclesiastica beneficia, quae successive, et tempore praedicto mensae capitulari adjuncta fuerunt inter bona in praecitatis literis expressa consideranda sint; hinc est, quod ad omnem dubitationem, erroremque removendum, sanationem quoad praeteritum, et cum eaedem causae vigeant ad praesens, facultatem praedictam vendendi, seu affrancandi alia bona usque ad summam scutatorum viginti mille quoad futurum summopere desiderant, Nobis; propterea iidem exponentes, asserentes, praemissa si fiant, in evidentem praedictae mensae capitularis cessura utilitatem, humiliter supplicari fecerunt, ut sibi desuper opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, praevia sanatione cujuscumque defectus relate ad conditiones, et obligationes in praecitatis literis praedecessoris Nostri expressas, et in parte non adimpletas, prout auctoritate apostolica tenore praesentium sanamus, atque supplemus, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, et postquam compereris venditionem, seu affrancationem, et pretii conversionem hujusmodi, si fiant, in evidentem memoratae mensae capitularis utilitatem esse cessuras, eisdem exponentibus petitam facultatem alienandi, affrancandi, ac denuo concedendi bona praefata, quae valorem viginti mille scutatorum praedictae monetae tantum adaequent, dicta auctoritate Nostra pro tui arbitrio, et conscientia gratis impertiaris, ita tamen, ut capitalia, seu pretia idcirco recipienda deponantur penes aedem sacram, aut aliquem ex tutis cartulariis, aut bancis dictae civitatis Januensis, inde non amovenda, nisi ad effectum illa vere, realiter, et integre reinvestiendi, vel in stabilibus tutis, atque fructiferis, vel in censibus cum communitatibus, aut locis piis ad commodum, et utilitatem dictae mensae.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Pauli II. et aliorum Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris itidem Nostri super divisione materiarum, ac dictae ecclesiae metropolitanae Januensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima maij millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Dat. die 31 maii 1816. Pont. anno VII.

## DCLXXII.

Abbatia sita in colle d'Albaro in dioecesi, et suburbio Januensi de jurepatronatus familiae de Fornari dictae civitatis erigitur in dignitatem mitratam.

Venerabili fratri
archiepiscopo Januensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem

Expositio precum

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Aloisius Martini U. I. doctor, et abbas ecclesiae (ut asseritur) abbatialis s. Mariae jurisdictionem parochialem quoad ejus claustrum habentis sitae in colle d' Albaro in dioecesi, et suburbiis Januensibus de jure patronatus (ut asseritur) dilecti filii marchionis Joannis de Fornari dictae civitatis patritii, quod cum eadem abbatia antiquitus a conspicuis ecclesiasticis viris, ac etiam ab aliquo Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali obtenta floruisset, temporum intervallo ipsa ecclesia sacris supellectilibus, redditibusque expoliata, ac sacris functionibus incapax effecta, successive opera, et cura bonae memoriae episcopi de Fornari, qui illam obtinuit, restituta et dotata fuit, ac duabus perpetuis cappellanis aucta, sacrisque utensilibus luculenter munita. At in superioribus Liguriae perturbationibus rursus denudata, direpta remansit, atque etiam in copiarum equestrium stabulum redacta. Nunc demum, dicta abbatia ad memoratum Aloisium collata, ipse haud parvo suo sumptu eamdem ecclesiam divino publico cultui reddidit, aedes canonicales nuncupatas restauravit, et auxit, atque ita unum ex residuis fundis meliorem fecit, ut pro tribus scutis illinc annuatim antea percipi consuetis, modo quadraginta percipiantur. Quamquam vero abbatiales fructus valide adhuc imminuti reperiuntur, idem tamen Aloisius pro eo, quo flagrat divini cultus zelo sortem constituit valoris sex mille librarum monetae Januensis ad eos ampliandos usque ad summam ducentorum scutatorum cum quibusdam aequis conditionibus. Quoniam autem (sicut in eadem expositione additum reperitur) divinus cultus, populique devotio majora ibi incrementa susciperet, ac etiam internus christianarum abbatialium praesertim virtutum amor per externas quoque decorationes in abbatibus crescat, magisque luceat in domo Domini, Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut dictam abbatiam in abbatialem mitratam dignitatem erigamus.

Tenor concessionis

§. 2. Nos igitur eumdem Aloisium in tam laudabili suscepto consilio confovere, et specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut constito tibi prius de narratorum veritate, abbatiam praedictam s. Mariae in Colle de Albaro in abbatiam mitratam perpetuam auctoritate Nostra apostolica erigas, dictoque moderno, et pro tempore in perpetuum existenti abbati, ut ipse in vesperis, et missis intra eamdem ecclesiam dumtaxat in solemnioribus anni festivitatibus, ac etiam in aliis ecclesiasticis functionibus celebrandis per te statuendis, ac etiam in aliqua processione illinc incipiente, eodemque redeunte per ipsum solemniter facienda mitra linea, palmari, annulo, et reliquis abbatialibus indumentis, ad instar aliorum abbatum mitratorum, atque decorationibus uti; nec non in privato suo stemmate, vel sigillo pro pileo mitram apponi facere libere, et licite possit, et valeat; ita tamen, ut pontificaliter ibi praesente archiepiscopo Januensi, vel Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali, tunc neque mitra, neque ulla alia ex decorationibus praedictis uti valeat, sed tantum palmari, neque crucem pectoralem gestet extra praedictas sacras functiones, auctoritate praedicta concedas, et indulgeas.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas praesentes litteras firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sorti-

ri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dirtae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis; et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Caeterum per praesentes nolumus praedictum juspatronatus in aliquo approbare. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima maii millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



## DCLXXIII.

Dat. die 31 maii 1816 anno XVII

Canonici, et praepositus insignis collegiatae ecclesiae sancti Martini Petrae Sanctae in ambitu Pisano novis signis, et decorationibus donautur.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium. §. 1. Sacrorum inter indumentorum insignia ad dignitatem divinis officiis comparandam, et devotionem fidelibus populis infundendam pie salubriterque instituta semper apostolica Sedes in more habuit quaedam iis conferre, qui ministerio antiquitatis, celebritatis, alteriusve tituli laude pollentium perfunguntur, ut et ipsis ecclesiis decus accrescat, et ipsarum ministri insignioribus vestibus ornati forinsecus, ad interiora incitentur ornamenta virtutum, quibus tum in conspectu Altissimi, qui corda intuetur purius adstare, tum oculos plebis, cui morum exemplo esse debent, sanctius in dies satagant apparere.

Expositio quorum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilerti filii praepositus et canonici insignis collegiatae ecclesiae s. Martini Petrae Sanctae nuncupatae, quae in Pisano ambitu continetur, quod ad illorum ecclesiam antiquitate, aliisque praerogativis insignem non parum ornamenti accederet, si praedicti exponentes novis signis, novisque decorationibus donarentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta favorabili relatione ordinarii Pisani Nobis transmissa, modernis et pro tempore in perpetuum existentibus praeposito, et

canonicis collegiatae praedictae, ut ipsi loco almutiae mozzetam violaceam subsutam cremisino serico cum globulis et asulis ejusdem rubri coloris tam in ecclesia praedicta, ejusque choro et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare libere, et licite possint, et valeant, et quisque eorum possit, et valeat, aucto ritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desoper a quoquam quavis auctoritate impediri decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri soper divisione materiarum, et ejusdem collegiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima maij millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



## DCLXXIV.

Dat. die 31 maii 1816 anno XVII.

Canonici, et cappellani ecclesiae collegiatae sub titulo Assumptionis beatae Mariae virginis immaculatae Podii Bodiensis dioecesis Collensis novis insigniis decorantur.

### Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum vestigia prementes ecclesiasticis viris, qui altae Sionis aemuli divinas laudes in sacris templis quotidie concinunt, peculiaria ornamenta deferenda concedimus, ut ipsi per externas quoque honorificas vestes excitati, internarum quoque virtutum splendore elucere conentur in aula Domini.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis exponi nuper fecerunt dilecti filii praepositus, et canonici collegiatae ecclesiae sub titulo Assumptionis beatae Mariae virginis immaculatae loci Podii Bodiensis Collensis dioecesis divinus cultus, populique devotio majora ibi incrementa susciperet, si ejusdem collegiatae ecclesiae praepositus, canonici, et cappellani novis insigniis per Nos, et hanc apostolicam Sedem ornentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos itaque dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibosvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati modernis, et pro tempore existentibus praeposito, et cannnicis dictae collegiatae ecclesiae, ut praepositus eamdem mozzetam cum caputio violaceam, ocellis tamen, et globulis rubri coloris, eodemque colore subsutam, et ornatam supra rocchetum, canonici vero loco mozzetae nigrae, quam adhuc deferre consueverunt, mozzetam violaceam cum parvo caputio, ocellis, et globulis ejusdem coloris violacei, parique colore subsutam, et ornatam pariter supra rocchetum; cappella-

nis denique, ut ipsi mozzetam nigram cum ocellis, et globulis ejusdem nigri coloris ante pectus obseratam supra cottam tum in ecclesia praedicta, cum extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, et respective uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, dictosque praepositum, canonicos, et cappellanos desuper a quoquam impediri, molestari, aut perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictae ecclesiae collegiatae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima maii millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



## DCLXXV.

Dat. die 3 junii 1816 anno XVII.

De electo Basilio Haractengi in archiepiscopum Hierapolitanum, deque concordiae studio pontifex agit, et de iis componendis, quae post Mazlumi electionem evenerant.

Dilecto filio Basilio Haractengi archiepiscopo Hierapolitano electo.

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem

Suam dolorem significat pontifex eo quo sollicite nequiverit occurrere necessitatibus ecclesiae Hierapolitanae.

§. 1. Ubi primum auditum a Nobis est de accerrimis dissidiis isthinc exortis cum ven. fratre Germano Adam Hierapolitanae ecclesiae archiepiscopo vita functo de eligendo ejus successore actum est, novus accessit Nobis dolor, eoque acerbior quo magis impediebamur, quominus sollicitam tantis malis ecclesiae istius medicinam adhiberemus. Neque enim ignota tibi esse possunt illa tempora, quibus Petri navigium saevissimis fluctibus jactabatur; Nosque ipsos ab ejus gubernaculo vis tempestatis abstraxerat: ad litus tandem ac portum appulsi, atque ad reparandas, ut apostolici quo fungimur muneris ratio postulat, universalis Ecclesiae ruinas incumbentes, mentem et cor convertimus ad inclytam quoque Graeco Melchitarum nationem, quam et merito suo amamus, et vehementer cupimus omni discordiarum malo liberam ad pristinam charitatem redire, et veteri suo in Sedem apostolicam obsequio, et obedientia rursus florere.

Declaratur nulla nominatio sacerdotis Michaelis Mazlum, et nova pergitur nominatio.

§. 2. Et quoniam omnis perturbationis origo fuerat novi antistitis electio, ut tanta haec certaminis, et controversiae causa penitus tolleretur, venerabilibus fratribus Nostris S. R. E. cardinalibus congregationis de Propaganda Fide mandavimus, ut quam diligenter de tali electione cognoscerent: tandem re diu, sedulo, accurateque discussa et examinata, de eorum consilio, et concordi sententia irritam, nullam, atque inanem declaravimus electionem sacerdotis Michaelis Mazlum, ut pote quae insanabili vitio laborare visa est, eamque

electionem nullimode ipsi electo suffragari decrevimus, tanquam si numquam habita, factaque fuisset; et statuimus ipsam Hierapolitanam ecclesiam eodem modo adhuc vacare, quo ante electionem memoratam vacabat, nullumque jus partum, nullamque auctoritatem inde ab electo illo acquisitam, ipsiusque ecclesiae ita, uti diximus, vacantis collationem Nobis, et huic apostolicae Sedi reservavimus, atque ut celerius, feliciusque ei consulamus ecclesiae de ejusdem Nostrae congregationis de Propaganda Fide consilio, et apostolicae potestatis plenitudine, te dilecte fili, ut a plurimis fide dignis accepimus, controversiarum, quae isthic exortae sunt minime participem, morum suavitate, pacis amore, prudentia, reique christianae zelo praestantem, iis praeterea virtutibus praeditum, quibus generalis abbas monachorum s. Basilii inclytae congregationis s. Johannis in Soairo praeter ceteras praefulsisti; te, inquimus, archiepiscopum, et pastorem Hierapolitanae ecclesiae praeficere deliberavimus, ipsius curam, regimen, ac administrationem tibi in spiritualibus committentes. Ac ne longioris vacationis incommodis eadem ecclesia sit obnoxia, atque ut hae Nostrae literae suum statim consequantur effectum, te primum absolvimus et liberamus quavis excommunicatione, et suspensione, atque interdicto, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis si quibus illigatus tenearis. Teque ita absolutum et liberatum apostolicae potestatis plenitudine metropolitanae ecclesiae archiepiscopum eligimus, et costituimus. Facultatem demum tibi facimus, ut consecrationis munus a quocumque episcopo gratiam et communionem hujus apostolicae Nostrae Sedis habente recipere possis, et valeas. Mandamus autem tibi, ac praecipimus, ut in consecrantis episcopi manibus catholicae fidei professionem orientalibus propositam expresse facias, et fidelitatis debitae juramentum edas, ac demum utriusque rei formulam iisdem verbis, quibus tu eris usus perscriptam per tuas literas, too munitas sigillo ad venerabiles fratres Nostros S. R. E. cardinales congregationis de Propaganda Fide per proprium nuntium mittendam cures.

§. 5. Volumus igitur, ut acceptis hisce Nostris literis, illico adeas, copiasque Hierapolitanae ecclesiae possessionem, in eaque retineas omnia et singula jura, auctoritatem exerceas, et potestatem, et jurisdictionem; atque fruaris praeeminentia et praerogativis, et privilegiis, aliisque omnibus, quibus superiores archiepiscopi usi antea sunt. Speramus autem in Domino fore, ut adventum tuum pacis angelus comitetur, qui ad eum labores, curasque tuas exitum dirigat, ut nullis imposterum discordiis ecclesiae istius tranquillitas perturbetur. Teque magistro, teque duce uberibus eadem religionis fructibus ac pietatis abundet, et sentiat, atque laetetur provido, peritoque gubernatori fuisse commissam. Nos vero jam nunc dilectis filiis, cleroque saecnlari, et regulari, populoque civitatis, et dioecesis Hierapolitanae ejusdem nationis Graeco Melchitae per apostolicas Nostras literas mandamus, ut clerus te pro sua in Nos, Sedemque apostolicam reverentia benigne recipiat, et honorifice tractet, tuaque monita, tuaque mandata demisse suscipiat, et diligenter adimpleat: populo item praecipimus, ut te tomquam patrem et pastorem debito prosequatur honore, tuisque hortationibus, et praeceptis obsequatur. Sed ubi clerus, ac populus debitam tibi, fidelemque praestiterint obedientiam, tunc notum ipsis facies Nos appellatione ad Sedem apostolicam isthinc delata, vestrarumque discordiarum penitus tollendarum desiderio inductos, te Hierapolitanae ecclesiae archiepiscopum constituisse, non vero, ut consueto eligendi jure lectores episcoporum spoliemus, nec ut aliquid de veteri consuetudine detrahamus, imo etiam velle Nos, ac praecipere, ut cetera omnia instituta, mores, ac praescripta ad episcoporum electionem spectantia debeant impostecum inviolata isthic firmiterque observari. Videmus quam sit ardua provincia, quae tibi commissa est, ideoque amplas facultates, easque maxime necessarias ad illam alacrius adeundam, et felicius administrandam tibi tribuimus. Fieri enim fortasse potuit, ut qui nupec non legitime fuit electus in ea quam falso suam judicabat dioecesi in impedimentis iis, quae dirimunt matri-

Electo jura episcopalia exercenda committuntur.

monium inconsulta apostolica Sede dispensavit, atque omnigena carens auctoritate parochos intruserit, et confessarios dederit.

In rebus ad episcopatum spectantibus pertractandis, etiam apostolica auctoritas conceditur.

§. 4. Quibus in rebus per se gravissimis, et caute, prudentissimeque tractandis, volumus, ut eam agendi rationem sequaris, quam nunc tibi singillatim praescribimus, ac primo quidem si quae factae sint dispensationes in impedimentis quae dirimunt matrimonia, ea tu matrimonia, ut apostolica Nostra auctoritate sanes, amplam tibi impertimur facultatem. Ne quis vero istiusmodi matrimonia in radice sanata fuisse in posterum dubitet diligentissime in secreto matrimoniorum libro notanda curabis, perpetua enim sic extabit ejus sanationis memoria, et id documentum opportune proferri poterit, ut stabiles in suo proposito cogantur, si opus sit, conjuges permanere, atque omne prolis quae legitima declarata est praejudicium, ac damnum amoveatur. Eadem ratio, eademque diligentia adhibenda erit, si quos forte matrimonio junxerit intrusus parochus, qui nullum habet titulum, seu verum, seu coloratum, uti inquiebat fel: rec: decessor Noster Pius VI in responsis super quibusdam quaestionibus a Galliarum episcopis propositis sub die 26 septembris anni 1791. Difficilius est morbo illorum mederi, qui tamquam fures in ovile Christi ingressi, agnos regere, atque ad pascua ducere veriti non sunt, licet a vero ovium pastore non fuerint missi. Deficiente enim legitima, atque canonica institutione summum est nefas parochi munus exercere. Sed qui solo intrusionis crimine laborant, si paroeciam poenitentia ducti dimittant in alteram paroeciam canonice institui a te poterunt. Ejus autem quem denuo parochum volueris eligere habenda diligenter est ratio morum probitatis, et publicae, quae le ipso habeatur existimationis. Praecipue vero curandum est, ne translatio hujusmodi opponatur bono societatis.

Consulitur conscientiis eorum qui confessiones per im penes intrusum ediderunt.

§. 5. Ne vero fidelium conscientiae, quibus summa charitate consulendum est perturbentur, ac vexentur ob eam causam, quod suas confessiones ediderint penes intrusos, in quibus nulla erat jurisdictio, ea ratio tenenda est, ut qui bona fide egerunt, atque in eadem simpliciter perseverant ad repetendas eas confessiones ex gravissimorum theologorum sententia non adigantur. Videntur enim id praestitisse, quod a poenitentibus sacrosanta exigit Tridentina synodus sessione 14 cap. 5 adeoque eorum peccata semel jam excussa cum iis diligenter cogitantibus, et nihil dubitantibus in posteriori confessione non occurrant, in illa jam habita confessione intelliguntur includi, atque haec illa sunt pro quibus fideliter cum propheta dicimus *ab occultis munda me Domine*. Omnem praeterea tibi impertimur facultatem absolvendi ab iis censuris, iisque irregularitatibus, quae a funestis inter vos discordiis ortum quoquo modo habuerint. Potestatem pariter tibi facimus sanandi omnes et singulos actus et episcopales expeditiones a praedicto Mazlum peractas, cum episcopalem qua penitus carebat auctoritatem exerceret.

Facultas remittendi pecunias exactas ab intruso, et pseudo episcopo.

§. 6. Volumus etiam ut remittere, si tibi videbitur, et condonare possis omnes pecuniarum, quae ad episcopos spectant exactiones a memorato Mazlumio quomodolibet factas; ita tamen ut benigne condonentur eae pecuniae, quae ad episcopum pertinent; illae vero quae sunt sedis episcopalis, eidem sedi restituantur. Declarabis autem scripturas omnes ad appellantium, ac memorati electi patrocinium, favoremque editas, et praedictae Nostrae congregationi de Propaganda Fide utrinque exhibitas, tamquam in forma non probante esse, ac fore, et haberi, ac proinde in futurum nullum famae, et existimationi eorum ex ipsis detrimentum illatum esse, aut in futurum inferri posse, nisi judicialiter servatis servandis aliter constet.

Poenae adversus refractarios inflictae.

§. 7. Facultatem denique tibi facimus inquirendi in ecclesiasticos sive regulares, qui mandatis, literisque apostolicis appellationem ad Sedem apostolicam, vel suspensionem, et irregularitatem praedicti Mazlumii respicientibus restiterant. Refractariis ejusmodi ecclesiasticis si in sua pervicacia permanserint eas pro tua prudentia poenas infligere poteris, quae per sacros canones constitutae sunt. Haec tibi dilecte fili perscribenda habebamus. Superest ut indutus galea salutis armisque justitiae to-

tis viribus ad evellenda errorum, et discordiarum semina incumbas. Hierapolitanae cui te praefecimus ecclesiae pacem restituas; inclitaeque nationis tuae decorem conserves et augeas. Hoc pacto magnam tuo nomini gloriam comparabis; gratiam apud Nos inibis in dies majorem; et quod caput est amplissimam laborum tuorum mercedem a coelesti pastorum principe consequeris. In quorum auspicium apostolicam tibi, gregique tuo benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud s. Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die tertia junii millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

Dat. die 3 junii 1818 anno XVII

## DCLXXVI.

De Maximi Mazlum electione ad archiepiscopatum Hierapolitanum, et de Germani Adam archiepiscopi ejusdem dioecesis libris prohibendis sacrae congregationis decreta confirmat.

Venerabilibus fratribus patriarchae, archiepiscopis, et episcopis Graeco-Melchitis.

### Pius PP. VII.

Venerabiles fratres
Salutem, et apostolicam benedictionem

Loquitur de discordia orta inter electores.

§. 1. Tristis quidem, acerbusque de obitu venerabilis fratris Macarii Tavil patriarchae vestri nuncius ad Nos pervenit. An vero aliquem in ejus locum subrogaveritis, adhuc venerabiles fratres, ignotum Nobis est. Si novum patriarcham jam elegistis persuasum habemus eum a vobis electum esse virum, qui dignis tam excelso gradu virtutibus emineat, quique vacantes ecclesiarum vestrarum sedes postquam confirmatus a Nobis, et sacro pallio decoratus fuerit, idoneis implere pastoribus festinet. Sed hujusmodi re adhuc dubia, ne jam dudum a vobis expectatae litterae Nostrae longius desiderentur eas vobis venerabiles fratres, universis scribendas esse judicavimus. Singularis enim illa, qua vos, inclytamque gentem vestram prosequimur charitas existit, assidueque urget paternum animum Nostrum, ut quam huc usque non potuimus Hierapolitanae ecclesiae intestinis, acerrimisque discordiis afflictae opem feramus. Quae inimicus homo zizania ibidem seminaverat, maxima ut nostis vi eruperunt cum venerabili fratre archiepiscopo Germano Adam, e vivis sublato, de eligendo ejus successore actum est. Scissis studia in contraria electoribus, qui demortui archiepiscopi doctrinae, memoriaeque favebant in presbyterum Michaelem Mazlum oculos intendentes, eum Hierapolitanae ecclesiae antistitem designarunt. Sanior autem electorum pars, populique primores, quibus ejusdem ecclesiae bono minime consultum tali electione videbatur, ut eam, quam certo sequuturam videbant, frustrarentur, appellationem ad Sedem apostolicam sibi mature interponendam esse censuerunt. Appellationis documento a visitatore apostolico ad Nostram de Propaganda Fide congregationem misso, et severam ad trutinam revocato, appellatio eadem rite facta, et canonicarum legum praescripto plene conformis inventa est.

Tumultuariam declarat expletam electionem, illam irritam, et nullam dicit.

§. 2. Nihilo tamen minus conventu tumultuarie habito spectatioribus electoribus, aut absentibus, aut repugnantibus, invitoque populo Michael Mazlumius Hierapolitanus archiepiscopus, ut praevisum fuerat, renunciatus est. De his omnibus cum ad urbem Nostram divina ope remeavimus, edocti electionem Mazlumii, venerabilibus fratribus Nostris S.R.E. cardinalibus negotiis propagandae fidei praepositis sedulo examinandam tradidimus, qui sollicitudini Nostrae accurate, ut solent, respondentes, omnibus rite perpensis, et qua par erat maturitate cousideratis in eam denique sententiam convenerunt, ut memoratam electionem pluribus, gravibusque contra leges canonicas admissis laborantem, nullam, irritam, inanem existimaverint. Talem Nos sententiam aequitati, justitiae, sacrisque juribus plene consentaneam, decreto Nostro firmavimus, ipsique omnino standum esse apostolica aucto-

ritate statuimus, Mazlumius ipse decreto se Nostro humiliter subjecit, tenuique censu ei attributo, contentus de reliquis suae vitae diebus in urbe agendis opportunum consilium amplexus est.

Nova despecta electione, vacans declaratur ecclesia, eique episcopus praeponitur.

§. 3. Non dubitamus, quin Mazlumii docilitatem imitati ejus fautores, decreto et ipsi Nostro concordibus, ut facto opus est animis conquiescant Mazlumii electione merito a Nobis abrogata, consequens est, ut Hierapolitana ecclesia adhuc vacans, et suo pastore viduata reputari debeat. Ad evitandas vero turbas, quae vehementius, et periculosius invalescerent si novi archiepiscopi electio clero Hierapolitano permitteretur, novum archiepiscopum de plenitudine potestatis divinitus Nobis inditae, a Nobis ipsis hac vice nominandum esse judicavimus.

Consulitur privilegiis cleri Hierapolitani.

§. 4. Neque id quidquam nego. tiis clero Hierapolitano facessere debet, cujus jura, consuetudines, privilegia potius augere, quam imminuere, multoque minus tollere in animo Nobis est. Quare solemniori quo possumus modo declaramus, futurorum archiepiscoporum electiones a praefato clero faciendas esse quemadmodum hucusque fieri consueverunt.

De praestantia novi electi disseritur.

§. 5. Quem vero Hierapolis archiepiscopum auctoritate apostolica in praesens nominamus, est dilectus filius religiosus vir Basilius Haractengi generalis monachorum Basilianorum congregationis s. Joannis in Soario, praeses, quem doctrina, pietate, pacisque studio commendatum, huic muneri obeundo plane idoneum existimavimus, vestrum nunc est venerabiles fratres abjectis praeteritarum contentionum studiis nominatiuni Nostrae ex animo adhaerere, novumque Hierapolitanae ecclesiae archiepiscopum fraterna charitate complecti, ut Hierapolitanus clerus praeclaro etiam exemplo vestro permotus pastorem suum reverenter, amanterque suscipiat, quem orthodoxae fidei, morumque ad sacras leges exigendorum zelo inflammatum diligentissime curaturum esse confidimus, ut omnibus officii sui partibus fortiter simul, et suaviter satisfaciat.

Consulitur exstirpationi errorum irrepto-

§. 6. At suum Hierapolitanae ecclesiae archiepiscopum dedisse contenti non sumus, nisi omnem erroribus quibus ipsa inquinari possit aditum una intercludamus. Postremus Hierapolitanus archiepiscopus Germanus Adam, qui villicationis suae rationem Christo Domino jam reddidit catechismum scripsit, aliosque libros vulgavit, qui non uno capite contra sanam doctrinam peccare visi sunt. Quamobrem Nostra de Propaganda Fide congregatio Nobis enixe supplicavit, ut catechismi, aliorumque Germani Adam operum lectionem sub excommunicationis poena fidelibus interdiceremus, donec definitivum de iisdem operibus judicium a Sede apostolica latum sit. Hujusmodi rogatio dignissima Nobis visa est, cui morem gereremus. Nemo igitur archiepiscopi Adam opera legere posthac audeat, si quis secus fecerit, se poena excommunicationis multatum sciat. Catechismo de quo agitur vero servi Dei cardinalis Bellarmini catechismus quo Hierapolitana dioecesis uti antea solebat, sufficiatur, ad ipsiusque normam fideles in orthodoxa fide posthac erudiantur.

rum in dioecesi ex scriptis ibidem publicatis, quorum lectura interdicitur.

Praeceptum de obediendo sanctae Sedis mandatis.

§. 7. Haec a Nobis praecipue agenda erant, ut Hierapolitanae ecclesiae tranquillitati, et securitati consuleremus. Superest, venerabiles fratres, ut consueto vestro in Nos et Sedem apostolicam obsequio decretis Nostris parentes, quibus et ortarum inter vos discordiarum potior causa praecidatur, et si quae sparsa sunt istos fideles errorum semina suffocentur. Hortamur etiam vos per viscera misericordiae Dei Nostri, ut levioribus etiam praeteritarum dissensionum vestigiis omnino deletis, in mutua quam redemptor Noster tantopere commendavit, charitate vivatis, sine qua, ut apostoli verbis utamur, nihil vobis proderit, ne fides quidem ipsa, cujus quoque amittendae periculum subit, qui charitatem amittit. Tristissima enim experientia docemur, obtenebratis aestuosa contentione mentibus, ipsum quoque veritatis lumen languescere, ac demum extingui. Sincero itaque, alacrique animo reconciliamini, ut scissuras esse inter vos, quae paternum quoque cor Nostrum saeve dilacerant, audituri amplius non simus.

Commendatio favore sacerdotum missorum a sacra congregatione

§. 8. Reliquum est, ut pietati, et liberalitati vestrae plurimum in Domino commendemus dilectos filios sacerdotes Cuttan, et Aggiuri Nostrae

de Propaganda Fide. de Propaganda fide congregationi summopere acceptos, optimeque de ipsa meritos. Vestro enim favore, vestrisque officiis incitati, libentins efficaciusque vineae Domini excolendae vobiscum adlaborabunt, ut lectiores, uberioresque bonorum operum fructus afferre possit. Hac etiam ratione, benevolentiam vobis Nostram magis, magisque obstringetis, venerabiles fratres, quibus apostolicam benedictionem ex intimo cordis depromptam, etiam gregibus vestris communicandam peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia junii millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCLXXVII.

Dat. die 14 junii 1816 anno XVII

Facultas nuntio apostolico penes catholicum regem commoranti dispensandi ab aliquibus impedimentis pauperes subjectos curae regiae confraternitatis b. M. Virginis de Spe Matriti dioecesis Toletanae.

Dilecto filio Nostro, et Sedis apostolicae pro tempore existenti in regnis Hispaniarum nuntio.

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio gestorum. §. 1. Expositum Nobis nuper fuit ex parte dilectorum filiorum modernorum officialium, et confratrum regiae confraternitatis beatae Mariae Virginis de Spe canonice ( ut asseritur ) erectae in oppido civitatis nuncupat. Matriti Toletanae dioecesis, quod cum dicta confraternitas curam gerat misericordem multorum utriusque sexus pauperum, qui in matrimoniis ineundis ad Nos, et hanc apostolicam Sedem ob maximam, qua laborant inopia confugere vix, aut ne vix quidem confugere possunt pro necessariis sanationibus, vel revalidationibus, aut dispensationibsu obtinendis, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut dictis pauperibus in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur..

§. 2. Nos igitur intuitu etiam carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum regis catholici ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, tibi et pro tempore existenti Nostro, et dictae Sedis apud regem catholicum nuncio facultatem pro solis pauperibus curae memoratae confraternitatis creditis, et in dioecesi Toletana dumtaxat commorantibus sanandi, et revalidandi in utroque foro dispensationes obtentas per literas apostolicas super quocumque gradu, quando ob superventam copulam, aut ob errata dispensatorum nomina, ac etiam quando post impetratam apostolicam dispensationem novum aliquod consanguinitatis, vel affinitatis gradus inferioris impedimentum suboriretur, et quando dispensationes apostolicae concessae fuissent ex causa localis angustiae, dispensatorum localium autem incolarum hujusmodi frequentia consuetum familiarum trecentarum circiter numerum excessisset : item facultatem dispensandi super impedimento publicae honestatis proveniente ex sponsalibus « per verba de futuro » et super impedimentum criminis derivans ex praecedente cum promissione matrimonii copula, sine tamen ulla machinatione pariter dispensandi super impedimentum secundi affinitatis gradus ex illicita dumtaxat copula provenientis, ac demum super aliud impedimentum simplicis cognationis spiritualis ex eo, quod vir, aut mulier a sacro baptismi lavacro, vel sacra confirmationis unctione puerum ex praecedenti matrimonio natum susceperit, auctoritate apostolica, tenore praesentium tribuimus, et Nostrum, et Sedis apostolicae beneplacitum impertimur. Volumus

Tenor concessionis (margin note beside §. 2)

autem, ac omnino praecipimus, ut hisce facultatibus utaris gratis, nulla imposita pecuniaria multa, ac semper aequa ex causa; super quo conscentiam tuam stricte oneramus, sed imposita alia salutari, prout de jure, et habita personarum ratione, poenitentia.

Derogatio contrariorum

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub anulo piscatoris die decima quarta junij millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimoseptimo.

---

Dat. die 18 junii 1816 anno XVII

DCLXXVIII.

Confirmatio privilegiorum piae societatis erectae in ecclesia sancti Pauli in pago Montis Ferrati dioecesis Casalensis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Philippus Tassone preshyter Casalensis dioecesis, nomine etiam aliorum de clero, quod illius ordinarii auctoritate pia societas Christifidelium utriusque sexus in ecclesia s. Pauli in pago Montis Ferrati Casalensis dioecesis sub invocatione sancti Francisci Salesii, ad instar illius, quae in hac alma urbe Nostra in ecclesia monasterii monialium Visitationis beatae Mariae virginis canonice extat erecta, et a Nobis per alias Nostras in simili forma brevis expeditas literas, quarum tenorem praesentibus pro pleue, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus, fusius continetur, multis ditata fuit spiritualibus indulgentiis et gratiis instituta reperitur. Ut autem hujusmodi pia institutio, seu societas firmius subsistat, et omnium spiritualium bonorum participes sint personae eidem adscriptae, et in posterum adscribendae, per Nos confirmari, et approbari vehementer desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes; supplicationibus hujusmodi inclinati, societatem praedictam sub invocatione s. Francisci Salesii, et protectione in memorata ecclesia s. Pauli in pago Montis Ferrati Casalensis dioecesis rite, prout asseritur, erectam ac institutam, aurtoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illique apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes et singulas personas utriusque sexus praedictae societati adscriptas, et in posterum adscribendas, omnium spiritualium bonorum, ac indulgentiarum, quae alias memoratae societati in ecclesia Visitationis beatae Mariae virginis praedicta, juxta praedictarum literarum Nostrarum tenorem a Nobis concessae, tributaeque fuerunt, pari modo, et absque ulla prorsus differentia, auctoritate, et tenore praefatis participes facimus, ac declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava junij millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

Dat. die 27 junii 1816. anno XVII

## DCLXXIX.

Provinciae Romandiolae jus nominandi rotae auditorem conceditur, praevio annuo stipendio eidem persolvendo.

### Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Romani pontifices praedecessores Nostri, et haec apostolica Sedes nonnullas provincias, rivitates, et oppida ditioni ecclesiastici status subjecta, quae celebritatis laude, nobilitate generis, scientiarum doctrina, et liberalium artium peritia praeclaros viros in lucem edidere, nec non fidei, devotionis, et benevolentiae argumenta erga apostolicam eamdem Sedem praebuere, privilegiis, honoribus, et gratiis interdum afficere consueverunt.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis pro parte dilectorum filiorum magistratuum, et repraesentantium provinciae Nostrae Romandiolae expositum nuper fuerit, quod cum ex ipsius provinciae gremio quamplures nobilitate, ingenio, doctrina, virtutibus, et dignitatibus etiam majoribus ecclesiasticis insignes viri prodierint, et existant, inter quos felicis recordationis Pius pp. VI. praedecessor itidem Noster; ipsi unum ex eorum nobilibus originariis civibus virum ecclesiasticum inter Romanae rotae auditores, et cappellanos Nostros per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem nominandum, et eligendum, cui ipsi, ut decentius in urbe Nostra subsistere valeat, pensionem annuam duorum millium scutatorum monetae Romanae in comitiis die decima superioris mensis maij erogandam fore constituecunt, cooptari, eligi, et adnumerari per Nos summopere desiderant. Nobis propterea eorum pariter nomine humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur praedecessorum Nostrorum vestigia sectantes, ac dictorum exponentium votis in omnibus, juxta comitia praefati diei decimi maij, quantum cum Domino possumus benigne annuere, ipsosque et provinciam praedictam specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, dilectum filium magistrum Aloisium Zinanni patricium Ravennatensem utriusque signaturae Nostrae referendarium, virum quidem doctrina, prudentia, morum integritate, et juris peritia praeditum inter Romanae rotae auditores, et cappellanos Nostros jam nominatum pro dicta provincia Romandiolae existere declaramus, eidemque provinciae Nostrae privilegium perpetuum habendi inter Romanae rotae auditores, et cappellanos Nostros hujusmodi unum ex suis nobilibus originariis civibus dumtaxat, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, tribuimus, et impertimur; reservata semper Nobis, et huic apostolicae Sedi absoluta, et integra facultate electionem hujusmodi faciendi, servatisque alias de more servandis pro executione, et admissione electionis, et nominationis hujusmodi. Volumus autem, ut pensio praedicta sic, ut praemittitur, constituta, et assignata eidem magistro Aloisio Zinanni a die nominationis, ejusque in officium hujusmodi successionibus pro tempore in perpetuum existentibus libere persolvatur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective, inviolabiliter observari; eidemque Aloisio Zinanni, ejusque successoribus, dictaeque provinciae in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae provinciae etiam juramento, confirmatione apostolica,

vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majurem sub annulo piscatoris die vicesima septima junij millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCLXXX.

Dat. die 5. julii 1816. anno XVII

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui statutis diebus visitaverint ecclesias, in quibus celebratur festum beati Petri a Caputiis de Tiferno.

Pius PP. VII.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis

Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem caelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, supplicationibus quoque dilecti filii Pii Josephi Gaddi vicarii generalis ordinis Praedicatorum Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis tam fratrum, quam monialium ordinis hujusmodi, nec non aliis ecclesiis, quibus extensum est privilegium celebrandi festum, et officium beati Petri a Caputiis de Tiferno ubicumque existentibus, die, in qua ab unaquaque ex praefatis ecclesiis festum ejusdem beati Petri a Caputiis de Tiferno pro prima vicecelebrabitur a primis vesperis, usque ad occasum solis diei hujusmodi devote visitaverint, et ibi pro Christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac s. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus, praesentibus pro unica vice tantum valituris.

Conditiones adjectae, et fides habenda transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint; utque praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta julii millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCLXXXI.

Dat. die 5 julii 1816. anno XVII

Conceditur canonicis terrae Montis Florum Firmanae dioecesis facultas gestandi cappam magnam, et rocchetum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium

§. 1. Sincera fidei ac piae devotionis argumenta, quae transactis miserrimis temporibus erga Nos, et hanc apostolicam Sedem capitulum, et canonici insignis collegiatae ecclesiae terrae Montis Florum Firmanae dioecesis praebuerunt, Nos inducunt, ut ea quae eorum personali honorificentiae fore conspicimus opportuna, illis libentissime consulamus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dignitates, et canonici collegiate praedictae, quod ipsi loco almutiae cappam magnam violaceam sine pellibus, et cottam supra rocchetum juxta temporum varietatem gestare summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra

indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, attenta quoque favorabili relatione archiepiscopi Firmani Nobis transmissa, modernis, ac pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, et canonicis insignis collegiatae praedictae, ut ipsi pro almutia, qua ad praesens utuntur, in posterum cappam magnam violaceam, vulgo di saja nuncupat. cremisino serico rubri coloris subsutam sine pellibus hyemali tempore supra rocchetum cum suis manicis, aestivo vero tempore cottam supra idem rocchetum ad instar alterius collegiatae Montis Georgei memoratae dioecesis, tum in ecclesia, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, fel. rec. Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae ecclesiae collegiatae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta julii millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCLXXXII.

Dat. die 6 julii 1816 anno XVII

Reformatio publicae administrationis, et tribunalium ditionis Pontificiae.

### Pius PP. VII.

### MOTU PROPRIO

Proemio. Quando per ammirabile disposizione della gloriosa provvidenza divina col potente appoggio de' gloriosi monarchi alleati ricuperò questa santa Sede le provincie di Bologna, di Ferrara, della Romagna, delle Marche, di Benevento, e di Ponte Corvo, le quali erano state distaccate dal di lei dominio più lungamente delle altre, nella impossibilità in cui Noi eravamo di regolare nel momento il governo stabile, e definitivo di esse provincie, vi stabilimmo col mezzo dell' editto del cardinale Nostro segretario di stato dei 5. luglio dello scorso anno un governo provvisorio, meno alcuni indispensabili cambiamenti, Noi conservammo temporaneamente nelle medesime quell' ordine di cose, che vi trovammo in allora; ma fino da quel momento facemmo sentire, che ci saremmo incessantemente occupati di un nuovo sistema generale di amministrazione definitiva, il più conveniente ai veri, e solidi interessi del Nostro popolo.

Molte e gravi considerazioni ci mossero ad annunziare fin d' allora un tale Nostro disegno, con la ferma risoluzione di ridurlo ad effetto subito che ci fosse stato possibile.

Ragioni che indussero il. Noi riflettemmo in primo luogo, che la unità, ed uniformità deb-

pontefice dalle stabilite riforme.

sono esser le basi di ogni politica istituzione, senza delle quali difficilmente si può assicurare la solidità de' governi, e la felicità de' popoli; e che un governo tanto più può riguardarsi come perfetto, quanto più si avvicina a quel sistema di unità stabilito da Dio tanto nell' ordine della natura, quanto nel sublime edificio della religione. Questa certezza c' indusse a procorare per quanto fosse possibile la uniformità del sistema in tutto lo stato appartenente alla santa Sede. Presentava, egli è vero, lo stato medesimo un modello di legislazione, e di ordine, fondato com' era nei suoi grandi principj sulle invariabili regole della religione, e morale evangelica, e sulla canonica giurisprudenza, la quale regolata dalla solida equità, e dal verace diritto della natura, ad onta delle calunnie, colle quali è stata attaccata, dovrà sempre riconoscersi come quella, che ricondusse l'Europa allo stato di civilizzazione, da cui le irruzioni de' barbari l' aveano allontanata. Ma pur per giungere alla perfezione (in quanto può questa esser compatibile colla natura delle umane cose) mancava ancora al Nostro stato quella uniformità, che è così utile ai publici, e privati interessi, perchè, formato colla successiva riunione di dominj differenti, presentava un aggregato di usi, di leggi, di privilegj fra loro naturalmente difformi, cosicchè rendevano una provincia bene spesso straniera all' altra, e talvolta disgiungeva nella provincia medesima l' uno dall' altro paese.

Penetrati i sommi pontefici Nostri predecessori della verità delle massime sopra enunciate, profittarono di ogni opportunità per richiamare ai principj uniformi i diversi rami di publica amministrazione, e Noi medesimi nel cominciamento del Nostro pontificato procurammo di servire in parte a queste vedute medesime. La collisione però dei diversi interessi, l' attaccamento alle antiche abitudini, gli ostacoli che sogliono moltiplicarsi, ove si tratti di cangiare stabilimenti esisteoti, ed usi inveterati, non permisero fin qui condurre al compimento quell' opera, che solo potè tentarsi in qualche parte.

Ma la sempre ammirabile providenza divina, la quale sapientemente dispone le umane cose in modo, che talvolta d' onde sovrastano maggiori calamità, indi sa trarre anche copiosi vantaggj, sembra che abbia disposto, che le stesse disgrazie de' trascorsi tempi, e l'interrompimento medesimo dell'esercizio della Nostra temporale sovranità aprissero la strada ad una tale operazione, allorchè pacificate le cose si dasse luogo alla ripristinazione delle legittime potestà. Noi dunque credemmo di dover cogliere questo momento per compire l'opera incominciata.

Questa non era solamente utile in se stessa, ma rendevasi per le circostanze ancor necessaria. Infatti in una gran parte delle provincie recentemente ricuperate la tanto più lunga separazione dal dominio di questa santa Sede ha fatto quasi dimenticare le antiche instituzioni, e costumanze; onde si è reso in esse quasi impossibile il ritorno all' antico ordine di cose. Nuove abitudini surrogate alle antiche, nuove opinioni invalse e diffuse quasi universalmente nei diversi oggetti di amministrazione e di pubblica economia, nuovi lumi, che sull' esempio di altre nazioni d'Europa si sono pure acquistati, esigono indispensabilmente l' adozione nelle dette provincie di un nuovo sistema più adattato alla presente condizione degli abitanti, resa tanto diversa da quelli di prima.

Provedesi all' uniformità del sistema in tutto lo stato.

Nell'applicare la mente a questi pensieri non abbiamo potuto non considerare, che sarebbe cosa mostruosa, e totalmente opposta a quel sistema di unità indicato di sopra, che una parte di un medesimo stato riunito sotto il comando del sovrano medesimo, ed insieme di una non tanto vasta estensione, fosse regolata con principj, e con sistemi diversi dall' altra: che se le circostanze locali possono richiedere alcune modificazioni, queste però debbono esser leggiere, e tali, che non tendano a distruggere l' unità del sistema. Se pertanto in una gran parte dei dominj distaccati da lungo tempo dal pontificio governo il ripristinamento degli antichi metodi si rende presso chè impossibile, o tale almeno, che non possa ottenersi senza un notabile disgusto, o

incomodo delle popolazioni, diviene indispensabile per l'integrità del corpo, e per la riunione di tutte le membra, lo stabilimento di un sistema, che tutte le comprenda nella medesima uniformità.

Mezzi adoperati per ottenere l'intento.

Rivolgendo quindi le Nostre più serie riflessioni a questa verità, Noi avremmo creduto di mancare a Noi stessi, e a quello zelo, che animar ci deve a costantemente vegliare alla stabile felicità de' Nostri sudditi, se non ci fossimo studiati di porre a profitto i preziosi momenti, che la provvidenza divina sembra aver preparati per procedere ad una generale, ed uniforme sistemazione di tutto lo stato.

Appena pertanto stabilito da Noi, come si è detto, nelle provincie felicemente ricuperate nell'anno scorso un provvisorio governo, non tardammo un istante ad occuparci dei preparativi necessarj alla sistemazione suddetta. Questa opera quanto grande, altrettanto interessante in se stessa, non poteva essere maggiormente sollecita; ed esigeva pure, che per mezzo di tal provvisorio regime si andassero raccogliendo le più esatte notizie sullo stato attuale delle Nostre provincie, onde servir potessero di lume nella formazione di un piano di stabile, e definitivo governo, che convenir potesse a tutte indistintamente le provincie della s. Sede. Fu ordinato da Noi, che nel conciliare un tal progetto si avessero in vista tre cose: la prima accelerare il lavoro quanto più fosse possibile, onde nel termine dell'anno dall'impianto del governo provvisorio venisse pubblicato il sistema del governo stabile, il quale messo in attività con tutta quella sollicitudine, che permettono le predisposizioni necessarie alla sua esecuzione, assicurasse la felicità dei Nostri sudditi: la seconda, che il tutto venisse combinato per quanto fosse possibile coi principj di uniformità, come quella dalla quale derivano non solo il decoro di un sistema, ma ben'anche gl'immensi vantaggi di esso: finalmente, che si procurasse di conservare, per quanto fosse combinabile coi sopraesposti riflessi, quegli stabilimenti, che con tanta saviezza erano stati introdotti dai sommi pontefici Nostri antecessori, in modo però da non escludere quei cambiamenti, che la utilità, ed i bisogni publici esiger potessero dopo tante, e sì straordinarie vicende; poichè nè gli umani stabilimenti giunger possono a prevenire tutti gli abusi, nè la sapienza dei legislatori potè tutto prevedere, scorgendo Noi medesimi tuttogiorno tante cose immaginate in addietro, che sono poi migliorate dalla ingegnosa investigazione degli uomini.

Deputa di una congregazione particolare, che presentasse il progetto.

A queste Nostre vedute ha corrisposto il progetto presentatoci. Noi però a fine di procedere in cosa di tanta importanza, e di tanto interesse per i Nostri suddili colla necessaria maturità di consiglio, lo facemmo sottoporre all' esame della congregazione Economica già da Noi deputata, e composta di diversi cardinali della Santa Chiesa Romana, e di altri egregi soggetti, i quali e per le loro vaste cognizioni in materia di amministrazione, e di governo, e per la consumata esperienza negli affari, e per la integrità, e rettitudine d' dintenzioni credemmo più atti a portar giusto, e adeguato giudizio di quanto ci fu progettato, ed a contribuire coi loro lumi al publico bene. La congregazione medesima dopo aver tenute molte conferenze, nelle quali tutte le parti del piano sono state diligentemente esaminate, e discusse, ci ha presentata la sua relazione; e Noi dopo averla maturamente considerata, ci siamo determinati a sanzionare con qualche cambiamento, e modificazione le risoluzioni da essa prese.

Premesse di nuove riforme

Le Nostre sollecitudini non sono state solamente rivolte alla pubblicazione di un piano, che contribuisse colla uniformità dei principj al ben'essere dei Nostri popoli; ma abbiamo ancor voluto far loco sperimentare gli effetti del Nostro amore paterno. Già con gli editti dei 31. maggio 1814., e dei 5 luglio 1815. facemmo provare a tutte le Nostre provincie di prima, e di seconda ricupera i benefici effetti della Nostra affezione con una notabile diminuzione dei diversi rami delle publiche imposizioni. Niuna cosa essendo di tanta compiacenza al cuor Nostro, quanto il migliore la sorte dei Nostri sudditi, abbiamo sempre nudrito il dolce pensiero di accordar loro in questo incontro anche nuovi,

e più sensibili alleggerimenti. Così l' enorme peso de' carichi già esistenti, e di quelli ripartibili fra le provincie componenti il cessato regno d'Italia per i debiti inerenti al monte ch'esisteva in Milano, i quali vanno ora a gravitare sul Nostro erario già oppresso dai straordinarj, ed inopinati dispendj, a cui lo hanno assoggettato e il cordone sanitario, e le sovvenzioni a tante comunità, che in questa penuriosa stagione mancavano di sussistenza, ci avesse permesso di fare in tutta la estensione, ciò che l' animo Nostro era impaziente di fare pei Nostri popoli! Se però non abbiamo potuto far tutto quello, che volevamo, abbiamo voluto almeno spingere l' amor Nostro fin dove ci è stato possibile, moderando le gravezze de' Nostri sudditi quanto lo consentivano gli aggravj, e gl' impegni, ai quali il governo è indeclinabilmente obligato a far fronte, non dubitando che negli sgravj, che si accordano, troverà il Nostro stato un giusto motivo di esser grato alle Nostre paterne sollecitudini, le quali non lasceranno anche di migliorare la sorte de' Nostri popoli, subitochè miglioreranno le circostanze del governo. Animati da tutti questi pensieri, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra apostolica, e sovrana potestà, ordiniamo:

## TITOLO I.

### *Organizzazione governativa*

Divisione dello stato in delegazioni di tre classi.

Art. 1. Lo stato ecclesiastico è ripartito in diciasette delegazioni, oltre i luoghi suburbani soggetti alla capitale. Le delegazioni sono di tre classi, come dall' annessa tabella, e si distingueranno con trattamenti, ed onorificenze particolari.

Destinandosi al regime di qualcuna delle delegazioni di prima classe un cardinale, la delegazione assumerà il titolo di legazione, ed il cardinal prenderà il titolo, ed avrà tutti gli onori di legato, con quelle speciali prerogative, che gli saranno attribuite colle lettere in forma di breve.

Suddivisione delle delegazioni in governi.

2. Ogni delegazione è suddivisa in governi di primo, e di secondo ordine.

Tabella de' luoghi appartenenti a ciascuna delegazione.

3. La suddetta tabella dimostra l' estensione di ciascuna delegazione coi respettivi governi.

Deputazione di una congregazione per le differenze intorno al riparto territoriale.

4. E' stabilita in Roma una congregazione particolare composta di monsignor segretario di consulta, di un chierico di camera, e di monsignor segretario del Buon Governo, il quale assumerà le funzioni di segretario per ricevere ed esaminare stragiudizialmente, e per via di semplici memorie, i ricorsi, che potranno sopravvenire per la rettificazione delle respettive demarcazioni delle delegazioni, e dei governi.

Regolamento per la congregazione territoriale.

5. L' annesso regolamento determina il tempo, ed il modo di trasmettere, ed esaminare i ricorsi, e di farne in seguito la relazione da sottoporsi all' oracolo sovrano.

Giurisdizione dei delegati.

6. Il delegato di ciascuna delegazione eserciterà, sotto la dipendenza dei dicasterj superiori per tutto ciò, che è conservato nelle respettive sue attribuzioni, la giurisdizione in tutti gli atti di governo, e di pubblica amministrazione, eccettuati gli affari, che per ragione di materia appartengono alle potestà ecclesiastiche, quelli che riguardano l' ordine giudiziario civile, quelli, che spettano alla direzione del pubblico erario, e quelli, che nelle quattro delegazioni di Bologna, Ferrara, Ravenna, e Forlì potessero mai o in tutto, o in parte essere attribuiti a qualche deputazione speciale pel regolamento delle acque.

Presso ogni delegato si destineranno due assessori.

7. Presso ogni delegato vi saranno due assessori da nominarsi dal sovrano, dei quali il delegato si prevarrà pel disbrigo degli affari.

I medesimi dovranno dipendere dal delegato in tutto quello, che non verrà ad essi attribuito specialmente a tenore dell' art. 28. del titolo II., e degli art. 77., e 79. del tit. III.

Congregazione governativa in ogni delegazione.

8. Presso ogni delegato esisterà una congregazione governativa, composta di quattro individui, due del capo luogo, e due degli altri luoghi della delegazione per quelle di prima classe; di tre individui, due del capo luogo, ed uno degli altri luoghi della delegazione per quelle della seconda classe; e di uno del capo luogho, e di uno degli altri

luoghi della delegazione per quelle di terza.

Si eccettua da questa disposizione la città di Bologna, nella quale, attese le sue particolari circostanze, si permette, che i quattro individui della congregazione suddetta possano essere della medesima città.

*Qualità dei consultori.*

9. Questi individui da nominarsi dal sovrano dovranno avere passato l' età di anni trenta, essere di oneste famiglie, distinguersi pel loro costume, e per la loro istruzione, ed avere preventivamente esercitato qualche impiego pubblico, o comunitativo, ovvero atteso lodevolmente al foro almeno per lo spazio di tre anni.

*Quando debba adunarsi la congregazione governativa.*

10. Si aduneranno presso il delegato tre volte in ciascuna settimana nei giorni, che verranno stabiliti, e straordinariamente ogni volta, che saranno dal delegato richiesti.

*Attribuzione della congregazione governativa.*

11. Saranno consultati in tutti gli affari di qualche rilievo, in cui abbia luogo una deliberazione da prendersi pel regime della delegazione su i varj oggetti amministrativi.

*Il voto della congregazione è consultivo.*

12. Il loro voto sarà consultivo. La risoluzione definitiva dipenderà dal delegato. Saranno registrati i pareri di ciascuno, e i motivi principali, a cui si appoggiano. Il delegato nel rendere conto della risoluzione alla segreteria di stato, ed ai respettivi dicasteri di Roma, dovrà trasmettere una copia della discussione fatta nella congregazione uniforme al registro.

*Rinnovazione della congregazione governativa da farsi ogni cinque anni.*

13. Ogni cinque anni si procederà alla rinnovazione della congregazione per mezzo dell' estrazione a sorte da eseguirsi nella maniera seguente.

Nelle delegazioni di prima classe due saranno i membri, che sortiranno, e due rimarranno; in quelle di seconda classe due saranno i sortiti, ed uno il restante; in quei di terza uno soltanto sortirà.

Si procederà all' elezione in rimpiazzo dei sortiti a norma del disposto nell' art. 9.

I sortiti potranno essere rieletti.

*Officio del segretario della delegazione.*

14. Vi sarà inoltre sotto gli ordini dei delegati, ed a scelta del sovrano un segretario generale. Questi interverrà senza voto nella congregazione; sarà incaricato della estensione delle risoluzioni, della scritturazione de' registri, e del carteggio.

Non potrà essere rimosso senza la intesa della segreteria di stato.

*Attribuzione dei governatori di primo, e secondo ordine.*

15. I governatori di primo, e secondo ordine dipenderanno intieramente dal delegato nell' esercizio delle loro facoltà, eccettuati i casi di urgenza, ed eccettuate quelle attribuzioni, che riguardano l' ordine giudiziario negli affari civili, e nelle cause minori, che saranno di loro competenza, nel modo prescritto agli articoli 25. e 26. del titolo II.

*Corrispondenza tra i delegati ed i governatori.*

16. Sarà in facoltà del delegato regolare la corrispondenza, o esegnendola immediatamente coi respettivi governatori, o facendola passare pel canale intermedio dei governatori di primo ordine a quelli di secondo.

*Qualità de' delegati, dei governatori, e degli assessori.*

17. I delegati dovranno essere prelati. I componenti le congregazioni dovranno essere nativi della delegazione, o aventi origine dalla medesima, o possidenti in essa, o almeno tra quelli, che hanno ivi contratto il domicilio da dieci anni. I governatori non dovranno mai esser nativi del luogo, che governano, nè domiciliati nel medesimo da lungo tempo. Questo sistema si dichiara comune anche agli assessori.

*Le nomine de' delegati, e governatori appartengono al sovrano.*

Nei giornali, o simili fogli non è prescritto il numero delle linee, e sillabe.

25. Nei giornali, affissi, avvisi, ed altre simili carte stampate a bollo particolare di dimensione non è prescritto il numero delle linee, e sillabe.

Neppure è prescritto negli atti privati.

26 Negli atti dei privati non vi è prefissione di numero di linee, e sillabe.

Neppure nelle carte, che vengono dall' estero, e bollate allo straordinario.

27. Non vi è del pari per le carte provenienti dall' estero, o altre scritture, che possono, o devono essere bollate con bollo straordinario.

Nè per i registri, e libri, nè per gli atti di citazione.

28. Similmente non vi è prescrizione di linee per i registri, e libri, nè per gli atti di citazione.

Il bollo non deve ingombrarsi con lo scritto, eccettuate le straordinarie nelle carte già scritte.

29. Non potrà ingombrarsi il bollo con soprapporvi la scrittura, eccettuate le sole carte soggette alla formalità del bollo straordinario dopo essere scritte. Le contravvenzioni a questa legge negli officiali publici saranno represse con una multa di scudi cinque per ciascuna contravvenzione, nei particolari con una multa, che non ecceda il doppio del diritto della carta di cui hanno fatto uso.

Una carta bollata non può adoprarsi per più atti, eccetto quelli, che non possono compirsi in un medesimo tempo.

30. La carta bollata, che sarà stata adoprata per un atto qualunque, non potrà servire per un altro atto, quantunque non fosse stata riempita tutta. Non potranno farsi, nè spedirsi due atti uno dopo l' altro sul medesimo foglio di carta bollata.

Sono eccettuate le ratifiche degli atti fatti in assenza delle parti, le quietanze, gl' inventarj, descrizioni, ed altri atti simili, che non possono essere consumati in un medesimo tratto di tempo, e in un medesimo giorno.

Pene ai trasgressori del precedente articolo.

31. Le trasgressioni su di ciò, che è prescritto nell' antecedente articolo, saranno soggette per gli officiali publici ad una multa di scudi cinque, e per li particolari al quadruplo dell' importo del diritto.

Si proibisce agli officiali publici, ed ai tribunali di emmettere carte non bollate.

32. E' proibito a tutti gli attuarj, cancellieri, notari, ed altri depositarj di scritture publiche, e private di qualunque specie, ricevitori del registro, e conservatori d' ipoteche di riceverle, quando non siano debitamente bollate, sotto pena di scudi cinque per ogni carta, che ricevessero nei loro officj, non munita

del bollo, o bollata indebitamente; ai giudici, tribunali, e dicasterj publici, di dare alcuna esecuzione, o di prendere in alcuna benchè minima considerazione simili carte a qualunqne siasi effetto.

## CAPITOLO VII.

*Dei delitti in materia di bollo.*

Le falsificazioni del bollo della carte saranno punite, come quelle del bollo di dogana.

53. I delitti di falsificazione, e di contrafazione degl' istromenti per bollare le carte saranno irremissibilmente puniti con le stesse pene, con cui sono puniti quei di falsificazione e contrafazione dei bolli delle dogane a seconda dei bandi generali, e particolari in questa materia.

Il giudizio apparterrà alla congregazione criminale di monsig. tesoriere.

54. Il giudizio su tali delitti apparterrà privativamente alla congregazione criminale di monsignor tesoriere.

Si procederà a norma de' bandi, come per i delitti di sopra indicati.

55. Si procederà tanto nell' inquirere, che nel giud'care con le norme, che si osservano rispetto ai delitti menzionati di sopra.

Pene per le contrafazioni a mano.

56 La contrafazione commessa a mano senza falsificazione degli istromenti destinati a formare l' impressione, sarà punita col carcere di un mese se sarà di un solo foglio, di tre mesi se sarà di più fogli fino a dieci, di sei se sarà più di dieci, e di un anno se eccederà questa quantità fino a qualunqne numero.

Niuno, che non sia autorizzato, potrà vendere la carta bollata.

57. Niuno potrà vendere, o distribuire carta bollata, se non sarà destinato, ed autorizzato con una patente da spedirsi dal tesoriere generale sotto pena di una multa di scudi venti per la prima contravenzione, e di scudi quaranta in caso di recidiva.

La carta ritrovata presso quelli, che si faranno lecito spacciarla, senza essere autorizzati, sarà confiscata a vantaggio dell' amministrazione.

Gli officiali dell' amministrazione, dovranno ritenere le carte, che loro si presentassero scritte in contravvenzione, se i contravventori non consentissero e pagare subito la multa, e il bollo.

58. Nei casi, nei quali hanno luogo le multe, potranno gl' impiegati dell'amministrazione, ai quali caderanno nelle mani le carte scritte in contravvenzione, ritenerle per unirle alle relazioni, che dovranno presentare al tribunale, a meno che i contravventori non consentano a firmare la detta relazione, e pagare al momento la multa incorsa, ed il diritto del bollo.

Come debba procedersi in caso di renuenza de' trasgressori.

59. In caso di renuenza per parte dei trasgressori gl'impiegati suddetti faranno loro intimare nel termine di tre giorni le loro relazioni con citazione innanzi al giudice, o tribunale criminale del tesoriere, il quale procederà economicamente, e senza appellazione, (purchè la multa non ecceda la somma di scudi cinque per gli officiali publici, e di scudi due per i particolari.)

## CAPITOLO VIII.

*Proscrizioni dei bolli antichi, e regole da osservarsi riguardo ai medesimi, ed alla formazione dei nuovi.*

Epoca da cui non si potrà fare uso delle carte bollate dei prezzi antichi, ove tuttora esiste il dazio. In altri luoghi non si potrà far uso de' bolli soppressi.

40. Dal primo giorno del prossimo settembre nessuno potrà ne' paesi, ove attualmente è conservato il dazio, far uso di carta coi bolli semplici dei prezzi antichi. Nei paesi, nei quali il detto dazio attualmente non esiste, nessuno in alcun tempo potrà far uso delle carte impresse coi bolli soppressi.

Pene ai trasgressori.

Quei, che contravverranno a questa legge senza però apporre antidate, se saranno officiali, o impiegati publici, oppure persone, alle quali le carte di antico bollo sieno rimaste in mano per ragione di officio, incorreranno la pena di scudi venti per ciascuna contravvenzione,; se saranno semplici particolari pagheranno la multa di scudi cinque. Se poi all' uso della carta di bollo abolito si riunirà l' antidata, allora dovranno i trasgressori essere tradotti innanzi il tribunale criminale del tesorierato, e giudicati come rei di falsità.

I registri bollati, ove esiste queste dazio, non sono sottoposti ai nuovi bolli.

41. I registri bollati con bolli attuali nelle provincie, ove esiste tuttora il dazio, non saranno sottoposti ai nuovi bolli, nè per i foglj già scritti, nè per i fogli non scritti.

Termine, entro il quale si cambieranno le carte del vecchio bollo con quelle del nuovo.

42. Nelle provincie suddette tutti quelli, che si troveranno avere carta coi bolli attuali, sono abilitati a portarla all' amministrazione nei luoghi, che saranno destinati per concambiarla con altrettanta carta

avente il nuovo bollo, e ciò sino all' ultimo del mese di agosto prossimo, passato il qual termine le carte suddette non saranno più ammesse al concambio come non lo saranno mai quelle bollate col bollo straordinario.

Monsig. tesoriere potrà mettere in commercio con nuovo bollo le carte già bollate.

43. Sarà in facoltà di monsig. tesoriere di mettere in commercio la carta bollata coi bolli antichi, che rimarrà nei publici depositi, facendovi però apporre una impronta di annullazione, che cuopra l' antico, e sotto questa il bollo corrispondente alla dimensione della carta, o al nuovo bollo proporzionale per gli effetti commerciali.

44. Lo stesso monsignor tesoriere è autorizzato a fare incidere nella forma, che stimerà di prescegliere, tutti i punzoni, e le matrici necessarie per i nuovi bolli, come anche per le filagrane.

## CAPITOLO IX.

### *Disposizioni generali*

L'amministrazione del bollo unita a quella del registro è sotto posta a monsignor tesoriere.

L' azienda di questo ramo di finanse sarà regolata colle particolari ordinanze del medesimo monsig. tesoriere.

45. L'amministrazione del bollo sarà riunita a quella del registro, o sia archiviazione sotto la immediata dipendenza del tesoriere generale.

46. Tutto ciò, che riguarda l' amministrazione, e la disciplina interna per la fabbricazione, trasporto, custodia, spaccio della carta bollata, e per le misure di sicurezza, e di rincontro, gli obblighi degl'impiegati speciali, e tutt' altro relativo all' andamento di questo ramo di finanza, sarà determinato da monsig. tesoriere con speciali regolamenti, istruzioni, ed ordinanze amministrative.

Egli destinerà le cartiere, i spacci, e gli officj del bollo, e ne darà notizia al publico.

47. Lo stesso monsig. tesoriere destinerà la cartiera, o cartiere per la fabbricazione di detta carta, i luoghi de' principali depositi della medesima, e quelli degli spacci particolari distribuiti in maniera, che la provvista rimanga comoda a tutti i paesi. Farà conoscere con una sua notificazione particolare queste località destinate allo spaccio, come anche gli spacciatori, che verranno da lui scelti, e muniti di una patente. Nella stessa notificazione farà anche conoscere gli officj, e le persone destinate ad apporre il bollo straordinario, aggiungendo quelle cautele, e combinazioni di confronto, che crederà più opportune, e sicure per impedire ogni arbitrio, ed ogni abuso.

Dato dalla nostra solita residenza di Monte Citorio li 6. luglio 1816.

Luigi Ercolani tesoriere generale.



# REGOLAMENTO

PER

## LI RENDIMENTI DE' CONTI, CHE DEVONO PRESENTARSI AL TRIBUNALE DELLA CAMERA PER ESSERE SINDACATI

*Prescritto all' articolo 219. del titolo VI.*

Obbligo di tutti i tribunali, congregazioni, e pubblici dicasterj di dar conto in ogni anno dell' erogazione delle somme loro assegnate dalla R. C. A.

1 Tutte le congregazioni, tribunali, e pubblici dicasterj, che ricevono un assegnamento dalla R. C. o mensualmente, o annualmente, o in qualunque siasi scadenza, o che hanno qualunque amministrazione economica di tasse ed imposizioni pubbliche, sono obbligati di esibire al tribunale della camera, e per esso trasmettere a monsignor presidente della medesima non più tardi del primo di aprile di ogni anno il conto delle tasse che introitano, dell' erogazione degli assegnamenti che ricevono dalla cassa camerale, e della loro amministrazione: quali conti monsig. presidente a misura che li verrà ricevendo, li rimetterà a nome del tribunale a monsig. tesoriere.

Multa per li capi delle computisterie in caso d'inadempimento del suddetto obbligo.

2 Nel caso, in cui per il primo di aprile non siano stati esibiti i predetti conti, ne resteranno responsabili i capi delle respettive computisterie, o gli agenti delle amministrazioni; e monsig. presidente della camera nella prima sessione camerale ne farà la relazione al pieno tribunale, e prendendo da questo le opportune facoltà, multerà gl' inobbedienti colla sospensione de' loro onorarj fino a tanto che non avranno adempito al loro dovere.

Obbligo degli amministratori, ed appaltatori camerali di render conto al tesoriere.

3 Tutti gli amministratori o semplici, o interessati, gli affittuarj, gli enfiteuti, gli appaltatori, e chiunque altro abbia interesse colla camera, dovrà prima del cominciamento del mese di aprile d' ogni anno aver esibito a monsig. tesoriere il rendimento de' conti accompagnato dalle respettive giustificazioni.

Si procurerà al possibile da monsig. tesoriere, che tutti gli appalti, amministrazioni, aziende di qualunque genere, compiscano il loro anno amministrativo alla fine del decembre di ciascun anno; ma nel caso che alcuna ve ne sia, alla quale convenga chiuder l'anno in altro mese, i respettivi amministratori, appaltatori, ed agenti dovranno esibire i loro conti non più tardi di tre mesi dopo terminata l'annualità dell' amministrazione, o appalto.

Sotto pena delle gravatorie stesse, delle quali si parla nell' articolo susseguente, saranno obbligati tutti gli amministratori semplici, o interessati, gli appaltatori, ed affittuarj di esibire alla fine di ogni bimestre il conto di cassa alla computisteria camerale, ed anche ad ogni istante tutte le volte, che lo richieda monsignor tesoriere, il quale potrà farlo verificare a suo piacimento.

Gravatorie agli amministratori ed appaltatori in caso d'inadempimento del suddetto obbligo.

4. Nel giorno posteriore al termine prefisso si spediranno da monsignor tesoriere le gravatorie proporzionate all' importanza dell' azienda contro quei, che non avranno adempito l'obbligo ingiunto nell' articolo superiore.

Il tesorierato entro due mesi farà l' esame dei conti, e lo spoglio dei debitori.

5. Il tesorierato s' applicherà immediatamente all' esame de' conti esibiti, e dentro lo spazio di due mesi farà lo spoglio de' debitori, coartandoli al pagamento senza pregiudizio della somma, che sarà per risultare presso la verificazione da farsi in seguito dal tribunal della camera, come si dirà in appresso.

Per il primo di giugno il tesoriere dovrà rimettere i conti verificati al tribunal della camera.

6. Il primo di giugno monsignor tesoriere presenterà al tribunal della camera, e per esso trasmetterà a monsignor presidente il conto generale giustificativo dell' introito e dell' esito dell'anno antecedente. Questo conto sarà accompagnato dai conti subalterni degli amministratori semplici, o interessati, affittuarj, appaltatori, ed enfiteuti colle analoghe annotazioni; sarà munito del bilancio generale di cassa verificato per mezzo dello stato de' debitori e creditori; resterà confrontato cogl' introiti ed esiti portati nella tabella di prevenzione, e rilevato nelle ragioni delle differenze ed aberrazioni, che possono passare fra le singole partite della tabella di prevenzione, e del conto, che si presenta.

I conti saranno dal presi-

7. Appena monsignor presidente avrà ricevuto da monsig. tesoriere il

dente rimessi ai chierici di camera per la revisione.

conto generale suddetto, ne darà parte al pieno tribunale nella prima sessione, e sottoporrà alla revisione, e sindacato de' chierici di camera revisori i respettivi conti nel modo, che si stabilisce in appresso.

Il tribunale della camera si dividerà in quattro sezioni per esaminare i conti.

8. Il tribunale della camera, all' effetto di cui si tratta, sarà diviso in quattro sezioni, ciascuna delle quali sarà composta di tre chierici di camera. La prima sezione sarà formata dei tre primi chierici di camera; la seconda del quarto, quinto, e sesto; e così le altre due secondo l' ordine delle respettive anzianità. Alla relazione, che gliene farà monsignor presidente, i rami di tutta l'azienda sia attiva, sia passiva, saranno dall'emo sig. card. camerlengo ripartiti nelle suddette quattro sezioni; e questo riparto sarà variabile in ciascun anno, affinchè tutti i chierici di camera indistintamente prendano cognizione dei diversi rami dell'azienda camerale. Si avverta peraltro che non si dia a rivedere e sindacare alcun conto ad alcuna sezione, nella quale siede il chierico di camera incaricato o in tutto, o in parte dell'amministrazione o attiva, o passiva di quell' azienda, che forma il soggetto del conto medesimo.

Ogni conto avrà il suo ponente nella sezione medesima, dovendo essere ripartite egualmente lo ponenze fra i tre chierici di camera della sezione a forma della nota, che ne emetterà in ciascun anno monsig. presidente della camera, dopo che l' emo sig. card. camerlengo avrà attribuiti i conti relativi alle rispettive sezioni, come si è detto di sopra.

Per evitare l' inconveniente, che il sindacato de' conti dipenda in gran parte dall' opinione, relazione, e rilievi di una sola persona, ognuno dei singoli chierici di camera destinati all' esame dei medesimi potrà volendo assumere per istruzione dell' animo suo un qualche perito raziocinatore di sua particolare fiducia.

Il ponente del conto lo esaminerà, lo passerà da poi ai due chierici di camera della sua sezione, affinchè lo esaminino anche essi; e quindi se ne farà la discussione, o se ne pronuncierà il giudizio dalla sezione suddetta innanzi al pieno tribunale della camera, sebbene gli altri chierici non debbano interloquirci, a similitudine appunto di ciò che si pratica dal tribunale della sagra Rota nelle cause giudiziali.

Sentenza sindacatoria dei conti da farsi dalla sezione, e da confermarsi dal tribunale.

9. Terminata per tal modo la revisione del conto, sarà incarico del ponente stendere la sentenza sindacatoria del medesimo a norma delle risoluzioni della sezione, e nell' adunanza immediatamente seguente la porterà in tribunale per essere sottoscritta anche dagli altri due suoi corresponsali, e consegnata nell'atto stesso a monsig. presidente per farne l'uso, di cui si parlerà nell'art. 13.

Qualora occorra, il tribunal della camera potrà interpellare le persone interessate, monsignor tesoriere, e i pubblici dicasterj.

10. Le diverse sezioni nell' occasione della revisione de' conti potranno chiamare a se tutti coloro, che hanno interesse ne' conti medesimi, e sentirli, come ancora dimandare tutti gli schiarimenti, che crederanno necessarj, tanto a monsig. tesoriere, quanto agli altri tribunali, congregazioni, dicasterj ec. Il carteggio relativo a tali schiarimenti si eseguisce per mezzo di monsig. presidente della camera.

Ricorso degl' interessati contro la sentenza del tribunale in devolutivo.

11. Qualora la parte interessata non si acquieti al giudizio della sezione, che l' ha sentenziata, potrà in tal caso vedersi le sue ragioni giudizialmente, incominciando il suo giudizio in regola nel tribunale camerale di prima istanza, e proseguendo como di ragione, sempre però in devolutivo, e senza ritardare il pagamento dovuto a forma del sindacato già fatto, e della sentenza amministrativa già firmata dalla sezione camerale.

Il conto generale del tesorierato sarà esaminato dalla piena camera e riferito al Sovrano

12. Il conto generale del tesorierato sarà poi esaminato dal pieno tribunale della camera, e verrà quindi presentato al sovrano per la sanzione, corredandolo anche degli opportuni rilievi sopra gl' inconvenienti, che potessero esser occorsi nei diversi rami dell'amministrazione.

Non più tardi del primo di settembre dovrà il tribunale della camera rimettere al tesoriere i conti sindacati.

13. Non più tardi del primo di settembre di ciascun anno il tribunale della camera rimetterà a monsignor tesoriere per mezzo di monsignor presidente il conto generale d'introito e d' esito con tutti i conti annessi, sindacati come sopra, ed unitamente tutte le sue deliberazioni.

Lo stesso si deve eseguire per li conti delle congregazioni, tribunali, e pubblici dicasterj.

14. Siccome fra i conti componenti il conto generale d' introito, e d' esito non possono non esser compresi anche i conti delle respettive congregazioni, tribunali, e pubblici

dicasterj sindacati come sopra; e siccome è necessario, che monsignor tesoriere conosca la sindacazione di questi, anche per darsi carico nella tabella preventiva dell' anno prossimo avvenire degli avanzi, o disavanzi possibili de' medesimi, quindi si avvertirà, che nel rimettersi dal tribunale il conto generale, come all' articolo antecedente, non si manchi di annettervi anche i conti sindacati delle congregazioni, tribunali, e dicasterj suddetti, incaricandosi monsignor tesoriere dopo averne fatto l'uso opportuno di rimetterli esso medesimo nel termine di otto giorni ai capi delle respettive aziende unitamente alla sentenza, che la camera avrà portata sopra i medesimi.

Dentro il bimestre di settembre, e ottobre si formerà dal tesoriere un appendice secondo le sindacazioni fatte dal tribunale, e la tabella preventiva dell'anno futuro.

15 Dentro il bimestre di settembre e ottobre il tesorierato si occuperà di fare al conto generale, che avrà già esibito, un' appendice rilevata, e pienamente conforme ai sindacati, e deliberazioni prese dal tribunale della camera, quale appendice verrà ad essere scritturata nel successivo anno nei libri della computisteria camerale, e si occuperà della tabella preventiva dell'anno futuro.

A tal effetto ciascun dicasterio, che in tutto, o in parte fa fronte ai suoi impegni coi redditi dell' erario, e che oltre gli assegnamenti fissi, ed onorarj, che sono invariabili, soggiace ad altre spese variate ed incerte, siano queste alle volte di primo impianto, siano di qualunque altro genere, trasmetterà a monsignor tesoriere dentro il mese di settembre la sua particolare tabella preventiva del futuro anno, affinchè lo stesso monsignor tesoriere possa darsene carico nella tabella generale.

Non sarà vietato a monsignor tesoriere il rappresentare ai respettivi dicasterj l'eccessività di qualche spesa, che alle volte si proponga, ed invocare la riforma, o la dilazione a misura delle prevedute circostanze dell' erario.

Ne' primi di novembre monsig. tesoriere presenterà a Sua Santità il bilancio consuntivo, e la tabella preventiva.

16 Ai primi del mese di novembre il bilancio generale già sindicato dal tribunale della camera con la respettiva appendice ridotta in buona forma, e sottoscritta dall' emo sig. cardinal camerlengo, da monsignor tesoriere, da monsignor decano della camera, e da monsignor presidente della medesima, sarà da monsignor



tesoriere presentato a sua Santità unitamente alla tabella preventiva dell'anno futuro.

La tabella preventiva sarà approvata da S. Santità con le opportune modificazioni, e messa in esecuzione.

17. Presso l' approvazione di Sua Santità, e con quelle modificazioni, e riforme, che la stessa Santità Sua crederà opportune, sarà la tabella posta in attività nell'anno successivo.

Facoltà del tribunale della camera di fare ispezionare i libri, e scritture di tutti quelli, che hanno interesse colla camera.

18 Il tribunale della camera avrà facoltà di fare ispezionare tutte le volte, che lo giudicherà opportuno, le scritture, i libri, e registri dei dicasterj camerali, o che godano di un assegnamento fisso dalla camera, o che suppliscano alle loro spese con le prestazioni, che loro provengono dall' erario pubblico, come pure di tutti gli agenti, ed amministratori semplici o interessati, appaltatori, ed affittuarj tanto in Roma, che nelle provincie, onde conoscere, ed assicurarsi, se le dette scritture siano tenute con regolarità, e lealtà, e se i conti siano in giornata, come saranno tutti obbligati di tenere.

Per tale effetto il tribunale della camera sarà in diritto di prevalersi di chiunque degl' impiegati nella computisteria generale, e negli altri diversi dicasterj camerali; la commissione, e le istruzioni si daranno dal pieno tribunale per organo di monsignor presidente, a cui la persona commissionata farà la sua relazione, che dal presidente verrà in seguito comunicata al tribunale. Adempita che abbia un tal' impiegato la commissione ricercata, cessa ogni sua ingerenza di tal natura, ed il tribunale della camera dovrà sempre venire a nuova destinazione o di quello, o di altro qualsivoglia impiegato camerale per le ulteriori ispezioni, e verificazioni, che gli piacesse di commettere.

Uniformità de' libri e registri delle congregazioni, tribunali, e pubblici dicasterj.

19. Affine di conseguire pienamente lo scopo del presente regolamento, in tutte le computisterie delle congregazioni, tribunali, e pubblici dicasterj, che debbono render conto al tribunale della camera, si cercherà di tenere al possibile un metodo uniforme di scritture, di libri, e registri, conformemente alle istruzioni, che per mezzo di monsignor presidente della camera si emaneranno dal predetto tribunale.

Conferma degli articoli 8. 18.22.24. 25. 26. e 27. del-

20. Vengono richiamati alla osservanza gli articoli 8.18.22.24.25 26. e 27. della costituzione *Post diuturnas*

la costituzione *Post diuturnas*

*til. de pub. oeconomiae administratione, et administratoribus.*

Dispositione per li conti anteriori, e posteriori alli 12 maggio 1814.

21 Il presente regolamento avrà luogo per tutti i conti posteriori all' epoca dei 12 maggio 1814., giorno del ripristinamento del governo pontificio, li quali non fossero stati sindacati, e definitivamente sanzionati da monsignor tesoriere con sovrana autorizzazione, bene inteso, che anche simili conti dovranno annettersi al bilancio generale da esibirsi al tribunale della camera per lume, e regola del medesimo. Con apposita circolare di monsignor tesoriere generale per altro si faranoo coooscere i modi, e i termini, nei quali devono essere preseotati, e sindacati i conti non sanzionati dei due anni trascorsi fino al dì d' oggi, ai quali non si possono per natura della cosa adattare i dettagli fin qui prescritti, e come si debba procedere rapporto ai conti anteriori a quest'epoca.

Dato questo dì 6 luglio 1816.

E. card. Consalvi segretario di stato

Dat. die 6 julii 1816 anno XVII

DCLXXXIII.

Reformatio veteris senatus civitatis Bononiensis, et creatio novi magistratus constantis ex quadraginta viris « *Savi* » nuncupatis, quibus senator praesit.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Ratio decernendae reformationis senatus.

§. 1 Quamquam in publicis ordinandis rebus civitatum, et provinciarum, quae post multas vicissitudines, et calamitates, favente Deo, huic sanctae Sedi sunt noper redditae, administrationis uniformitatem illam servandam esse censuimus, qua palam fieret eamdem habere Nos provinciarum omnium rationem in generali totius ditionis ordine constituendo; nonnullis tamen in rebus, cum de Bononia, nobili in primis, et praeclarissima urbe, res esset, ab eo voluntatis Nostrae proposito recedere non dubitavimus. Et libentissime quidem potiori eam loco habendam esse decrevimus, quam et ipsa antiquitatis suae dignitas, et excellens suorum civium ingenium, mirificaque industria, et quem in literis, artibusque obtinet, principatus mirifice exornat, atque commendat. Novimus quidem in ea civitate veteri sublato *reformatorum* (ita enim nuncupabantur) collegio, quod ab ineunte saeculo XV. publicae rei praeerat, constitutum fuisse senatum ex quadraginta nobilibus viris conflatum, eidemque plures facultates, ac privilegia, rationi tunc recepti regiminis accommodata, fuisse attributa, quemadmodum ex Nicolai papae V., aliorumque summorum pontificum praedecessorum Nostrorum literis constat. Illud tamen etiam exploratum est Nobis, ob notissimas proximorum temporum vicissitudines non modo nunc senatum non extare, verum etiam a senatorii ordinis familiis superesse nunc admodum paucas, nec non publicarum rerum administrationis formam a multo jam tempore fuisse penitus immutatam. Eam igitur nunc restituere, neque consentaneum rationi, neque omnino expediens Nobis est visum: non quidem rationi consentaneum; nam cum propter praeteritas rerum vicissitudines in apostolicae camerae aerarium reduodaverit magna vis illa aeris alieni, quo Bononiensis cum provincia tum civitas premebantur ob ea praesertim, quae circa aquas et flumina decreta, et ordinata fuerant, nulla subest amplius causa, quare civitas Bononiensis in societatem administrationis illius adsciscatur, quae nullo prorsus ad eam jure nunc pertinet: non autem expediens, propterea quod veteris, de qua dictum est, administrationis forma, non sine recti ordinis jactura discrimen turbaret illud, quo secerni necesse est res communitatis ab iis, quae ad publicum spectant aerarium, quarum priores quidem a civibus sub tutela principis, caeterae autem a ministris a supremo principe electis sunt administrandae. Quamquam igitur hujusmodi principia retinenda a Nobis plane esse judicemus, nihilominus volentes majori splendori, ornamento, atque utilitati Bononiensis civitatis peculiari ratione prospicere, itaut proxime illam accedere ad hanc almam urbem intelligatur, sine tamen praejudicio jurium principatus, quae intacta ad successores Nostros transmittere intendimus, ea quae sequuntur auctoritate apostolica tenore praesentium praecipimus, et mandamus.

Creatio novae municipalitatis.

§. 2. Consilium civitatis Bononiae e quadraginta, et octo viris constabit, qui vulgo *savii* nuncupabuntur: ex iis vigintiquatuor nobili genere nati, reliqui autem e civium ordine esse debebunt. E vigintiquatuor nobilium numero is deligetur, qui tum universo consilio, tum rerum communitatis praeerit administrationi; qui et nomen, et eamdem sibi vestem adsciscet, qua almae urbis senator decoratur. Similiter ex universo consilio sex deligentur, quorum tres e nobilium, tres e civium ordine erunt constanter petendi, qui praesto erunt senatori in gerenda publica rerum communitatis administratione ad eam prorsus rationem, qua *gli anziani* aliarum civitatum *confaloneria* praesto esse debebunt, prout in coetemporaneo Nostro motu proprio est constitutum.

Concessio vestimentorum pro singulis componentibus.

§. 3. Sex praedicti viri conservatores nuncupabuntur, eademque qua romani conservatores veste induentur. Caeteri vero omnes savii, nullo inter eos

bus magistratum. facto discrimine, iis utentur vestibus, quae in publicis functionibus propriae sunt nobilium romanorum, quaeque vulgo dicuntur *abito da città*. Senatoris, conservatorum, et quadraginta octo qui *savi* nuncupabantur electio, eodem prorsus modo, iisdemque regulis peragetur, quo in Nostro motu proprio electiones confaloneriorum, *degli anziani*, et consiliariorum, per totum pontificiae ditionis tractum celebrandas esse decrevimus, iis tamen inter viginti quatuor nobiles retentis, qui e veteri senatu Bononiensis ordine adhuc supersunt, ac novis in eorum dumtaxat, qui desunt, locum suffectis. Quamvis autem cardinali legato, sive delegato Nostro Bononiae, congregatio fuerit adjecta, cujus consilio in provinciae regimine utatur, ejusque lateri adhaereat, ut peculiari tamen honore Bononiensis civitas decoretur, volumus senatorem in publicis cujuslibet generis caeremoniis delegatum Nostrum, seu cardinalem legatum immediate subsequi, et congregationi praedictae praecedere, quae tamen conservatoribus, et consiliariis anteferetur.

De modo procedendi ad electionem consiliariorum. §. 4. Ab universo consilio inter sua ex nobilibus membra majori suffragiorum numero tres diligentur, qui publicis praesint spectaculis: caeteri autem tum viis urbanis, et aquaeductibus, tum publicis aedificiis, tum hospitalibus, tum municipalibus cujuslibet alterius generis administrationibus praeficiendi ab universo item consilio majori suffragiorum numero eligentur; iidem tamen tam e nobilium, quam e civium ordine promiscue peti poterunt.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 5. Decernentes praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictis civitati et provinciae plenissime suffragari, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices, ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, et S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 6. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta julii millesimo octingentesimo decimo sexto pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCLXXXIV.

Dat. die 12 julii 1816 anno XVII

Concessio novorum indumentorum pro canonicis cathedralis ecclesiae sancti Petri Brugnatensis.

### Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium. §. 1. Sacrorum inter indumentorum insignia, ad dignitatem divinis officiis comparandam, et devotionem fidelibus populis infundendam pie, salubriterque instituta semper apostolica Sedes in more habuit, quaedam iis conferre, qui ministerio ecclesiarum antiquitatis, celebritatis, alteriusve tituli laude pollentium perfunguntur, ut et ipsis ecclesiis decus accrescat, et ipsarum ministri insignioribus vestibus ornati forinsecus ad interiora incitentur ornamenta virtutum, quibus tum in conspectu Altissimi, qui corda intuetur, purius adstare, tum oculo plebis, cui morum exemplo esse debent, sanctius in dies satagant apparere.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt capitulum, et canonici cathedralis ecclesiae sancti Petri Brugnatensis, quod non parum ornamenti, et splendoris eorum ecclesia acquireret, si loco mozzetae violaceae supra rocchetum, qua ad praesens utuntur, in posterum cappam magnam juxta temporum varietatem ad instar aliarum cathedralium gestare possent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur dictos exponentes, ac singulares eorum personas spe-

cialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, attenta favorabili relatione archiepiscopi Januensis administratoris pro tempore vacantis ecclesiae Brugnatensis auctoritate Nostra apostolica legitime deputati, Nobis super hoc transmissa, modernis et pro tempore in perpetuum existentibus dignitati, seu archidiacono, et canonicis cathedralis ecclesiae praedictae, ut omnes in posterum loco mozzetae violaceae cappam magnam di saja nuncupatam violacei coloris cum pellibus armellinis supra rocchetum hyemali tempore, aestivo vero eamdem cappam cum cremisino serico pro pellibus tam in ecclesia praedicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quoquam quavis auctoritate impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictae cathedralis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus[1], caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die duodecima julii millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

## DCLXXXV.

Dat. die 15 julii 1816. anno XVII.

Acceptatio renunciationis emissae ab archiepiscopo Caesaraugustano.

Venerabili Fratri
Raymundo Josepho jam archiepiscopo Caesaraugustano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor concessionis. §. 1. Accepimus authenticum monumentum, ex quo intelligimus te sponte, ac libere dimittere Caesaraugustanum archiepiscopatum. Nos igitur abdicationem tuam recipimus, et comprobamus, teque ex onere apostolica auctoritate solvimus, quod a te canonice, ac sponte deponitur. Illud tamen a te requirimus, ut gregem illum, etiam si ab eo discedas, tuis tamen ad Deum precibus perpetuo commendatum habeas. Quod te sedulo facturum pro tua pietate minime dubitamus. Apostolicam interim benedictionem tibi, venerabilis frater, peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta julii, millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



Dat. die 15. julii 1816. anno XVII.

## DCLXXXVI.

Ampliatio concessionis factae cappellanis ecclesiae cathedralis Pistoriensis a Clemente IX. super usu vestium induendarum in ecclesia, et extra.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quantum dignitatis divino cultui, quantumque devotionis christiano populo ingerant exteriora sacrorum ministrorum indumenta optime novit Sancta Mater Ecclesia, quae varias pro varietate ministeriorum, sacrarumque functionum ministris suis praescripsit vestes, quibus et ipsi ministri excitarentur ad ea assidue contemplanda, quae per vestes hujusmodi significantur, quaeque ad altissimum eorum finem consequendum non parum conferre possunt.

Memorantur Clementinae praecedentes literae

§. 2. Hinc per felicis recordationis Clementem pp. IX. praedecessorem Nostrum cappellanis choralibus ecclesiae cathedralis Pistoriensis concessum quoque fuisse asseritur, ut ipsi cappam cum pellibus cineracei coloris hyemali, aestivo autem tempore cum tela serica violacea gestare in choralibus functionibus possent.

Novae preces pro ampliatione indulti.

§. 3. Quoniam vero, sicut dilecti filii moderni chorales dictae Pistoriensis cathedralis cappellani Nobis nuper exponi fecerunt, sua, populique devotio quidquam incrementi acciperet, si ad vetustum Clementinum memoratum indultum aliqua accessio fieret; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur, attentis desuper relationibus venerabilis fratris Francisci episcopi Pistoriensis, qui et ipsius ecclesiae canonici assensi sunt, relationibus, dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus cappellanis choralibus cathedralis Pistoriensis, ut ipsi, firmo interim remanente praedicto Clementino indulto, ipsi loco cottae, quam adhuc deferre consueverunt, rocchetum in ecclesia praedicta, ac etiam (si tamen cum capitulo interveniant, aut episcopo celebranti, vel pontificaliter adsistenti famulentur) extra eamdem, et mozzetam nigram cum capitulo filo tenui serico-rubro in extremitatibus circumdatam, itemque cum globulis, et ocellis similiter rubris in diebus ferialibus quibuscumque, nec non tempore matutini, in quo canonici mozzetam violaceam adhibent, ac etiam in reliquis sacris ipsius ecclesiae functionibus, quibus cum capitulo intersunt, et aliarum ecclesiarum, ut episcopo ministrent, palam gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus, dictosque cappellanos desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae cathedralis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, ceterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta julii millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo



Dat. die 19 julii 1816 anno XVII.

## DCLXXXVII.

Facultas utendi palmare vulgo bugia et loco almutiae mozzetam violacei coloris pro canonicis ecclesiae collegiatae terrae Brisigbella dioecesis Faventinae.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium.

§. 1. In summo apostolatus apice meritis licet imparibus constituti, ad statum ecclesiarum omnium, quarum Nobis a Domino commissa est sollicitudo, personarumque in eis Altissimo famulantium propensis studiis animum intendentes, illarum honorificentiae, et decori libenter consulimus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii praepositus, canonici, et quatuor mansionarii collegiatae ecclesiae terrae Brisighella Faventinae dioecesis, quod ad illorum ecclesiam jam antiquitate, aliisque praerogativis insignem non parum ornamenti accederet, si praedicti exponentes novis signis, novisque decorationibus donarentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut ipsis in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes, ac singulares eorum personas specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, attenta favorabili relatione ordinarii Faventini Nobis transmissa, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus praeposito, canonicis, et quatuor mansionariis collegiatae praedictae; ut praepositus in diebus festivis solemnioribus, et cum ipsi missam cum cantu celebrare contigerit abugia uti, et canonici loco almutiae mozzetam violaceam cum caputio subsutam cremisino serico cum globulis et asulis ejusdem rubei coloris supra rocchetum; mansionarii vero eam almutiam, quam canonici memorati antea gestare consueverant tam in ecclesia praedicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare libere, et licite possint, et valeant, et quilibet eorum possit, et valeat auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quocumque impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; nec non quatenus opus sit fel: rec: Benedicti papae XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, et ejusdem collegiatae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona julii millesimo octigentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



Dat. die 22 julii 1816. anno XVII.

## DCLXXXVIII.

Suppressio beneficiorum ecclesiasticorum alterum de Mula, alterum de Tecla, nec non beneficii simplicis la Prestamera della Oja de la Vega in dioecesibus Cathaginensi, et Cochensi, et applicatio bonorum illorum accademiae trium nobilium artium sub titulo sancti Ferdinandi in civitate Matriti erecta.

Pius Episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Eximia catholicorum principum merita, eorumque peculiare studium erga universitates, et accademias ad ingenii culturam tendentes a Nobis exigunt, ut in iis elargiendis gratiis animi Nostri sensus palam ostendere non dubitemus, quae ad universitates, et accademias ipsas non modo conservandas, verum etiam augendas, et ampliandas necessaria esse dignoscantur, ac principibus ipsis convenire, et ad subditorum utilitatem conducere in Domino arbitramur.

Expositio preicum

§. 2. Exposuit Nobis nuper carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus Hispaniarum rex catholicus, quod accademia trium nobilium artium sub titulo sancti Ferdinandi in civitate Matriti erecta ob insufficientes redditus, quibus dotata reperitur, ad supplendum ejusdem accademiae necessariis expensis majori indigeat auxilio, propterea que dictus Ferdinandus rex exquirendo media ad hujusmodi finem aptiora novit haberi ea posse ex infradicenda beneficiorum suppressione, eorumque respective fructuum eidem accademiae perpetua applicatione infrascriptis modo, et forma respective faciendis, ad hoc ut ampliori ipsius accademiae dotationi imposterum juxta suam exigentiam opportune maneat consultum.

Tenor concessionis.

§. 3. Cum itaque unum de Mula, ac alterum de Tecla respective nuncupata in Carthagineosis, nec non reliquum perpetua simplicia beneficia ecclesiastica la Prestamera de la Oja de la Vega pariter nuncupata in Conchensis respective dioecesum parochialibus, seu aliis respective ecclesiis sita ad quae dum illa pro tempore vacant nominatio, seu praesentatio personae idoneae coram ordinario loci pro tempore existente facienda ad praelaudatum Ferdinandum regem spectare, et pertinere dignoscitur, ac quorum fructus, redditus, et proventus primodicti videlicet ad tresdecim millium, secundo dicti vero ad octodecim millium, ac tertio dicti denique beneficiorum hujusmodi ad decem millium regalium monetae illarum partium summam annuatim, ut asseritur, ascendunt canonice erecta reperiantur, Nos laudati regis Ferdinandi votis annuere, atque antedictae accademiae utilitati benigne consulere volentes, venerabilibus fratribus episcopis Carthaginensi, et Conchensi facultatem per praesentes tribuimus, ut ex nunc, si actu jam vacent, et si nondum vacaverint ex nunc pro tunc post obitum videlicet, aut dimissionem modernorum beneficiatorum supra memorata duo beneficia simplicia, illud scilicet de Mula nuncupatum in Carthaginensi, et alterum la Prestamera de la Oja de la Vega pariter nuncupatum in Cochensi dioecesi respective existentia, praevia eorum titulorum, seu invocationum, eorumque naturae, et essentiae suppressione, et extinctione, ita quod beneficia hujusmodi collativa in posterum esse desinant, ac in titulum collativum conferri nequeant, apostolica eis ad hoc delegata anctoritate perpetuo respective supprimant, et extinguant, atque insuper antedictus episcopus Carthaginensis a supra memorato beneficio de Tecla nuncupato medietatem reddituum perpetuo similiter disjungat, et separet.

§. 4. Illisque sic, ut praefertur, suppressis, et extinctis eorum omnia, et singula bona, res, proprietates, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta quaecumque, et undecumque provenientia, quoad primodicta duo integre, et quoad tertiodictum beneficia, pro portione dumtaxat respondente medietati illius redditunm eidem accademiae triom nobilium artium sancti Ferdinandi nuncupatae in civitate Matritensi, ut praefertur, erectae in ipsius dotationis augmentum perpetuo respective applicent, et approprient, ita ut antedictorum bonorum, fructuum, redditnum, et proventuum vera, realis, et actualis pos-

Sequitur ut supra.

sessio per ejusdem accademiae moderatorem, seu administratorem, vel deputatum, seu deputatos, aut eorum legitimum procuratorem, vel procuratores libere ac licite apprehendi, et apprehensa retineri, eorumque administratio libere pariter exerceri perpetuo possit, ac valeat, praedictaque bona, res, et proprietates ab eis queant locari, dislocari, et arrendari, illorumque fructus, redditus, et proventus percipi, ac levari, et in ipsius accademiae usum, et utilitatem converti, supportatis tamen omnibus, et singulis antedictorum beneficiorum oneribus, apostolica ad hoc specialiter delegata auctoritate similiter applicent, atque approprient.

Clausulae sublatae, et irritantes. §. 5. Volumus autem, ut praemissa omnia vigore hujusce apostolicae delegatae auctoritatis facienda ab omnibus ad quos spectat integre adimpleantur. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de unionibus, et applicationibus ad partes committendis, nec non in Lateranensi, aliisque synodalibus, provincialibus generalibus, ac universalibus conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus, nec non respectivarum ecclesiarum statutis, privilegiis, et indultis, ac insuper literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis, eorumque totis tenoribus praesentibus pro plene, ac sufficienter expressis habentes latissime, ac plenissime nec non specialiter, et expresse ad effectum tantum praemissorum hac vice derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis. §. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum applicationis, appropriationis, suppressionis, extinctionis, separationis, facultatis, derogationis, ac voluntatis infringere, eique ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo sexto, undecimo kalendas augusti, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



## DCLXXXIX.

Dat. die 6 augusti 1816 anno XVII

Concessio ecclesiae, et monasterii olim ad ordinem Carthusianum pertinentis favore archiconfraternitatis sub titulo Mortis in civitate Ferrariae erectae.

Venerabili fratri
Archiepiscopo Ferrariensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum. §. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius marchio Hieronymus Canonici istius Ferrariensis civitatis, vel dioecesis, nomine etiam dilectorum filiorum confratrum archiconfraternitatis sub titulo Mortis alias canonice, prout asseritur, in dicta civitate erectae, quae miserrimis transactis temporibus communi ruina subjecta, dein opera, et pietate memorati exponentis titulo, et honore promotoris merito decorati, denuo excitata fuit, quod, cum praedicta sodalitas nonnullis misericordiae operibus, ac piis institutionibus, juxta illius institutum intenta, antiquo suo oratorio omnino careat, summopere desiderat, quamdam ecclesiam sub invocatione s. Christophori erectam, ubi ad praesens confratres praedicti sacras functiones explent, olim ad Carthusianorum ordinem una cum monasterio, cujus major pars destructa in amplum coemeterium conversa fuit, pertinentem, libere possidere, sub expressa obligatione illam, et residuam monasterii partem, conservandi, ac cappellanum ad curam animarum, a te, vel successoribus tuis pro tempore approbandum in illa stabiliendi pro commoditate, et auxilio duarum adjacentium paraeciarum ss. Stephani, et Mathiae, si Nostra, et hujus sanctae Sedis ad id facultas accedat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, ac, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur dictum exponentem, ac confratres praedictos, et singulares illorum personas specialibus

favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, audita relatione secretarii congregationis super negociis episcoporum, et regularium, ac attentis relationibus tuis ad praedictam congregationem, ad quam supplicem libellum Nobis porrectum remisimus, transmissis, audito quoque procuratore generali pro tempore ordinis Carthusianorum, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut verjs existentibus praenarratis, et ne praedicta ecclesia vacet a sacris functionibus, ac superstans portiu diruti monasterii portionem, sine tamen praejudicio cujuscumque juris patronatus laicalis, si forte sit, ac juris tertii quaesiti, archieonfraternitati praedictae sub titulo Mortis in ista civitate Ferrariensi rite, prout asseritur, erectae, pro usu sacrarum functionum juxta dictae archiconfraternitatis institutum, ac respective pro habitatione cappellani ab eadem eligendi, qui prope ecclesiam, et in dicta portione monasterii habitare teneatur, et quatenus tibi, ac successoribus tuis opportunum videbitur ecclesiam praedictam in adjutricem pro adjacentibus paraeciis, de consensu tamen parochorum, ac servatis servandis, et opportunis expeditis literis apostolicis, praedictus cappellanus a te, et successoribus tuis pro tempore ad curam animarum approbandus parochialia munia obire, ac satisfacere cum emolumento eidem assignando partim ex redditibus, et eleemosynis archiconfraternitatis, partim ex emolumentis caemeterii adjacentis, sine praejudicio jurium parochialium, et cum omnibus privilegiis, honoribus, emolumentis, et juribus a te, vel successoribus tuis praefiniendis, pariter teneatur, auctoritate Nostra apostolica assignes, adjicias, ac ad nutum tamen sanctae Sedis, plenarie transferas.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae ecclesiae, et monasterii, ac archiconfraternitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indoltis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta augusti millesimooctingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCXC.

Dat. die 13 augusti 1816 anno XVII.

Reintegratio domorum religiosarum regularium utriusque sexus in universo Hetruriae regno.

Dilecto filio Nostro Antonio Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Zondadari nuncupato archiepiscopo Senensi, venerabilibus fratribus Petro Francisco archiepiscopo Florentino, et Rainerio archiepiscopo Pisarum, nec non dilectis filiis restituendis regularium utriusque sexus domibus per universam Hetruriam canonice deputatis.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster
Venerabiles fratres
ac dilecti filii
Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor concessionis. §. 1. Literis vestris vigesima septima die aprilis datis distinctam, et accuratam rationem reddidistis Nobis eorum, quae interveniente auctoritate Nostra, circa regularium utriusque sexus in magno Hetruriae ducatu uni-

verso restitutionem, collatis inter vos consiliis, concordibusque animis constituenda esse censuistis. Incredibilem vero, inter tot, quae fere undique Nos premunt, angustias, percepimus consolationem, quod difficile, et laboris plenum negotium celeriter explicaveritis, atque ita, quantum in vobis erat, effectum sit, ut ad Dei gloriam, aedificationem Ecclesiae, et proximorum utilitatem tot religiosi viri, ac mulieres ad pristinam revocari quam primum possint religiosae vitae rationem. In quo quidem non modo Nostra, verum dilectissimi etiam in Christo filii Nostri Ferdinandi Hetruriae sibi subiectae magni ducis desideria expleta esse laetabimur, cujus aingulari studio, ac pietati debemus, quod tam salutare opus, Deo adjuvante, feliciter ad optatum exitum perduci valeat. Nos igitur primo loco articulos, de quibus inter delegatum Nostrum, et commissarios regios die quarta decembris elapsi anni millesimi octingentesimi decimi quinti Florentiae convenit, quos probari, et placere Nobis jam declarari vobis fecimus, nunc de apostolica potestate Nostra plene approbamus, et confirmamus. Restitutionem praeterea centum, et duodecim utriusque respective sexus ex diversis ordinibus coenobiorum per omnes magni ducatus dioeceses distribuendorum a vobis juxta praedictos articulos paratam, et constitutam similiter adprobamus, ac coenobia illa cum clausura brevi erigenda tamquam canonice existentia, perpetuoque mansura habenda esse decernimus. Quoniam vero tenuitas regularis patrimonii, quod post praeteritas vicissitudines reliquum factum est, prorsus coegit, ut bona, redditusque omnes patrimonii illius in unum conferrentur, et inter coenobia praedicta aeque, et convenienti proportione dividerentur. Hinc Nos unicuique ex praefatis centum et duodecim coenobiis in respectiva eorum erectione assignari, attribuique a vobis partem illam bonorum, ac redditaum, quae religiosorum virorum, ac mulierum in iis alendorum numero, et singulorum monasteriorum oneribus respondeat, quemadmodum in tertio ex memoratis articulis decretum est, probamus, et assentimur, volumusque singula coenobia, redditus, et bona iis assignanda tamquam sua habere, possidere, ac retinere, etiamsi ad alia monasteria, ad aliosque fortasse ordines antea pertinerent.

*Deputatio nonnullorum coenobiorum, in quibus scholae ad puellarum instructionem constituantur.*

§. 2. Annuimus praeterea, ut ad religionem, pietatem, probosque mores tam difficili tempore facilius revocandos, et solidius constabiliendos, ex monialium coenobiis, quae restituenda erunt, viginti quinque eligantur, in quibus scholae ad puellarum instructionem constituantur, sequentibus tamen legibus, et conditionibus integre, sancteque observatis, nempe, ut solemnia monialium ad viginti quinque praedicta monasteria pertinentium vota inviolabiliter custodiantur, salvaeque sint cujuscumque ex ipsis religiosae familiae regulae, iis dumtaxat articulis ipsarum regularum exceptis, qui publicae institutionis officio minime sunt consentanei, a quibus, praemissis derogationibus necessariis, et opportunis, etiam speciali mentione dignis, relaxari eas tantum moniales indulgemus, quae eidem institutioni sedulam, et quotidianam dabunt operam, illas ab horis etiam canonicis dispensando, inque aliud spirituale onus respectivorum ordinariorum arbitrio, et prudentia designandum commutando; quae quidem relaxationes per eos tantum dies in quibus erudiendis puellis moniales illae erunt vacaturae, concessae intelligantur. Praeterea, ut in iis monasteriis disciplina regularis in tuto ponatur, nullamque illa a scholis in iisdem constituendis patiatur perturbationem, volumus, ut in eorum singulis unum, aut plura cubicula prope monasterii januam posita, et a reliquis ejus partibus prorsus sejuncta, in usum scholarum seligantur, atque in illa tantum cubicula exterae puellae conveniant, nec unquam omnino intra monasterii septa introducantur; moniales vero (iis tantum exceptis, quae ad magistrarum officium obeundum designatae erunt, nec non monasterii superiorissa) nullum prorsus cum exteris puellis, quae scholas frequentabunt, commercium, et consuetudinem habeant. A praedicto tamen instituendae juventutis onere monasteria excipimus illa, quae ob singularia strictioris instituti vota, vel probatas consuetudines, aut praecepta, aliasve causas a quovis saecularium accessu, ac familiaritate aliena prorsus sunt, ita tamen ut, al illis in

locis alia pro instituendis puellis prorsus non existant monasteria, hoc in casu, si necessitas urgeat, moniales strictiuris etiam observantiae puellarum educationi vacare possint.

Subjectio coenobiorum jurisdictioni superiorum cujusvis respectivi ordinis.

§. 3. Ad haec autem, aliaque circa regulares magni istius ducatus indulgenda ad eam rationem, quam in saepo memoratis articulis expressum est, animum Nostrum induxit tum spectata principis virtus, tum literae jussu ejus, ac nomine ad omnes ipsius ducatus antistites datae, quibus palam omnibus fit, velle eum, ut in universa ditione sua leges Ecclesiae, atque optima regularium disciplina ad conservationem, et incrementum ordinum perfecte serventur, utque ecclesiae prosperitati, etiam et ministrorum ejus decori provisum sit. Quare pro Nostro munere, et ad formam supradictae conventionis, constituimus, decernimusque statim ac virorum, ac mulierum coenobia in Hetruria erecta erunt, liberum prorsus regularibus utriusque sexus fore ad suscipiendum eorum habitum, ac solemnem suo tempore professionem emittendam ad canonicarum legum praescriptum admittere; regulares omnes jurisdictioni superiorum generalium subjectos prorsus esse debere, atque a superioribus ipsis omnem vigilantiam, ac zelum adhibendum esse, ut in coenobiis illis institutorum respectivorum regulae deligenter serventur, et antiquae pietatis, et religiosarum virtutum splendor in iis omni ex parte restituatur. Neque vero silentio hic praeterire volumus optimum, omniquo commendatione Nostra dignissimum Ferdinandi magni ducis consilium restituendi, atque e regio aerario dotandi tresdecim, praeter ea, quae nunc existunt, oblatarum conservatoria, quorum quidem, non secus ac aliorum jam existentium, praesertim vero monasteriorum curam, ac sollicitudinem episcopis dioecesum Hetruriae, quo majori possumus studio commendamus, ut eorum opera, ac studio, omnia haec pia loca christianae virtutis, ac perfectionis juxta eorum respective propositum uberiora in dies suscipiat incrementa.

Monitum ad superiores.

§. 4. Hortamur itaque pro suprema auctoritate, nec non pro paterna charitate Nostra, religiosos viros, ac foeminas, qui regulari se se instituto, divino afflante jam spiritu se mancipaverunt, ut pristinam iterum vitae rationem alacri, promptoque animo, cumque sancta spiritus jucunditate suscipiant: neque ab hac suscipienda eos deterreant exiguae patrimonii vires, quod eorum coenobiis dotandis attribuitur, memores tenuiori certe censu sanctos eorum fundatores suorum ordinum fundamenta jecisse, Dei tamen providentia effectum esse, ut ad eam, quam ad Nostros usque dies tenuerunt dignitatem, splendoremque pervenerint. Pro certo igitur habeant, nec ipsis, siquidem Deo, ut par est, Ecclesiaeque sanctae suae serviant, divinam providentiam in posterum defuturam, ac protegente piissimo principe, rujus in regulares ordines studium, pro ratione temporum, experti jam sunt, omnem rirca temporalia sollicitudinem deponentes, spiritualibus bonis comparandis, thesaurizandoque in coelis thesauro, pro vocatione sua impensius incumbant. Haec sunt, quae circa expletas, annuentibus Nobis, partes vobis esse duximus significanda. Reliquum est, ut religionem, studiumque vestrum debita laude commendantes, cum benevoli, propensique animi Nostri significationibus, tibi, dilecte fili Noster, vobisque venerabiles fratres, et dilecti filii apostolicam benedictionem peramenter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia augusti millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



Dat. die 6 septembris 1816 anno XVII.

## DCXCI.

**Beatificatio venerabili servi Dei Alphonsi de Ligorio episcopi sanctae Agathae Gothorum.**

### Pius PP. VII.

**Ad perpetuam rei memoriam**

Laudes ven. servi Dei.

§. 1. Ad excitandam meliorum charismatum aemulationem semper in Ecclesia instaurat Dominus maxima virtutum exempla. Jam vero praeter tot alios, qui memoria Nostra multiplici virtutum apparatu florere visi sunt, mirum in modum claruisse constat venerabilem Dei servum Alphonsum Mariam de Ligorio Neapoli nobilibus parentibus ortum. Ipse namque egregia prorsus animi indole praeditus, atque ab ineunte ferme aetate in precatione assiduus, pietatem cum literarum studiis adeo conjunxit, ut sexdecim vix annos natus juris utriusque lauream in patria universitate decorari meruerit. Patri obtemperans causarum patrocinia gerenda suscepit, in quo munere obeundo, etsi magnam sibi laudem peperisset, atque ad majorem sui spem omnes excitasset, ipse tamen fori pericula expertus, susceptum munus statim dimisit. Spreto igitur praeclaro sibi a parentibus exhibito conjugio, avitaque primogenitura omnino abdicata, divinitus vocatus ecclesiasticae militiae nomen dedit. Quum itaque per inferiorum ordinum gradus ad presbyteratum ascendisset, sanctissimae eucharistiae, et Dominicae passionis contemplator factus eximius, sicut sagitta in manu potentis in vitia irruit, ac toto animi ardore ad Dei gloriam, animarumque salutem procurandam huc, illuc pervolat. Ne autem a proposito unquam diverteret, perpetuo se adstrinxit voto nullam temporis jacturam faciendi.

Erectio congregationis sanctissimi Redemptoris ab eo facta laudatur.

§. 2. Quoniam vero « sagittae potentis acutae » sic nonnullorum presbyterorum corda transfixit, tantoque charitatis igne, quo ipse flagrabat, incendit, ut hi quoque, relictis omnibus, sequuti fuerint redemptorem Dominum: atque ita ejusdem sanctissimi redemptoris congregationem instituit, cujus presbyteris in eo potissimum allaborandum esset, ut pauperibus per agros, ac rura vagantibus, aut in pagis, mapalibusque degentibus evangelizarent. Hinc sane mirum, quot odia extinxerit, quot devios ad rectum tramitem, ac etiam ad christianam perfectionem verbo, exemplo, ac multiplicibus scriptis adduxerit. Ad haec adeo fervens Deiparae cultor, ut de tanta matre, et virgine praedicare, librosque de ejus laudibus sacra eruditione refertos conscribere in deliciis semper habuerit. Invitus, et reluctans ad episcopalem sanctae Agathae Gothorum sedem evectus, externum dumtaxat habitum, non autem severam vivendi rationem immutavit. Eadem frugalitas, somma in pauperes liberalitas, summus christianae disciplinae zelus, summum denique in vitiis coercendis, arcendisque erroribus, et in reliquis pastoralibus muneribus obeundis studium, tum etiam constituendum curavit monialium suae congregationis monasterium, aliasque sanctimoniales ad perfectioris vitae formam redegit. Episcopatu ob graves, habitualesque morbos dimisso, ad alumnos suos, a quibus pauper discesserat, revertitur pauper. Demum quamvis senio, laboribus, diuturna arthritide, aliisque gravissimis morbis fractus corpore, spiritu tamen alacrior, ac ferventior de coelestibus rebus disserendi, aut scribendi finem adhibuit unnquam; donec nonagenarius kalendis sextilibus millesimo septigentesimo octuagesimo septimo inter suorum alumnorum lacrimas placidissime, sanctissimeque expiravit.

Judicium de ejus virtutibus latum a sacra congregatione Rituum.

§. 3. Cum itaque mature, diligenterque discussis, et perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. cardinalium sacris ritibus praepositorum processibus de apostolicae Sedis licentia confectis super vitae sanctitate, et virtutibus, tam theologicis, quam cardinalibus, earumque adnexis in gradu heroico, quibus eumdem servum Dei Alphonsum Mariam multipliciter claruisse, nec non miraculis, quae ad ipsius intercessionem, et ad manifestandam hominibus ejus sanctitatem a Deo patrata fuisse, asserebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, una mente, et voce censuerit, posse quandocumque Nobis videretur, prae-

dictum Dei servum beatum declarari cum consuetis indultis.

Beatificatio, et concessio missae, et officii proprii. §. 4. Hinc est, quod Nos praedictae congregationis sanctissimi Redemptoris supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, de supradictae cardinalium congregationis consilio, et assensu, auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus, ut idem Dei servus Alphonsus Maria in posterum beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiae venerationi fidelium, non tamen in processionibus circumferendae, exponantur : imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die secunda augusti recitetur officium, et missa de communi confessoris pontificis cum orationibus propriis a Nobis adprobatis juxta rubricas breviarii, et missalis Romani. Porro recitationem officii, et missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus in tota congregatione sanctissimi Redemptoris, itemque in civitatibus, et dioecesibus Nucerina Paganorum, ubi sacrae ejus exuviae venerantur, et sanctae Agathae Gothorum, cui praefuit episcopus, atque Neapolitana, ubi ortum habuit, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam saecularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, et quoad missas, ab omnibus etiam sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus.

Destinatio solemnium beatificationis. §. 5. Praeterea primo dumtaxat anno a datis hisce Nostris literis inchoando in ecclesiis dictae suae congregationis, nec non civitatum, et dioecesium praedictarum solemnia beatificationis ipsius servi Dei cum officio, et missa ritu duplici majori die ab ordinario respectivo constituenda, postquam in basilica Nostra sancti Petri in Vaticano de urbe celebrata fuerint eadem solemnia, quorum celebrandorum die decimaquinta hujus mensis septembris pariter facimus potestatem.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolis, ac decretis « de non cultu » editis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu secretarii dictae congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo praefecti ejusdem congregationis munitis, eadem prorsus fides habeatur in judicio, et extra, quae praesentibus ipsis haberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta septembris millesimo octingentesimo decimo sexto pontificatus Nostri anno decimoseptimo.

In festo b. Alphonsi Mariae de Ligorio

Oratio

Orationes in festo beati recitandae. §. 7. Deus qui per b. Alphonsum Mariam confessorem tuum, atque pontificem animarum zelo succensum Ecclesiam tuam nova prole foecundasti ; quaesumus, ut ejus salutaribus monitis edocti, et exemplis roborati, ad te pervenire feliciter valeamus. Per Dominum etc.

Secreta

Coelesti Domine, Jesu Christe, hujus sacrificii igne corda nostra in odorem suavitatis exure, qui b. Alphonso Mariae tribuisti, et haec mysteria celebrare, et per eadem hostiam tibi sanctam seipsum exhibere. Qui vivis etc.

Post communio

Deus, qui b. Alphonsum Mariam confessorem tuum atque pontificem, fidelem divini mysterii dispensatorem, et praeconem effecisti ; ejus meritis, precibusque concede, ut fideles tui, et frequenter percipiant, et percipiendo, sine fine collaudent. Per Dominum etc.

Decretum

Nucerina Paganorum

Beatificationis, et canonizationis venerabilis servi Dei Alphonsi Mariae de Ligorio fundatoris congregationis sanctissimi Redemptoris, ac olim episcopi s. Agathae Gothorum

Confirmatio apostolica. §. 8. Suprascriptas orationes proprias, ab eminentissimo, et reverendissimo d. card. Alexandro Mat-

thaejo, loco eminentissimi, et reverendissimi domini card. Julii Mariae de Somalia sac. rit. congregat. praefecti absentis, et a r. p. d. Andrea Cavalli s. fidei promotore, una cum assessore ejusdem sac. congregationis, meque infrascripto secretario referente revisas, sanctissimus Dominus Noster Pius VII. pont. max. ad humillimas preces r. p. Vincentii Antonii Giattini sacerdotis professi congregationis sanctissimi Redemptoris, causaeque b. Alphonsi Mariae de Ligorio praefatae congregationis fundatoris, ac olim episcopi s. Agathae Gothorum postulatoris, benigne approbavit, et tam in peragendae beatificationis solemniis, quam in posterum recitandas indulsit, facta insuper potestate easdem inserendi in apostolicis literis de more imprimendis. Die vigesima septima augusti millesimo octingentesimo decimo sexto.

A. card. Matthaejus

Loco ✠ sigilli

J. A. Sala S. R. C. secretarius auditor



DCXCII.

Dat. die 10 septembris 1816. anno XVII

Novae leges servandae in opificiis ditionis Pontificiae

Pius PP. Septimus

Editto

Bartolomeo del titolo di s. Silvestro in Capite prete card. Pacca della S. R.C. camerlengo.

Costante sempre la Santità di Nostro Signore nel suo fermo divisamento di favorire, e promovere con ogni più lodevole sforzo la perfezione delle arti, e manifatture per aumentare co' loro prodotti la opulenza, e la felicità de' suoi amatissimi sudditi, si è degnata provvidamente riguardare nelle sue stesse gravissime cure di governo quella che più d'ogni altra meritava per la somma utilità publica, e per il suo notabilissimo decadimento la sovrana considerazione. La fabbricazione dei drappi di lana, al cui prosperamento lo stato pontificio offre tutte le più vantaggiose disposizioni per l'abbondanza, e per la buona qualità della lana, che in esso annualmente si riproduce, è appunto quella manifattura, che ha richiamato la beneficentissima attenzione di Sua Beatitudine: e a tal' effetto la stessa Santità Sua sotto il giorno 10. del prossimo passato mese di settembre si è degnata segnare una speciale cedola di moto proprio del seguente tenore. — Publicazione del chirografo fatta per organo dell' eminentissimo camerlengo.

Pius PP. Septimus

Motu proprio

Allorchè per divina provvidenza ascendemmo al pontificato, animati per il bene de' Nostri amatissimi sudditi, una delle grandi cure si fu quella di procurare non solo lo stabilimento del commercio sopra basi solide, ed immancabili nelli nostri ecclesiastici dominj, ma di promuovere, ed incoraggiare in più special guisa le manifatture notabilmente illanguidite, ed alterate per le vicende accadute, e per il cambiamento — Proemio.

to delle circostanze de' tempi precedenti alla Nostra assunzione, cooperandovi l' avarizia, o l' imperizia di molti, che si crederono sciolti dai vincoli di quelle savie leggi, che avevano prolungato i Nostri predecessori. Vedemmo pure allora, che altre manifatture non poteano far progressi, e giungere alla perfezione per l' indole delle particolari loro istituzioni, che inceppavano il genio creatore dell' industria, restringendolo soverchiamente per il numero limitato degli operaj, e degli opificj. Quindi avvenne, che volendo Noi adottare leggi consentanee ai tempi, ed alle circostanze dietro le felici conseguenze, che già derivavano dal libero commercio dei generi frumentarj, e della grascia, e dietro l' esempio della maggior parte degli stati di Europa, con Nostro moto proprio del dì 16 dicembre 1801., a render libera, e comune l' industria alli Nostri amatissimi sudditi sopprimemmo generalmente le università, ed altre corporazioni. Non isfuggì peraltro dalla Nostra attenzione, che una assoluta, ed indefinita libertà convenir non potea ad alcune di queste, e principalmente alla fabbricazione dei drappi di lana senza avventurare il credito, e la riputazione delle fabbriche, poichè sottratte queste a qualunque ispezione, e freno della legge, si aprirebbe un largo campo alle frodi, di cui l' arte medesima è di sua natura tanto suscettibile. Ci riserbammo pertanto nel medesimo Nostro moto proprio di prendere ulteriori provvedimenti per animare, accrescere, e garantire da qualunque frode, ed inganno una manifattura utilissima, al cui prosperamento, ed eccitamento offrono i Nostri dominj pontificj le più vantaggiose disposizioni, ed i mezzi più acconci. Avendo inoltre conosciuto, che a promuovere l'emulazione dei fabbricatori dei drappi di lana, ed a perfezionare le loro manifatture, uno dei maggiori stimoli sariane stata una regolare distribuzione di premj, ordinammo per organo del reverendissimo Nostro cardinal camerlengo lo stabilimento, e la distribuzione di' molti di questi premj a tenore dell' editto dei 5. luglio 1802. Altre leggi, e regolamenti si prepararono in appresso, tendenti ad evitar le frodi, e non meno dirette alla perfezione della fabbricazione dei drappi di lana, ma l'improvvisa catastrofe degli ultimi infausti tempi, che sconvolse ogni ordine, ed ogni legge, e la lunga assenza dalla Nostra capitale ne sospese l' esecuzione. Ritornati quindi, la Dio mercè, ai Nostri temporali dominj, malgrado le gravissime cure, che ci circondano, volgemmo ben presto lo sguardo a questo ramo interessantissimo d' industria, e trovammo con Nostra indicibile sorpresa anzichè perfezionate le fabbriche di lana, notabilmente deteriorate, e cadute nel massimo discredito. A tutto questo si aggiunsero i forti reclami fino a Noi portati da alcuni onesti fabbricatori, i quali ci manifestarono in dettaglio gli abusi introdotti nella fabbricazione medesima, e le infauste conseguenze, che ne derivavano. Le quali cose avendo Noi maturamente ponderato, e volendo efficacemente provvedere a tali inconvenienti, che importando il fatale discredito delle stesse fabbriche, recano non meno allo stato, che ai particolari onesti fabbricatori un considerevolissimo danno, ci siamo quindi determinati di prendere le seguenti disposizioni, che crediamo le più opportune, e proprie all' effetto suddetto. Perciò seguendo anche le traccie de' Nostri predecessori, ed in special guisa di Clemente IX. di sa. me., non che modellando Noi, e modificando le antiche discipline ai progressi di quest' arte, ed alle diverse circostanze, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra podestà pontificia ordiniamo, e comandiamo.

*Articolo* I.

Si stabilisce, che dalla publicazione della presente cedola di moto proprio s' intenda tornato in piena attività, e in tutto il suo pristino vigore a qualunque effetto il nobil collegio dei fabbricatori dei drappi di lana.

Riattivazione del collegio.

*Articolo* II.

Nomina dell'eminentissimo cardinal protettore.

Avrà il collegio un cardinal protettore da destinarsi da Noi, e cui ora abbiamo con somma Nostra soddisfazione deputato il Nostro venerabile fratello Fabrizio cardinal Ruffo.

*Articolo* III.

Il collegio avrà quattro consoli, un camerlengo, e otto revisori.

Il collegio sarà rappresentato da quattro consoli, un camerlengo, e otto revisori, la cui elezione, e durata nell' esercizio dell'impiego, e relative attribuzioni saranno determinate dal nuovo statuto; l' elezione peraltro dei rappresentanti del collegio, siccome degli altri subalterni impiegati, che in progresso dovrà farsi dal collegio medesimo, non avrà alcun vigore, se non vi concorra il beneplacito, e l' approvazione dei reverendissimi cardinal camerlengo, e cardinal protettore.

Nomina di questi rappresentanti.

In questa prima volta peraltro eleggiamo, e deputiamo per consoli Filippo Gauttieri, Pasquale Cipolla, Giovanni Battista Bennicelli, e Vincenzo Sinibaldi: per camerlengo Francesco d' Ambrogi, e per revisori Bartolomeo Forti, Andrea Chiappi, Gioacchino Costa, Carlo de' Filippi, Giuseppe di Rocco, Giovanni Battista Guglielmi, Giovanni Battista Tavani, e Vincenzo Biagelli, i quali tutti dovranno continuare ne' rispettivi impieghi per il tempo, e termine che saranno stabiliti dal nuovo statuto. A questi succederanno gli altri, che saranno nominati dal collegio a norma del detto statuto. Rapporto poi ai subalterni impiegati in servizio del collegio medesimo per questa prima volta si dà facoltà di nominarli ai reverendissimi cardinali camerlengo, e protettore, e quindi secondo lo stesso statuto.

*Articolo* IV.

Destinazione di un ispettore generale onorario, e sue attribuzioni.

Alla vigilanza più diretta, e continua del collegio, e dei fabbricatori de' drappi di lana, non meno che di tutti coloro, che concorrono in qualunque modo alla creazione dei drappi stessi, abbiamo inoltre determinato, che per la piena esecuzione del presente Nostro moto proprio debba esservi un ispettore generale onorario, che abbia tutte le facoltà di sopraintendere, e sindacare le operazioni del collegio, assistere alle adunanze del medesimo nella qualità di presidente, e far tutt' altro, che alla circostanza crederà opportuno, e conducente al desiato scopo della perfezione di questa manifattura. E volendo Noi favorevolmente riguardare il fabbricante Filippo Volpi, nel quale concorrono ottime qualità, comprovata onoratezza, e perizia somma dell' arte, lo nominiamo, e deputiamo in ispettore generale onorario per tutti gli oggetti generalmente sopraespressi, dipendentemente però dal reverendissimo Nostro cardinal camerlengo, e dal reverendissimo cardinal protettore.

*Articolo* V.

Vogliamo poi che il collegio abbia una chiesa sotto il titolo di s. Ambrogio, che ci riserbiamo di assegnargli, non convenendo ulteriormente, che un ceto così esteso abbia una sola cappella in una chiesa non sua.

Il collegio avrà una chiesa sotto il titolo di s. Ambrogio

*Articolo* VI.

Conoscendo in oltre, che lo statuto di questo collegio approvato dal Nostro antecessore Clemente XIII. di ricordevole memoria, si è reso incompatibile con l' attuale sistema di fabbricazione, poichè altra manifattura non presentava allora l' arte, che di calzettoni, roversi, e droghetti, abbiamo determinato, che dagl' individui del collegio, che saranno all' oggetto deputati dai reverendissimi cardinale camerlengo, e cardinale protettore, si formino senza indugio i nuovi regolamenti statutarj tanto sulle norme da seguirsi nella elezione, e durata dei rappresentanti immediati dello stesso collegio, che per l' ammissione de' nuovi pa-

Si ordina la nuova formazione dello statuto del collegio.

tentati, per le massime disciplinari conducenti il corpo dell' arte alla maggior perfezione, e per sistemare l' entrate del collegio, e relativo mantenimento della chiesa, non che per determinare tuttociò che di più necessario si creda congruo ad ottenere questa cotanto desiata perfezione, coerentemente però sempre alle leggi promulgate nel presente moto proprio.

### *Articolo* VII.

Li nuovi fabbricanti debbono munirsi della patente dell'arte, dopo aver ottenuta l' ammissione del collegio per aprire l'apificio.

Qualunque fabbricante, che vorrà intraprendere in Roma la manifattura dei drappi di lana, dovrà sottoporsi agli esperimenti dell'arte, ottenere l' ammissione del collegio (che userà tutta l' oculatezza, e la circospezione nell' esame dei voluti requisiti) e munirsi della necessaria patente.

Coloro, che ritengano una fabbrica aperta, dovranno prendere la patente dell' arte nel termine di un mese.

Quei fabbricanti poi, che ritengono presentemente un lavorio attivato, dovranno in egual modo prendere nel termine di un mese la patente dell' arte, ma non saranno soggetti agli esperimenti ingiunti a coloro, che dopo la pubblicazione della presente cedola di moto proprio brameranno aprire nuove fabbriche.

Pene contro li trasgressori.

Chiunque si permettesse in avvenire d' intraprendere questa manifattura in Roma senza avere per lo innanzi esattamente adempito alle precedenti disposizioni, ed ai regolamenti, che si pubblicheranno col nuovo statuto, incorrerà nella pena di scudi cinquanta, e della inabilitazione dall' esercizio dell'arte, oltre la perdita delle macchine, ordigni, e dei lavori, che si trovasse di avere nella sua fabbrica. Nelle quali pene incorreranno del pari tutti coloro, che avranno attualmente gli opificj in attività, se nello stabilito termine di un mese non avranno ottenuto la patente dell' arte. Dovranno simili pene distribuirsi per la terza parte al nuovo istituto de' poveri, altra al collegio, e la terza a favore della Nostra camera apostolica.

### *Articolo* VIII.

Ogni fabbricante, quando apre il suo opificio, deve fare il suo merco per contrasegnare le manifatture.

Tutti indistintamente i fabbricanti, ai quali sarà permesso tener aperto un opificio dovranno formare un contrasegno, o merco da non potersi variare nel corso di loro fabbricazione, e con il quale si marcaranno in piombo le manifatture. Tali contrasegni dovranno esser riconosciuti, ed approvati pria di aprire la fabbrica, dai consoli *pro tempore* del collegio, e per quelli, che la tengono ora attivata, nel prefisso termine di un mese. E questi contrasegni dovranno esser impronatati in due diverse lamine, una delle quali sarà sempre ritenuta presso i consoli per conservarla nell' archivio del collegio, e l' altra presso i revisori, e bollatori del collegio medesimo, ingiungendo ai consoli di essere bene avvertiti, che uno stesso contrasegno non sia adoprato da due fabbricatori.

Si dovrà esibire l'impronta de' merchi sopra due diverse lamine, l'una alli consoli, e l'altra alli revisori, e bollatori.

Pene contro li trasgressori.

Ogni contravenzione su tal proposito sarà punibile con le pene comminate nell'articolo precedente.

Li consoli sono responsabili dell' adempimento del presente articolo.

E per osservanza di queste provvidenze proibiamo ai consoli del collegio, che saranno *pro tempore*, di non permettere ad alcuno di aprire la fabbrica, o di continuarla, se attualmente sia fabbricante, qualora non avranno adempito alle determinazioni sopra espresse sotto pena della privazione dall' ufficio, e di scudi cinquanta da incorrersi da ciascuno di essi consoli in cadauna volta, che contravverranno, senza che venga loro ammessa alcuna scusa d'ignoranza, la qual pena sarà applicabile secondo le disposizioni dell' articolo precedente.

### *Articolo* IX.

Abuso riconosciuto nella fabbricazione dei drappi di lana con la mescolanza delle lane di varie adulterate qualità.

Siccome poi si sono introdotte nell' arte delle frodi oltremodo pregiudicievoli, che deteriorano la intrinseca qualità dei tessuti di lana, che sfuggono puranco all' occhio osservatore dei consumatori, mescolando delle lane di diverse adulterate qualità, ed anche delle morticine, e di quelle eziandio usate per i letti, quasi impossibil cosa a scoprirsi, poichè dopo l' azione della gualchiera, l' ordito, e la trama s' intralciano, e si uniscono per modo

fra loro, che formano un sol corpo a foggia di feltro; così intenti Noi a diriggere non meno la perfezione dell' arte, che salvare indenne la buona fede de' compratori, e l' integrità del commercio, vogliamo, ed espressamente ordiniamo, che niun fabbricatore possa mescolare nei drappi i così detti sfili, pedini, pelo di gualchiera, sburra, lane vecchie di materassi, cardatura, cimatura, pelo di capretto, o qualunque altra cosa contraria alla materia prima. Se ad alcuno poi de' fabbricatori si trovassero ne' loro opificj i suddetti generi proibiti confusi nella lana per cardarsi, o di già cardati, e filati, o finalmente già tessuti, oltre la perdita della robba, nella quale si rinverranno mescolate simili materie, e delle pezze stesse, se saranno tessute, sarà condannato il contravventore per la prima volta alla pena di scudi venti, a quella di scudi quaranta in caso di seconda contravvenzione, e per la terza sarà inabilitato dall'esercizio dell'arte.

Inibizione illimitata di questa pregiudicevole mescolanza di lane

Pene contro li trasgressori.

Nè gioverà ad alcuno la scusa, che codesti generi proibiti si ritenevano preparati per costruirne cimose, poichè queste debbano farsi con gli scarti di lane tose, o macellate; e se il bisogno richiedesse di doversi servire delle cimose di pelo per porle nei drappi ordinari, in questo caso vogliamo, che le acquistino da que' lavoranti, che costruiscono soltanto cimose di pelo, a cui però non sarà permesso di fabbricarle, se non avranno riportato una licenza in iscritto dai consoli, che la rilascieranno gratis.

Non gioverà la scusa di ritenere i suddetti generi proibiti per costruire cimose.

Le pezze tessute, e la lana mischiata con le suddette materie proibite, rinvenute in frande presso i fabbricatori, andranno in beneficio dell' istituto de' poveri, e la multa a favore del collegio, se sarà la frande discoperta dalla visita de' consoli; se poi vi fosse stato l' accusatore, che sarà tenuto sempre segreto, sarà dichiarata a vantaggio del collegio una metà della suddetta multa, e l' altra dell'accusatore.

Distribuzione delle pene.

*Articolo* X.

La lana di concia non potrà porsi in opera, che nei soli bergamson di palmi cinque, o palmi cinque e mezzo, nei droghetti, e nelle coperte. Non si potrà far uso della lana agnellina tosa ordinaria, che nei soli bergamson di palmi sei, e nei panni ordinarj fino a quelli di portate trentasei esclusivamente. La pena ai contravventori sarà quella comminata all'art. ix.

Uso della lana di concia, e della lana agnellina tosa.

*Articolo* XI.

Non potranno fabbricarsi bergamson al di sotto di palmi cinque di altezza. I panni ordinarj non potranno aver meno di portate ventotto. I castorini non potranno farsi meno di portate trentotto in doppio, nè questi dovranno fabbricarsi, che di sole lane tose, abolendosi, ed inibendosi affatto i così detti fasciatori come castorini. Trovandosi presso i fabbricatori, o nei fondachi dei mercanti li così detti fasciatori come castorini saranno penati tanto gli uni, che gli altri alla pena contemplata all'art. ix.

Altezza dei bergamson non minore di palmi 5., i panni ordinari non minori di portate 18. I castorini di portate 38 in doppio.

*Articolo* XII.

Qualunque bergamson, e castorino non dovrà oltrepassare la tirata di circa canne dodici a paccotta.

Qualunque panno, e droghetto non dovrà similmente oltrepassare la tirata di canne undici.

In qualunque drappo di lana vi dovrà essere nella sua totalità una perfetta uguagliauza di lavorazione, per modo tale, che come sarà la testa, dovrà del pari essere il corpo, e la coda.

La tirata de bergamson non sia maggiore di canne 12 a paccotta, i panni, e droghetti non maggiore di canne 11.
Li tessuti di lana presentino una perfetta uguaglianza nella testa, nel centro, e nella coda.

*Articolo* XIII.

Volendo, che si conosca di tutti generalmente, quali sieno quelle fabbriche, in cui si procura di giungere alla perfezione dell' arte, tanto da Noi desiderata, ordiniamo, ed espressamente commandiamo che ad ogni paccotta pria di sottoporla alla gualchiera si apponga in modo visibile nella sua testata il merco del fabbricante, il numero delle pac-

Ogni paccotta pria di sottoporsi alla gualchiera sia munita di merco del fabbricante, e del numero della paccotta, e nei panni e castorini del numero ancora della portata.

cotte, e nei panni e castorini il numero ancora delle portate, che contiene la manifattura, proibendosi sotto le stesse pene antecedentemente comminate di potere in conto alcuno variare, o alterare questi contrasegni.

*Articolo* XIV.

Proibizione di sforzare i drappi oltre il loro stato naturale per mezzo da tiratori.

Veggendo poi, che l' osservanza di queste disposizioni a nulla gioverebbe per la perfezione delle fabbriche de' drappi di lana, se non si togliesse di mezzo l' abominevole frande introdotta da alcuni fabbricatori nello squadrare le pezze ai tiratori, nei quali violentandosi il drappo non solo nella lunghezza, che nell' altezza, si vela poi il difetto dell' interno del medesimo con la testata, che lasciasi appositamente nel suo stato naturale restando in essa avvolta la pezza stessa; quindi a rimuovere questa mala fede de' fabbricanti, e questo inganno, che snerva, e indebolisce il drappo, e ne toglie il più bel suo pregio, la durata, ordiniamo, che tutte lo pezze, che si pongono ai tiratori, non debbano sotto verun titolo, o colorato pretesto sforzarsi più oltre del loro stato naturale, dovendosi solamente squadrare la pezza, onde resti simile la coda alla testa. Rimane pertanto assolutamente abolito qualunque sorta di argano, lova, legatura, ed altro ordigno, che possa in qualsiasi modo alterare la sua uguaglianza, e ciò non solo per la lunghezza, ma per l' altezza puranche della pezza. I contravventori saranno irremisibilmente puniti con una pena non minore di scudi venti per paccotta, che venga riconosciuta forzata al tiratore da pagarsi metà dal fabbricante, e metà dal proprietario del tiratore, ossia tiratoraro. Que' fabbricanti, che avranno i tiratori del proprio, dovranno soddisfare intieramente alla imposta penale, e nel caso di recidiva sarà questa duplicata. Se mancassero ulteriormente, saranno esclusi dall' esercizio del loro mestiere i fabbricanti non solo, ma ben' anche i così detti tiratorari, erogandosi le multe per metà al nuovo istituto de' poveri, e per l'altra ai collegio.

Si proibiscono gl' argani, leve, legature, ed altri ordigni.

I contravventori si puniscono con una multa di scudi venti per paccotta.

*Articolo* XV.

Proibizione della falsa piegha nelle paccotte.

Ordiniamo, che sieno abolite le false pieghe nelle paccotte, dovendo esser piegate precisamente nel mezzo sia pur panno, droghetto, o bergamson. Proibiamo inoltre alli mercanti, e sparciatori a minuta misura, di non vendere nei loro fondachi paccotte di lana di fabbricazione Romana con tali false pieghe, onde non resti ingannato il compratore, il quale per questa fraude trova minore l altezza reale del drappo. Saranno penati taoto i fabbricatori, che i mercanti nella contravvenzione del presente articolo alla multa di scudi dieci per paccotta riconosciuta con piega falsa, da erogarsi come all'articolo precedente.

*Articolo* XVI.

I piccoli difetti si contrasegnino per linea retta nella cimosa, onde compensarli al compratore in partita.

Qualunque piccolo foro, macchia, tenue spallatura, o altro difetto casuale, che per la loro moltiplicità non degradino il drappo nella sua estensione, dovranno esser contrasegnati in quella parte di cimosa, ove per linea retta esiste il difetto, affinchè possa esser compensato al compratore in partita con il defalco nel canneggio della paccotta.

*Articolo* XVII.

Coloro che prestano la mano di opera, e che daranno causa a pregiudizj nella lavorazione dei drappi, siano tenuti ai danni verso il principale fabbricatore.

Non rade volte addivenendo, che per colpa di coloro, che prestano la mano d' opera, si perda tutto lo studio posto io opera dall'ingegnoso fabbricante per ridurre il drappo alla miglior perfezione sia per malizia, sia per incuria, e trascuratezza dei proprietarj delle gualchiere, che dei tintori, o altri artisti addetti comunque a questa lavorazione; vogliamo, che coloro, che avranno dato causa ad un simile pregiudizio previo il ricorso al tribunale del reverendissimo Nostro cardinal camerlengo, siano condannati al risarcimento dei danni cagionati.

*Articolo* XVIII.

Li tintori sono compresi nel collegio, e nella classe de' fabricatori e come tali soggetti a tutti i regolamenti.

Sapendo Noi per fatti costanti, e comprovanti, che uno dei gravi motivi, per i quali i drappi di lana Romani sono caduti nel discredito, e nell' avvilimento è senza dubbio l' abuso delle tinte; perciò comandiamo, che tutti i tintori dei drappi di lana, come parte essenziale della fabbricazione, siano d' ora innanzi compresi in questo collegio, e nella classe dei fabbricatori, e come tali sottoposti ai regolamenti tutti, che nella rinnuovazione dello statuto si determineranno per la perfezione delle tinte, onde non sieno ulteriormente di documento all'arte.

Li tintori debbono munirsi della patente

Dovranno per conseguenza i tintori essere muniti della patente dell' arte, ed assoggettarsi alle disposizioni descritte per i fabricatori all' articolo vii.

*Articolo* XIX.

Li fabricatori, e coloro tutti, che appartengono alla manifattura dei drappi di lana saranno privativamente soggetti al tribunale dell' emo camerlengo, da cui si giudicheranno sommariamente, ed economicamente tutte le cause, e controversie si in civile, che in criminale.

La fabbricazione dei drappi di lana comprendendo molti mestieri di differenti ispezioni, e attesa la moltiplicità dei lavoranti, e la dissimiglianza delle arti tendenti tutte alla creazione dei drappi stessi, non potendosi evitare dei giornalieri disordini, e dei frequenti furti, ordiniamo, che tutti i fabbricanti non solo, ma tutti gl' individui, che appartengono a questa manifattura, siano sottoposti privativamente al tribunale del Nostro reverendissimo cardinal camerlengo che dovrà economicamente, e sommariamente giudicare *sola facti veritate inspecta* ogni causa, e controversia di quest' arte tanto in civile, che in criminale fra padroni, e lavoranti, tintori, padroni di gualchiere, tiratorari, apparecchiatori, e chiunque altro per tuttociò che concerne le questioni, contratti, o danni ricevuti nella fabbricazione per parte delle enunciate persone, imponendo silenzio agli altri tribunali d' interloquire sopra tali materie.

*Articolo* XX.

Si riserba di publicare dei regolamenti, nella invenzione, ed introduzione di altre utili manifatture di lana.

Nella invenzione, ed introduzione di altre utili manifatture di lana, come di saje, scottini, ed altre qualunque, riserbiamo al reverendissimo Nostro cardinal camerlengo, ed al reverendissimo cardinal protettore sulle proposizioni dell'ispettor generale, e del collegio la facoltà di publicare gli analoghi regolamenti.

*Articolo* XXI.

Premj accordati annualmente in scudi 600. per i migliori tessuti di lana all'incoraggimento di questa manifattura a norma dell' editto del 5. luglio 1802.

Come ricordammo nel Nostro proemio, ad incoraggiare questa interessante manifattura, ed aumentarne la perfezione per servire non meno all' interno consumo, che a farla divenire un ramo di commercio cogli esteri, fin dall' anno 1802. con editto del Nostro reverendissimo cardinal camerlengo del 5. luglio, ordinammo lo stabilimento di alcuni premj, e fra questi accordammo due volte fra l' anno ai fabbricatori il premio di scudi trecento per cadauna volta; quindi essendo Noi vie maggiormente ora animati a promuovere l' emulazione, vogliamo, che torni in pieno vigore il premio allora accordato, sospeso soltanto dal vortice delle passate vicende. Per la qual cosa il Nostro monsignor tesoriere generale nel mese di giugno, e dicembre di ogni anno somministrerà a titolo di premj scudi trecento per cadauna volta da distribuirsi il primo per la somma di scudi centocinquanta al fabbricatore, che esibirà la pezza di tessuto di lana meglio lavorata; l' altro di scudi cento a quello il quale si accosterà ad una tal perfezione, ed il terzo finalmente di scudi cinquanta a quello, il cui lavoro dopo l' indicati due premj sarà riconosciuto per il migliore.

Distribuzione de' premj.

Modo di regolare i concorsi alli premj.

Con notificazione precedente di sei in sei mesi l' epoca del concorso, il reverendissimo Nostro cardinal camerlengo con intelligenza del reverendissimo cardinal protettore destinerà la qualità de' drappi su cui debbano cadere i suddetti premj. Chiunque vorrà concorrere ai premj, dovrà onniuamente entro li 15. di giugno, e respettivamente di dicembre consegnare nel locale, che verrà sta-

bilito, i suoi drappi, cuoprendo la testata mediante una, o più piegature per modo, che non possa conoscersi da alcuno il fabbricatore, che abbia esibito il drappo. Ad escluder poi ogni pericolo di parzialità di giudizio, si avrà l' avvertenza, che la pezza sia chiusa anche esternamente per mezzo di una fodera di tela, sopra la quale si contenga la seguente iscrizione „ *concorso al premio di giugno, o di dicembre dell'anno:....»* riportandone la ricevuta, in cui sarà espresso il numero della pezza, non meno che il nome, e cognome della persona, che l'avrà recata.

Cautele da osservarsi per evitare la parzialità di giudizio.

§. 11. Itemque duodecim mansionariatus canonicatus secundarios, ut praefertur , nuncupatos , in totidem mansionariatus canonicatus itidem secundarios , eorumque pariter nunc , et pro tempore existentes respective possessores in totidem mansionarios canonicos secundarios , similiter respective nuncupandos dictae cathedralis ecclesiae Calatajeronensis , ut praefertur , erectae cum sex in ea, etiam, ut praefertur, erectis clericatibus , dicta apostolica auctoritate, itidem perpetuo substituimus, et subrogamus ; et quoad mansionarios canonicos secundarios hujusmodi , ex eisdem tres in ordine priores personatorum titulo,denominatione , et honore perpetuo quoque decoramus ; ita tamen , ut eorum primus sub-cantoris , ac alter cantus magistri , tertius vero sacrarum caeremoniarum etiam magistri respective munus , et officium exercere libere, et licite valeant; salvis tamen, et firmis in reliquis remanentibus favore capituli , et canonicorum dictae cathedralis ecclesiae , ut praefertur, erectae subrogatorum hujusmodi privilegiis , indultis , exemptionibus , immunitatibus, insigniis, praerogativis , honoribus , indulgentiis , aliisque gratiis quibuscumque tam spiritualibus , quam temporalibus , et mixtis eisdem capitulo, et canonicis , nec non mansionariis canonicis secundariis nuncupatis praefatis apostolica, vel alia quavis auctoritate hactenus concessis, aut etiam de jure vel consuetudine, aut alias competentibus ( dummodo tamen sint in usu , nec revocata existant , ac sacris canonibus , et constitutionibus apostolicis non repugnent ) in omnibus , et per omnia perinde , ac si status collegialitatis hujusmodi in dicta cathedrali ecclesia sic, ut praefertur , erecta minime imitatus fuisset.

*Concessio insignium indumentorum.*

§. 12. Et nihilominus ut ipsa cathedralis ecclesia sic per Nos , ut praefertur , erecta splendoris complementum accipiat , tam modernis quam futuris ejusdem cathedralis ecclesiae , ut praefertur, erectae praeposito, et archidiacono illius capitulo adjuncto , ac decano , et cantori ,

ac thesaurario, nec non singulis sexdecim canonicis, et duodecim mansionariis canonicis secundariis, ut praefertur, nuncupatis, ut tam ipsi praepositus videlicet, et archidiaconus, ac decanus, ot cantor, ac thesaurarius, nec non canonici praefati, praeter rocchetum et mozzetam violacei coloris, nigrumque postergalem, atque nsum palmatoriao, vulgo bugia nnncupatae, et quoad cantorem, ac pro eo chori digniorem tantum, usum gestandi in publicis processionibus argenteum baculum quo et quibus bactenus ipsi respectivo gavisi sunt, et archidiaconus ipse eidem capitnlo, nt praefertur, adjunctus ab inde citra similiter gaudebit; ex nunc deinceps perpetuis itidem fotnris temporibus etiam cappam magnam sericam violacei coloris armelliuis pellibus subsutam hyemali tempore quam duodecim mansionarii canonici secundarii, ut praefertur, nuncupati praeter simile rocchetum, et almutiam nigri violaceique coloris per eos de more hactenus gestari solitam, similem iosuper cappam magnam ejusdem violacei coloris cinereis tamen pellibus leucaphaeis, vnlgo di varo nuncupatis, et respective serico cinerei coloris subsntam juxta temporis varietatem; et quoad tres in ordino, ut praefertur, priores ex iisdem duodecim mansionariis canonicis secundariis, ut praefertur, nuncupatis, personatorum titulo per Nos ut supra decoratos tantum, ultra cappam magnam hujusmodi cingulum etiam vulgo fasciam nuncupatum pariter sericum, ejusdem tamen nigri coloris, tam in dicta cathedrali ecclesia, ut praefertur erecta, quam oxtra eam, ac tam in processionibus, quam aliis actibus et functiouibus quibuscumque publicis, et privatis etiam extra civitatem Calatajeronensem praefatam ac ubique locorom, etiam in synodalibus provincialibus, et universalibus conciliis, ac etiam in praesentia ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiao cardinalium etiam de latere legatorum, archiepiscoporum, episcoporum, et aliorum quorumcumque, quibusvis anni temporibus, ac diebus respective deferro, et gestare, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, atque indulgemus; volentes tamen quod ex nunc, prout ex tunc, et e contra, postquam videlicet modernns cantor supradictus e vivis decesserit, jus, sen facultas deferendi praefatnm argenteum baculum in publicis praediotis processionibus, ad praepositum ipsius cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae nunc, et pro tempore existentem praefatum, et in ejus defectum, sive absentiam, ad archidiaconnm, et sic gradatim ad alias caeteras dignitates hnjusmodi respective pro temporo obtinentes in illorum respectivo qnoque defectum, sive absentiam perpetuo devolvatur, eique deroratio praefata specialiter, et exprease concessa ceuseatur eo ipso.

§. 13. Ac praeterea eisdem capitulo, et canonicis ipsius cathedralis ecclesiae Calatajerouensis per Nos, ut praefertur, erectae nunc, et pro tempore existentibus, ut ipsi capitulariter congregati pro novo (quatenus immutatio status collegialitatia hujusmodi id requirat) ejusdem sic erectae cathedralis ecclesiae, illiusque chori, eorumque rerum, et jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero, feliciqne regimioe, gubernio, ac directione, nec non onerom ois respective incumbentium supportatione, divinorum officiorom, processionum, funeralium, anniversariorum, ot suffragiorum celebratione, distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, et divisione, ac poenarum per absentes, ac divinis officiis suis loco, et tompore non interessentes, sen onera, et ministeria eis, ot eorum cuilibet incumbentia subire negligentes incurrendarum incursu, ac singolorum praesentiis, et absentiis notaodis, caeremoniis, et ritibus in dicta sic erecta cathedrali ecclesia, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus hujusmodi servandis, ac quibusvis aliis rebus in praemissis, et circa praemissa quomodolibet necessariis, et opportuois quaecumquo statuta, ordinationes, capitula, et decreta licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini minime adversaotia, et per futurum pro tempore episcopum Calatajeronensem, seu donec, et quousque dicta epi-

Facultas capitulo tributa condendi statuta.

scopalis ecclesia de primo suo pastore, ut praefertur, caruerit; per infrascriptum vicarium examinanda, et deinde apostolica auctoritate confirmanda edere, atque edita declarare, et interpretari, ac in meliorem formam redigere, et reformare; seu alia de novo ex integro, eisdem tamen sacris canonibus praefatisque constitutionibus, et decretis concilii Tridentini praefati non contraria, et ut praefertur, per futurum episcopum praefatum, seu vicarium infrascriptum similiter examinanda, qui approbationem itidem atque confirmationem ab ipsa Sede apostolica reportare respective teneatur, ac per eos ad quos nunc spectat, et pertinet, ac pro tempore spectabit, et pertinebit observanda sub poenis in contrafacientes statuendis, quoque edere libere, et licite possint, et valeant, plenam, liberam, et omnimodam facultatem, potestatem, et auctoritatem eadem apostolica auctoritate pariter perpetuo concedimus, et impartimur.

Declaratio jurisdictionis episcopi Calatajeronensis.

§. 14. Ac insuper, ut dioecesis eidem episcopali ecclesiae Calatajeronensi per Nos, ut praefertur, erectae, illiusque futuro praesuli praefato constitui possit primodictam, videlicet Calatajeronae in civitatem episcopalem, etiam, ut praefertur, erectam, ac aliam Scordia, ac aliam Palagonia, ac aliam Militello, ac aliam Mineo, ac aliam Vizzino, ac aliam Licodia, ac aliam santa Maria di Niscemi, ac aliam san-Micheli, ac aliam san-Cono, ac aliam Terra nova, ac aliam Butera, ac aliam Mazzarino, ac aliam Riesi, ac reliquas terras, seu loca Gran-Micheli, respective nuncupatas, seu nuncupata juxta confinia supradicta, respective sitas, et sita, cum praefatis suis respective territoriis, a praefata Syracusana dioecesi per Nos, ut praefertur, dismembratas, divisas, atque divulsas, seu dismembrata, divisa, et divulsa; ac in eisdem terris, seu locis, eorumque territoriis praefatis respective, ut praefertur, consistentes, et consistentia parochiales collegiatas, et alias ecclesias, monasteria (non tamen exempta) praepositurас, praepositatus, prioratus, conventus, et alia quaecumque, quot cumque, et qualiacumque cum cura, et sine cura saecularia, et quorumvis ordinum regularia beneficia ecclesiastica, etiamsi saecularia videlicet canonicatus, et praebendae dignitates, personatus, administrationes, et officia etiam curata, et electiva, etiam in collegiatis, aliisque ecclesiis: regularia vero beneficia hujusmodi, praepositatus, praepositurae dignitates etiam conventuales, personatus, administrationes, et officia etiam claustralia cappellaniae, et cappellae sint, et ad dignitates prioratus, praepositatus, et praepositurас hojusmodi consueverint, qui per electionem assumi, omniumque pariter, et singularum terrarum, seu locorum, eorumque territoriorum hujusmodi, utriusque sexus personas, habitatores, et incolas, tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos quoscumque cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis, ut praefertur, existant ab ordinaria dicti Philippi, ut praefertur, moderni, et pro tempore existentis episcopi Syracosani jurisdictione, potestate, et superioritate, etiam, ut praefertur, disjuncta, et exempta, ac disjunctas, et exemptas novae ecclesiae episcopali Calatajeronensis, illiusque futuro praesuli, pro suis civitate, territorio, et dioecesi, ac clero, et populo dicta apostolica auctoritate motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus perpetuo quoque concedimus, et assignamus, ac respective ordinariae ipsius pro tempore futuri episcopi Calatajeronensis jurisdictioni, potestati, et superioritati; ita quod liceat personae eidem ecclesiae Calatajeronensi tam nunc a primaeva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutae in episcopum praeficiendae per se, vel per alium, seu alios, ejus nomine veram, realem, ac actualem, et corporalem possessionem, seu quasi administrationis spiritualis, et omnimodi juris dioecesani in primo dicta Calatajeronensi in civitatem episcopalem per Nos, ut praefertur, erecta, ac in omnibus aliis superius expressis terris, seu locis, et territoriis propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam hujusmodi perpetuo retinere, ejusdem Philippi, ut praefertur, moderni, et pro tempore existentis episcopi Sy-

racusani, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, pari apostolica auctoritate similiter perpetuo supponimus, atque subjicimus.

Dotatio mensae Calatajeronensis.

§. 15. Jam vero, ut episcopali mensae Calatajeronensi aeque ac firmiter provideatur, ac futurus ipse pro tempore existens episcopus Calatajeronensis satis habeat, unde ejus statum juxta pontificalis dignitatis exigentiam decenter tenere valeat: tot bona stabilia prorsus libera annui redditus trium millium, et sexcentorum ducatorum monetae Neapolitanae ad universitatem, et senatum supradictum legittime spectantia, et ab eisdem universitate, senatuque futuro episcopo Calatajeronensi praefato irrevocabiliter donanda, atque in plenum, et liberum ejus dominium, et proprietatem perpetuo transferenda per infrascriptum tamen praesentium literarum Nostrarum exequutorem, antequam ipse ad exequutionem earumdem praesentium, in aliquo procedat verificanda, et postquam ipse compererit, quod bona stabilia praedicta sic donanda, et transferenda, vera, et realiter donata, et translata fuerint, et ab omni onere, hypotheca, et caduritate prorsus libera, et exempta existant, et ex illis eidem futuro episcopo Calatajeronensi pro tempore annuus redditus praefatus triummillium, et sexcentorum ducatorum dictae monetae ab omni onere depuratus obveniat, et non alias, aliter, nec alio modo, una cum cathedratici, aliorumque episcopalium jurium perceptione eidem episcopali mensae Calatajeronensi pro sui congrua, sufficientique dotatione praefata, per ipsum exequutorem infrascriptum eadem apostolica sibi delegata auctoritate, itidem perpetuo applicari, et appropriari expresse volumus, atque praecipimus; eidemque mensae episcopali binas alias summas, unam videlicet quadraginta quinque millium scutorum monetae Romanae in aedium episcopalium, et seminarii hujusmodi, quarum utraeque deficiunt, aedificationem infra decennium ex nunc proximum omnino absolvendam (ita tamen ut si illa non sufficiat, quidquid ulterius opus fuerit, universitas, et senatus praedicti persolvere teneantur) impendendam: alteram vero summis hujusmodi quinque millium scutorum dictae monetae Romanae ab universitate, senatuque praefatis cum simili ejusdem Ferdinandi regis approbatione depositas, et oblatas pro respectiva temporanea conductionis, sive affictus aedium pro episcopo, et semioario praefatis solutione facienda, donec et quousque tam episcopi quam seminarii ejusdem respectiva constructio absoluta non fuerit erogandam, dicta apostolica auctoritate respective attribuimus; seminario autem praefato pro illius dotatione, seu dotationis hujusmodi parte, vel supplemento omnes, et singulos in quacumque re consistentes fructus, redditus, et proventus cujusdam legati pii in titulum perpetui simplicis, sine cura beneficii ecclesiastici, prioratus sanctae Mariae de Gratia nuncupati conferri soliti, quod, sicut pariter accepimus de simili jurepatronatus ejusdem senatus (quo ipse, praefato Ferdinando rege assentiente, ad infrascriptum unionis effectum se libentissime abdicavit) existit, et ad praesens, certo quem praesentibus haberi volumus pro expresso modo vacat, ac cujus fructus, redditus, et proventus praefati ad centum, et sexagiota quinque uncias dictae monetae Neapolitanae annuatim, ut quoque accepimus, ascendunt (praevia pariter illius tituli collativi, naturae, et essentiae legati pii, seu beneficii hujusmodi perpetua suppressione, et extinctione), eidem seminario, ita quod liceat pariter futuro illius rectori, vel oeconomo, aut alii pro tempore deputando administratori ejusdem legati, seu beneficii hujusmodi, ut praefertur, suppressi, et extincti veram quoque, realem, actualem, et corporalem possessionem propria auctoritate etiam libere apprehendere, et apprehensam hujusmodi pariter perpetuo retinere, ac fructus, redditus, et proventus praefatos percipere, exigere, levare, ac supportatis tamen prius per dicti seminarii rectorem, sive oeconomum, aut administratorem praefatum omnibus, et singulis, si quae sint illius oneribus, in ipsius seminarii usus, et utilitatem convertere cujusvis quoque licentia desuper minime requisita, apostolica auctoritate praefata perpetuo similiter unimus, an-

nectimus, et incorporamus; et quatenus dotatio hujusmodi pro dicti seminarii manutentione minime sufficiens esse dignoscatur. Volumus insuper, quod universitas, et senatus praedicti annualem dotationem praefatam juxta tamen ipsius seminarii onerum exigentiam, auditoque super hoc futuro episcopo Calatajeronensi praefato adaugere similiter teneantur.

Praeceptum de servanda lege institutionis quoad distributionem reddituum mensae capitularis.

§. 16. Decernentes insuper, praepositum, et archidiaconum, ac decanum, et cantorem, ac thesaurarium, nec non sexdecim canonicos, et duodecim mansionarios canonicos secundarios, ut praefertur, nuncupatos dictae cathedralis ecclesiae Calatajeronensis per Nos, ut praefertur, erectae nunc, et pro tempore existentes praefatos in eadem qua hactenus ipsi, et eorum quilibet ex pari senatus hujusmodi fundatione gavisi sunt redditunm fruitione perpetuo respective manere. Itemque de infra injungenda redditunm, seu praebendarum auctione, eis, et eorum cuique pro tertia ad minus parte facienda libere gaudere posse ac debere, firma tamen quoque remanente quoad omnes (excepto tantum archidiacono supradicto) communi legi fundationis hujusmodi in eadem sic erecta cathedrali ecclesia, ut pariter accepimus, vigente deponendi, scilicet et relaxandi de suis quisque redditibus, quoad dignitarios videlicet, et canonicos uncias quindecim, quo vero ad mansionarios praefatos canonicos secundarios, ut praefertur, nuncupatos uncias quatuor monetae similis quolibet anno in cumulo, seu massa distributionum; quam legem in dicta sic erecta cathedrali ecclesia, non obstante status immutatione praefata perpetuo retineri, observarique volumus, ac per praesentes declaramus.

Auctio redditiuum praebendarum theologali, et poenitentiariis.

§. 17. Nec non tam quoad unam et alteram theologalem, et poenitentiariam praebendas sic declaratas hujusmodi auctionem octo unciarum monetae similis unicuique illarum annuatim, quam quoad eosdem tres in ordine priores ex dictis duodecim mansionariis canonicis secundariis nuncupatis personatorum titulo a Nobis, ut praefertur, decoratos tantum, auctionem unicuique eorum a praedicto senatu in praesenti rerum, et status hujusmodi immutatione cum simili dicti Ferdinandi regis approbatione jam, ut quoque accepimus factam, scilicet in annua summa trium unciarum dictae Neapolitanae monetae, quae tamen communi legi distributionum praefatae subjectae minime existant: quam pariter quoad dictos sex clericos Jaconelli, ut praefertur nuncupandos, dotationem, seu annuam assignationem quatuor unciarum monetae hujusmodi unicuique ex iisdem sex clericatibus etiam per Nos, ut praefertur, erectis, eosque respective futuris pro tempore obtinentibus clericis Jaconelli similiter nuncupandis annuatim ex dicto publico aerario respective persolvendam, per senatum ipsum jam respective, ut etiam accepimus factam, atque legaliter etiam sequutam dicta apostolica auctoritate itidem perpetuo confirmamus, et respective statuimus.

Reservatio juris nominandi favore regis utriusque Siciliae.

§. 18. Ac postremo supradicto Ferdinando regi, ejusque in regno utriusque Siciliae hujusmodi successoribus regibus, jus nominandi infra congruum tempus ad episcopalem ecclesiam Calatajeronensem hujusmodi, tam hac prima vice a primaeva illius erectione et institutione a Nobis, ut praefertur, factis pastoris solatio destitutam, quam deinceps quoties eam pro tempore quomodolibet, non tamen apud Sedem apostolicam simili pastoris solatio destitui contigerit; personam idoneam per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem ad nominationem hujusmodi eidem ecclesiae Calatajeronensi in episcopum praeficiendam, quae ad urbem pro impetranda Sedia apostolicae provisione de more accedere teneatur eisdem modo, et forma, quibus ad alias in eodem Siciliae regno ultra pharum existentes ecclesias, ipsi utriusque Siciliae reges ex simili Sedis apostolicae concessione hactenus nominare consueverunt eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo vigore praesentium reservamus, concedimus, et assignamus, dictumque jus nominandi regium existere, eidemque Ferdinando regi, ejusque successoribus regibus, ex Nostra concessione hujusmodi competere: illiusque, vim, essentiam, qualitatem, validitatem, et roboris firmitatem juris nominandi regii hujus-

modi obtinere, ac uti tale sub quacumque derogatione etiam cum quibusvis efficacioribus efficacissimis clausulis, et decretis in quacumque dispositione etiam per viam constitutionis legis regulae cancellariae apostolicae, aut alias quomodocumque facta nullatenus comprehendi, neque illi ullo unquam tempore, et ex quavis caosa derogari posse decernimus.

De concursu instituendo pro admissione novorum capitularium.

§. 19. Quoniam vero, licet senatus antedictus, qua universalis patronus, hactenus tam ad parochialem ecclesiam sanctae Mariae de Monte supradictam, quam ad dignitates hujusmodi, ac singulos sexdecim canonicatus, et praebendas praefatos, et quoad duodecim mansionariatus, canonicatus secundarios nuncupatos, alternatim cum praeposito dictae cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae praesentandi, jure gavisus fuerit; considerantes tamen, ac mature animadvertentes, quod maxime sit decens, et congruum, ut futurus pariter episcopus Calatajeronensis pro dignitatis magnitudine, qua praeditus est aliquam sui juris habeat beneficiorum ecclesiasticorum nominationem, unde ex antlatos in vinea Domini ecclesiasticorum virorum labores rependere, juvenesque ad alacriter suscipienda sacrarum literarum studia excitare valeat. Volumus propterea, ac motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, ipsarum tenore praesentium statuimus, atque sancimus, quod jus praesentandi ad ipsam videlicet praepositaram coram Nobis, et Romano pontifice pro tempore existente personam prius in examine idoneam repertam, et ad parochialem ecclesiam sanctae Mariae de Monte, nec non ad reliquas quatuor dignitates dictae sic erectae cathedralis ecclesiae, nec non ad sex in ea pariter a Nobis, ut praefertur, erectos clericatus hujusmodi coram ordinario loci, ad eumdem senatum uti praecipuum patronum, ut antea privative quoad omnes, et quoad archidiaconatum, ut praefertur, erectum, et adiunctum praefatum, una cum dicta parochiali ecclesia etiam ut praefertur, obtinendum, personam itidem ut prius in examine praefato ad curam animarum hujusmodi exercendam idoneam quoque repertam; ad sexdecim vero canonicatus et praebendas praefatos ad futurum pro tempore episcopum Calatajeronensem, seu donec, et quousque dicta episcopalis ecclesia primo suo pastore, ut praefertur, caruerit, ad infrascriptum vicarium pro una, et prima, ac similiter ad ipsum senatum pro altera, et secunda vicibus, et sic deinceps in eorumdem canonicatuum, et praebendarum qualibet respectiva vacatione inter eos alternatim, personas pariter idoneas, et in aliquo ex praefatis sacris ut supra distinctis ordinibus constitutas: et quoad theologalem, et poenitentiariam praebendas per Nos, ut praefertur, collatas hujusmodi (ad quas cum primum per obitum Antonini, et Aloisii praefatorum illas nunc respective obtinentium vacaverint, prima respectiva electio personarum idonearum ad ipsum futurum episcopum Calatajeronensem spectabit) in futuris deinceps illarum respective vacationibus, personas itidem in concursu respective desuper, ut praefertur, habendo idoneas etiam repertas. ad duodecim denique mansionariatus canonicatus secundarios nuncupatos praefatos, jus ad illos respective praesentandi hujusmodi personas pariter idoneas, ad futurum quoque episcopum Calatajeronensem, pro tempore supradictum, pro una pariter, et prima, ac ad praepositum ipsius cathedralis ecclesiae, ut praefertur, erectae, nunc, et pro tempore existentem pro secunda, nec non ad eumdem senatum pro tertia vicibus, et sic deinceps trinario turno inter eos diviso, et a Nobis per easdem praesentes statuto, ac ab ipso futuro episcopo Calatajeronensi jugiter incipiendo, in quacumque eorumdem mansionariatuum vacatione quomodolibet occurrente, semper, et perpetuo cum omnimoda qualitate jurispatronatus laicorum respective spectare, et pertinere debeat.

Honores, et privilegia ecclesiae collegiatae Calatajeronensis.

§. 20. Caeterum, quod attinet ad primodictam collegiatam ecclesiam sancti Jacobi, sedulo perpendentes, quod in tanta rerum status, et conditionis immutatione, aequa postulet ratio, ut ipsa quoque collegiata ecclesia primodicta, pro ejus insignitate, ac peculiari titulo, ex quo universa civitas praefata Calatajeronensis gaudet sancti hujus apostoli

patrocinio, aliqua mereatur ab apostolica Sede honorificentia distingui: ac supplicationibus etiam ex parte dilectorum similiter filiorum modernorum ejusdem collegiatae ecclesiae primodictae capituli, et canonicorum Nobis etiam nuperhumiliter porrectis annuere volentes; motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, primodictam collegiatam ecclesiam sancti Jacobi, ex nunc deinceps, perpetuis futuris temporibus, ad gradum, statum, et conditionem basilicae minoris ordinis, apostolica auctoritate praefata, earumdem tenore praesentium evehimus, et extollimus, eamque respective titulo, nomine, denominatione, et essentia basilicae minoris hujusmodi, cum omnibus, et singulis honoribus, praerogativis, et gratiis quibus caeterae collegiatae ecclesiae simili titulo insignitae ad praesens gaudent; ita quod illa, ab omnibus de caetero uti talis haberi, recognosci, et reputari debeat, salvis tamen in reliquis, ut antea, datariae, et cancellariae apostolicarum juribus, et regulis omnino remanentibus eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo decoramus, atque insignimus. Illius vero capitulo, quod, ut similiter accepimus, quatuor dignitatibus, et octo canonicatibus totidemque praebendis componitur: ut ipsi dignitates, ac singulos canonicatus, et praebendas hujusmodi, nunc et pro tempore respective obtinentes, sequuta supradictae cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, facta erectione, eadem insignia ad instar illorum praefatis capitulo, et canonicis supradictae cathedralis ecclesiae, per Nos, ut praefertur, erectae concessorum, tam intra eorum primodictam collegiatam ecclesiam basilicae titulo sic decoratam, quam extra eam, ac similiter ubique locorum, etiam in synodalibus, provincialibus, et universalibus conciliis praefatis, ac etiam in praesentia ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, etiam de latere legatorum, archiepiscoporum, episcoporum, et ordinarii etiam proprii, et aliorum quorumcunque, quibusvis pariter anni temporibus, et diebus respective deferre, et gestare, illisque etiam respective uti: omnesque et singulas ecclesiasticas functiones, in eorum collegiata ecclesia, basilicae titulo sic decorata, ac certas insuper in anno parochiales processiones infra limites eorum paraeciae hactenus fieri solitas, etiam post sequutam dictae cathedralis erectionem hujusmodi, ut prius continuare: praesertim vero piam quamdam consuetudinem singulis annis, in ipso die festo ejusdem sancti Jacobi totius civitatis Calatajeronensis, ut praefertur, patroni, magni ponderis argenteam ejus statuam in procerrima, et affabre exculpta machina locatam, cum insigni sancti hujus apostoli prodigiosi brachii reliquia, in argentea quoque capsula, sive machina, quam pueri multi supra humeros baiulant, recondita, per civitatem ipsam, ad usque veterem ecclesiam Societatis Jesu, in ea existentem, cum affluentia populi processionaliter deferendi, ibique illas fidelium venerationi exponendi, ad quarum ante positum altare, parochus primodictae collegiatae ecclesiae titulo basilicae sic decoratae missam cum cantu privative celebrare hactenus consuevit, perpetuo, ut prius servare, et retinere respective libere, et licite valeant, apostolica auctoritate praefata, concedimus, et indulgemus.

§. 21. Ac demum, ut tam praedictus ejusdem sancti Jacobi titulo basilicae, ut praefertur, decoratae, quam alterius sancti Georgii praefatae civitatis, parochialium ecclesiarum dilecti quoque filii moderni respective parochi, eorumque in dictis parochialibus ecclesiis respective successores pro tempore existentes, in compensationem cujuscumque, quod eisdem ecclesiis obvenire posset detrimenti, ex praedicta ipsius cathedralis ecclesiae erectione, aliquam indemnitatem accipiant: eidem infrascripto praesentium literarum Nostrarum exequutori, ipsarum tenore praesentium committimus et mandamus, ut ipse, in actu exequutionis hujusmodi (quatenus tamen ad hoc senatus antedictus assenserit) primodicto videlicet sancti Jacobi titulum, mere honorarium primicerii, alteri vero sancti Georgii parochialium ecclesiarum hujusmodi, respective parochis titulum, quoque mere honorarium prioris, ipsius cathedralis ecclesiae, per Nos, ut praefertur, erectae, respective attribuat,

Compensatio favore parochorum basilicae sancti Jacobi, et sancti Georgii decreta.

et assignet; nullum tamen eis residendi, minusque choro dictae cathedralis ecclesiae interessendi onus imponat, sed tantum eorum utrique libera sit concessa facultas alicui ex functionibus ecclesiasticis in ipsa cathedrali ecclesia, ut praefertur, erecta, pro tempore celebrandis, si eis libuerit, vel alias fuerint ipsi ab episcopo Calatajeronensi praefato specialiter invitati, libere intervenire, perinde ac si sextam, et septimam, si forent inibi reapse nominatim erectae primiceriatus, et prioratus respective dignitates obtinerent.

Deputatio temporanea pastoris Calatajeronensis.

§. 22. Interim vero, postquam praesentes Nostrae literae plenarie exequutae fuerint, ac donec, et quousque dicta episcopalis ecclesia Calatajeronensis, per Nos, ut praefertur, erecta, de primo suo praesule, et pastore provisa non fuerit, ne illa, absque ullo capite, ac rectore, aliquo temporis intervallo remanere debeat, dilectum pariter filium Hieronymum Aprile Benzo presbyterum, in dicta theologia magistrum, ac juris utriusque doctorem, qui et modernus dictae cathedralis ecclesiae, ut praefertur, erectae praepositus, ut similiter accepimus, existit, in vicarium apostolicum, in ecclesia, civitate, et dioecesi Calatajeronensi, per Nos, ut praefertur, erectis, et institutis hujusmodi, cum plena, libera, et omnimoda facultate, potestate, et auctoritate ea omnia, et singula, quae ordinariae jurisdictionis sunt, vice et loco futuri episcopi Calatajeronensis praefati, et quamdiu ipsa episcopalis ecclesia, sic ut praefertur, erecta primo suo praesule, et pastore, ut supra, caruerit, libere et licite faciendi, statuendi, disponendi, atque ordinandi, apostolica auctoritate praefata specialiter, et expresse constituimus, et deputamus.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 23. Necnon praesentes Nostras literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit, in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore, ex quocumque capite, vel qualibet causa, quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo quod causae, propter quas eaedem praesentes emanarunt, adductae, verificatae, et justificatae non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, aut intentionis Nostrae, seu quopiam alio, quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu: seu etiam, ex eo quod in praemissis, eorumque aliquo solemnitates, et quaevis alia servanda, et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, totalisque laesionis, aut quocumque alio colore, praetextu, aliaque ratione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, juridica, legittima, pia, privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus concesso, et impetrato, vel emanato, quempiam uti, seu se juvari in judicio, et extra illud posse, neque easdem praesentes Nostras literas, sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariae apostolicae praefatae regulas, quandocumque, etiam in erastinum, assumptionis Nostrae, et successorum Nostrorum, Romanorum pontificum, ad summi apostolatus apicem, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac

cum quibusvis clausulis, et decretis, etiamsi in eis de eisdem praesentibus, eorumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, editas, et in posterum edendas comprehendi, sed semper, et omnino ab illis excipi; et quoties illae emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse; sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac praefactae Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales praefatos etiam de latere legatos, vice legatos, dictaeque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, praerogativa, ac privilegio fungentes, ac honore, et praeeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio, et in quacumque instantia, judicari, et definiri debere: irritum quoque, et inane, si secus super his, a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus etiam decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 24. Non obstantibus Nostra, et cancellariae praefatae regula de jure quaesito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, dismembrationes, et uniones perpetuas,nonnisi in casibus a jure permissis fieri, et ab ecclesiis membra distingui, ac dividi prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictaeque Syracusanae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine hujusmodi pro tempore concessis, et concedendis: quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quaevis alia etiam exquisita forma, ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, etiam inserti forent, eisdem praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime, ad praemissorum validissimum effectum, specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Deputatio executoris apostolici

§. 25. Nos enim, ad hoc ut praemissa omnia sic per Nos, ut praefertur, disposita suum valide possint sortiri effectum, dilectum pariter filium Dominicum Benedictum Balsamo, designatum archiepiscopum Montis-Regalis in exequutorem praesentium literarum Nostrarum, dicta apostolica auctoritate deputamus; eidemque Dominico Benedicto archiepiscopo, sic, ut praefertur designato facultatem subdelegandi pro hujusmodi exequutionis effectu, quamcumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam, nec non pronunciandi etiam definitive, servatis tamen, de jure servandis, super quacumque oppositione in actu exequutionis praefatae, quomodolibet oritura, dicta apostolica auctoritate respective concedimus, et impartimur; reservata tamen ab illius definitiva sententia, appellatione ad eamdem Sedem apostolicam, non retardata tamen dictae cathedralis ecclesiae erectione, statim ac omnia, et singula praemissa integre constituta, et assignata, omnesque et singulae adjectae conditiones, fideliter adimpletae fuerint, et non alias.

Monitum ad exequutorem.

§. 26. Et nihilominus eidem Dominico Benedicto exequutori, ut praefertur sic deputato, per easdem praesentes etiam committimus, et mandamus, ut ipse antequam ad exequutionem hujusmodi, in aliquo, ut praefertur, procedat, diligenter curet, ut redditus tam cujuscumque

ex quatuor dignitatum (excepto archidiaconato praefato) ac canonicatuum praedictorum praebendis pro tertia ad minus parte, quam etiam redditus fabricae, et sacrarii dictae sic erectae cathedralis ecclesiae per universitatem, et senatum supradictos vere, realiter, et cum effectu augeantur.

Praeceptum de suscipienda laurea doctorali pro canonicis theologo, et poenitentiario.

§. 27. Volumus autem quod Antonius de theologali, et Aloisius supradicti de poenitentiaria praebendis hujusmodi, per Nos, ut praefertur provisi, infra annum proximum, Antonius videlicet gradum magisterii in theologia, Aloisius vero gradum magisterii in theologia praefata, vel doctoratus, aut licentiaturae in decretis, in aliqua approbata studii generalis universitate, praevio rigoroso examine, ac alias servatis servandis suscipere omnino teneantur, alioquin theologalis, et poenitentiaria praebendae eis, et eorum utrique per Nos respective collatae hujusmodi vacent eo ipso. Volumus etiam, quod fructus, redditus, et proventus dictae cathedralis ecclesiae Calatajeronensis, per Nos, ut praefertur, erectae juxta illius redditus praefatae episcopali mensae, ut praefertur, assignandos, de more in posterum taxari, et hujusmodi taxa, in libris camerae apostolicae describi debeant.

Fides habenda transumptis.

§. 28. Volumus praeterea quod earumdem praesentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus notarij publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae eisdem praesentibus literis originalibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 29. Nulli ergo omnino hominum liceat has paginas Nostrarum dismembrationis, divisionis, divulsionis, disjunctionis, exemptionis, jussionis, erectionis, institutionis, substitutionis, subrogationis, suppositionis, subjectionis, collationis, provisionis, declarationis, decorationis, prioris concessionis, et indulti, facultatum impartitionis, applicationis, appropriationis, attributionis, reservationis, assignationis, et quoad primodictam collegiatam ecclesiam s. Jacobi evectionis posterioris decorationis, indulti, et commissionis, quo vero ad omnes prioris, et posterioris voluntatis, statuti, constitutionis, deputationis decreti derogationis, ac posterioris deputationis mandati, commissionis, et voluntatis infringere, vel eis ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo sexto decimo, pridie idus septembris, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCXCIV.

Dat. die 17 septembris 1816. anno XVII

Concessio privativa edendi publicas ephemerides in urbe sub titulo « *Diario* » et « *Notizie del giorno* » favore Michaelis Ajani, ejusque successorum.

### Pius PP. VII.

### Ad futuram rei memoriam

Memorantur aliae praecedentes concessiones ejusdem privativi juris

§. 1. Alias felicis recordationis Benedicto pp. XIII. praedecessore Nostro pro parte filiorum, et haeredum quondam Lucae Cracas exposito, quod dictus Lucas Antonius anno MDCCXVI quemdam libellum inscriptum *delle Notizie*, nec non ephemerides publicorum nuntiorum sub titulo *Diarj di avvisi* lingua vulgari italica in alma urbe Nostra editum evulgare cepisset, et ab inde citra, tam dictus Lucas Antonius, quam post ejus decessum illius filii, et haeredes libellum, et ephemerides hujusmodi edere, et imprimere perrexissent, ipsique filii, et haeredes illa quoque in posterum imprimi facere intendebant; verebantur autem, ne alii, qui ex alieno labore lucrum quaerunt, libellum, et ephemerides hujusmodi in ipsorum exponentium praejudicium iterum imprimi facere curarent, idem Benedictus praedecessor eorum indemnitati consulere volens, ac supplicationibus tunc ab illis porrectis inclinatus, eisdem filiis, et haeredibus,

ut ad duodecim annos tunc proximos, dummodo tamen ejusmodi libellus, et ephemerides prius a pro tempore existente sacri palatii apostolici magistro approbati essent, nemo tam in urbe praedicta, quam in reliquo statu ecclesiastico praedictum libellum, et ephemerides ab ipsis usque tunc evulgatos, et in posterum evulgandos in toto, vel in parte sub iisdem, vel aliis titulis, aut aliud simile opus, seu opera sine dictorum filiorum, et haeredum, aut ab eis causam habentium speciali licentia imprimere, aut ab eis, vel aliis impressa vendere, aut venalia habere, seu proponere posset; sub certis prohibitionibus, inhibitionibus, modo, et forma tunc expressis concessit, indulsit, ac alias prout in ejusdem Benedicti praedecessoris die xvi. decembris millesimo octigentesimo vigesimo sexto in simili forma brevis expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus, fusius continetur. Dein privilegium praedictum successive prorogatum ab aliis Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris, nempe Benedicto XIV., Clemente XIII; et Clemente XIV. cum extensione, et ampliatione ad relationem functionum, quae in alma urbe praedicta pro tempore peragebantur, a Pio pp. VI. praedecessore itidem Nostro favore bo: me: Vincentii Pelucchi concessum, Nos tandem sororibus Pelucchi, earum vita durante, vigore Nostri rescripti mensis januarii millesimi octigentesimi quarti extendimus.

Preces novae ab Ajanio porrectae. §. 2. Modo Nobis exponi fecit dilectus filius Michael Ajani, quod privilegium praedictum iisdem modo, et forma supra expressis sibi, ac suis descendentibus masculis concedi plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur dictum Michaelem, ejusque singulares personas, quibus praesentes literae favent specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, privilegium praedictum a memorato Benedicto XIII, ut praefertur, concessum, et a Benedicto XIV; Clemente XIII; Clemente XIV, et Pio VI; et a Nobis prorogatum, iterumque concessum praedictis sororibus Pelucchi, memorato Michaeli, ejusque descendentibus masculis post mortem praedictarum sororum, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, idemque privilegium ad relationes omnium functionum in dicta urbe pro tempore peragendarum, cum iisdem prohibitionibus, inhibitionibus, et sub eisdem poenis in praecitatis literis Benedicti XIII. praedecessoris contentis, et expressis, auctoritate, et tenore praefatis extendimus, et ampliamus. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quae in dictis literis concessa sunt non obstare, ceterisque in contrarium quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 4. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima septembris millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



Dat. die 24 septembris 1816 anno XVII.

## DCXCV.

Unio bonorum duorum simplicium beneficiorum domui nuncupatae Recogidas della Corte in regno Hispaniarum.

### Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum

§. 1. Nuper Nobis pro parte carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum regis catholici expositum est, quod, cum quoddam stabilimentum domus de Recogidas della Corte nuncupata ob suorum reddituum diminutionem minime possit suis necessariis obligationibus, sive oneribus satisfacere, duo beneficia simplicia, quorum unum actu vacans per obitum bo: mem: Michaelis Ortiz de Moya, et vulgo appellatum Servidero de Pennalver in dioecesi Toletana extat erectum, et alterum de san Gines de Padrinan nuncupatum actu pariter vacans per promotionem dilecti filii Mathiae Vinuesa ultimi illius possessoris ad archidiaconatum ecclesiae Tirasonensis in dioecesi Compostellana fundatum existit, praedicto stabilimento aggregare, ac perpetuo unire intendit, ut illorum fructibus, detractis oneribus, divini cultus conservationi in illius ecclesia, ac honestae sustentationi duorum presbyterorum, qui spiritualia auxilia praedicti stabilimenti communitati de Recogidas praebent, consulere valent, si Nostra, et hujus sanctae Sedis ad id facultas accedat. Nobis propterea ipsius Ferdinandi regis nomine supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ejusdem Ferdinandi regis votis quantum cum Domino possumus, obsecundare volentes, ac praedicti stabilimenti, seu communitatis administratores, ac singulares eorum personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut praedicta duo beneficia simplicia, dummodo ad patronatum laicorum, excepto tamen regio, non pertineant, memorato stabilimento domus de Recogidas della Corte nuncupata aggregari, ac perpetuo uniri, illorumque fructus, redditus, et proventus exigi, ac percipi, dictosque in usus converti, cum obligatione tamen satisfaciendi omnibus, et singulis oneribus iisdem beneficiis adnexis, libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore praesentium permittimus, atque concedimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictorum beneficiorum lege fundationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima quarta septembris millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



Dat. die 24 septembris 1816, anno XVII.

DCXCVI.

Assignatio bonorum beneficii simplicis, nuncupati Prestamera in subsidium, et subventionem scholae primarum literarum, et educationis puellarum nuncupatae ruris de Linares.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Nuper Nobis pro parte carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum regis catholici expositum est, quod ipse in subsidium, et subventionem scholae primarum literarum, et educationis puellarum nuncupatae ruris de Linares, fructus cujusdam beneficii simplicis, seu Prestamera appellati, actu per obitum bo: mem: Joannis Martiuez Nubla vacantis, et rure memorata Giennensis dioecesis fundati, illi unire, et applicare intendit, si Nostra, et hujus sanctae Sedis ad id facultas accedat. Nobis propterea ipsius Ferdinandi regis nomine supplicatum humiliter fuit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ejusdem Ferdinandi regis votis, quantum cum Domino possumus, obsecundare volentes, ac praedictae scholae administratores, et singulares eorum personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut praedictum beneficium simplex, dummodo ad patronatum laicorum, excepto tamen regio, non pertineat, memoratae scholae primarum literarum, et educationis puellarum ruris de Linares aggregari, ac perpetuo uniri, illiusque fructus, redditus, et proventus exigi, ac percipi, et in suos usus, et utilitatem converti, eum obligatione tamen satisfaciendi omnibus, et singulis oneribus eidem beneficio adnexis, libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore praesentium permittimus, atque concedimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti beneficii lege fundationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, vel personis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo roboro permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta septembris millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



Dat. die 28 septembris 1816 anno XVII.

DCXCVII.

Allocutio habita in consistorio secreto die vicesima octava septembris millesimi octingentesimi decimi sexti.

Pius PP. VII.

Venerabiles fratres

Inter tot, ac tanta, quae caelestem christianae religionis originem luculenter ostendunt argumenta, merito, ut exploratum, venerabiles fratres, vobis est, recensetur singularis illa, et ineluctabilis animi fortitudo, qua Christiani evangelica non modo praecepta, sed etiam consilia sequuti, humana omnia despiciunt, inflammatique zelo fidei propagandae barbaras oras longissimo terrarum, ac marium intervallo dissitas petunt, incredibiles labores exantlant, nullis se periculis terreri sinunt, acerrimorum denique tormentorum vim, mortemque ipsam imperturbato animo patiuntur, quod separari a charitate Christi, et a confitendo, promulgandoque ejus nomine abduci recusent. Pulcherrima, scituque dignissima hujus de qua loquimur fortitudinis exempla Sinensis ecclesia et pluries edidit, et nuper maxima cum gloria renovavit. Cum enim dira in ipsam, et adhuc saeviens tempestas concitata fuerit, egregii veritatis evangelicae praecones, pluresque ad eam amplectendam eorum opera perducti, exilium, carcerem, cruciatus, extrema denique omnia perferre, quam a sanctissima religione desciscere maluerunt. Inter eos nominandus in primis, laudandusque a Nobis est venerabilis frater Gabriel Taurinus Dufresse natione Gallus episcopus Tabracensis, et Sutchiensis provinciae vicarius apostolicus, qui xxxix. annorum spatio evangelici apud Sinas operarii munus sanctissime obivit. Is igitur quod salutiferum verbi Dei semen late, fructuoseque spargeret, a Sinensis imperii finibus exulare jussus est. Sed unde illum etnica superstitio expulerat, eodem christiana charitas revocavit. Qua re cognita, quaesitus, inventus, ferreisque vinculis obstrictus, in praetorium ductus est. Mandarini eum non expectata benignitate excipiunt, et vinculis e vestigio solutum, omni officiorum, et blanditiarum genere prosequuntur. Simulata vero, et dolosa haec erat humanitas. Id enim unice mandarini spectabant, ut venerandum antistitem his artibus deliniitum, ad ejurandam Christi fidem denique adducerent. Cum ergo posthabita judiciorum forma comiter eum, et amice alloquerentur, multaque ab ipso quaererent, episcopus oblata occasione usus, de Sinensium rituum vanitate, de Christianorum innocentia, de Christianae religionis veritate saepe disseruit. Mandarini, quibus mellitum os, imbutus autem laethali veneno animus inerat, proximo in cubiculo duos occultaverant, qui dicta episcopi nihil tale cogitantis exciberent; scripta hujusmodi vel acta clanculum infideque etiam, ut fertur, digesta, una cum episcopo ad Sutchiensis provinciae proregem mittuntur, qui, ut erat Christiano numini infensissimus, episcopum sine ulla cunctatione capite damnat. Venerandus senex exteriore veste illico denudatur, et in locum supplicii, in quem ingens populi multitudo confluxerat, rapitur Tres et triginta Christiani, quos nulla cruciatuum vis a Christi fide removere potuerat, e carcere, ubi detinebantur, educti, tortoribus stipati, et horrifico tormentorum apparatu eodem deducuntur, quo simul ac pervenerunt Christo nuntium remittere a mandarino jubentur, secus vitam sibi laqueo eripiendam sciant. Christiani contemptis hujusmodi minis, se pro Christo mori paratos ajunt, et flexis genibus adstantem episcopum orant, ut se ipsos peccatis absolvere, et postrema benedictione reficere, ac solari velit. Obsequitur eorum precibus episcopus, brevibusque eos verbis, ut exemplum suum erecto animo sequantur, hortatus, caput carnifici offert, qui uno illud ictu detruncat. Haec fuit die 14. septembris superioris anni vere pretiosa in conspectu Domini Tabracensis episcopi mors, cujus narrationem cum legeremus, et graviter animo commoti sumus, et veterum Ecclesiae temporum annales legere videbamur. Christiani quos nuper memoravimus denunciato ipsis laqueo suspensi non sunt, sed ite-

rum in carcerem detrusi, ad extremum in exilium pelluntur. Erant inter eos mulieres duae, quibus ut domos suas repeterent insperato permissum est: qua indulgentia tantum abest ut laetatae sint, ut promptam, praesentemque aeternae gloriae consequendae occasionem sibi praereptam esse palam doluerint. Ut autem Tabracensis episcopi caedes perpetuo Christianis terrori esset, ejus caput columnae impositum fuit, in qua scriptum legebatur « *Europaeus Christianae religionis praeco, et antistes* » Eadem quoque verba praeseferebat arcula, ubi caput episcopi lingebatur inclusum, et quae per ea subinde loca circumlata est, in quibus Christiani ab episcopo instituti habitabant. Sanguis episcopi a Christianis collectus vicinarum quoque urbium, et vicorum fidelibus distributus est, qui summa illum cura, et religione custodiunt. Corpus, quod triduo inhumatum in foro jacuit, Christianis diu noctuque excubias agentibus, non procul ab eo loco piae sepulturae mandatum est. Quae cum ita se habuerint, non dubitamus, quin vos etiam, venerabiles fratres, tantam Tabracensis antistitis in perferenda pro Christo morte constantiam admirati' de recenti hoc Orthodoxae fidei triumpho summopere gavisuri Nobiscum sitis. Ampliora tamen et magis authentica praeclarissimi hujus facti documenta expectare Nos decet, ut de pientissimi, fortissimique viri martyrio juxta praescriptas a Sede apostolica leges judicemus. Haec eadem ratio est, cur sileudae aliorum Christi militum nuper apud Sinas interemptorum historiae consilium in praesentia susceperimus. Non possumus tamen, quin saltem de presbytero Augustino Fchao mentionem faciamus, cujus fortitudo in cruciatibus perferendis singularem in modum eluxit. Eum nefarius judex primum hortatus est, ut aetati suae parceret; erat enim annorum septuaginta trium; et tormenta, quibus ferendis impar futurus esset a se removeret. Sed eum nihil Augustinus de sua constantia remitteret, ludibrio habitus, mox fustibus vehementissime caesus ad talos est. Tum Judex: *Ecquid*, inquit « *Augustine nullam ne tui curam Jesus ille tuus habet? Enim vero habet*, » respondit Augustinus, *cum ad talia perferenda vires impertiat.* Ad haec judex ira inflammatus, diris ejus vultum colaphis contundi jubet, quorum numero, et vi paucos post dies exanimatus est. Haec innuere voluimus, venerabiles fratres, ut illius vos solatii participes efficeremus, quod Nobis incredibili sollicitudinum mole gravatis, et pene obrutis, res pro catholica religione tuenda tam fortiter apud Sinas gestae attulerunt. Magnam inde spem concipimus fore, ut misericors Deus servorum suorum sanguine placatus, quas non Sinensis modo, sed universa Ecclesia calamitates patitur, averruncet.

Quam ex memoratis episcopi Tabracensis, et catholicorum Sinensium triumphis hausimus voluptatem, eamdem fel: record. decessori Nostro Pio VI. indiderunt partae fidelium sanguine in Tonquinensi regno pro Christo interfectorum victoriae. Et quemadmodum idem summus pontifex recentes Tonquinensis ecclesiae fastos in consistorio exponens, ut animi sui jucunditatem apertius declararet, et quodam veluti documento testaretur, aliquot eximia virtute viros ad cardinalitiam dignitatem sibi evehendos esse duxit; ita Nos ad hanc diem, quo nupera Sinensis ecclesiae decora vobis nunciavimus uberiore laetitia cumulandam, nonnullos S. R. E. cardinales sive publicare, sive creare decrevimus, quos non minus egregia, quibus ornantur merita, quam carissimorum Nobis in Christo principum officia commendarunt. Et eos quidem uno, eodemque tempore sacra decorare purpura optaremus, sed iis, quibus non omnia adhuc in promptu sunt, locum inter vos quamprimum daturi, alios amplissimo fraternitatum vestrarum collegio nunc adnumeramus. Hi vero sunt.

Petrus Quevedo episcopus Auriensis, quem in consistorio habito die 8. martii hujus anni in pectore reservatum nunc publicamus.

Franciscus Antonius Cebrian y Valda patriarcha Indiarum.

Maria Thaddaeus Trautmannsdorff archiepiscopus Olomucensis.

Paulus Joseph Solaro jam episcopus Augustae Praetoriae.

His praeterea adjicimus venerabilem fratrem Franciscum Xaverium de Salm, qui quamdiu auditoris Romanae rotae munus exercuit, magnam sibi integritatis, justitiaeqoe famam comparavit, et pepetuo in apostolicam Sedem, constantique in rebus etiam adversis studio, Pio VI. dum viveret, Nobisque carissimus semper extitit, cum vero Gurcensi ecclesiae regendae admotus est, pastorales ejus virtutes ita in omnem partem emicuerunt, ut quam ei conferimus dignitatem carissimo quoque in Christo filio Nostro Francisco Austriae imperatori fore acceptissimam non dubitemus; sicuti acceptissima Nobis haec est occasio pergratae Nostrae voluntatis palam ipsi testandae ob tantam, quam una cum foederatis principibus suscepit partem, ut ereptae Sedi apostolicae, Nobisque provinciae restituerentur.

*Quid vobis videtur?*

Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, ac Nostra declaramus S.R.E. presbyterum cardinalem.

Petrum Quevedo y Quinzano episcopum Auriensem.

Insuper creamus S.R.E. presbyteros cardinales

Franciscum Antoninm Cebrian y Valda patriarcham Indiarum.

Mariam Thaddaeum Trautmannsdorff archiepiscopum Olumucensem.

Franciscum Xaverium de Salm episcopum Gurcensem.

Paulum Josephum Solaro jam episcopum Augustae Praetoriae.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis.

In Nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

## DCXCVIII.

Dat. die 30 septembris 1816 anno XVII.

Assignatio bonorum, et reddituum praebendae canonicalis existentis in ecclesia cathedrali Cochensi favore valetudinarii cohortis custodis regii corporis regis christianissimi.

Pius Episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Christi Domini vices gerentes in terris viscera etiam misericordiae indui Nos oportet, quibus ipse sihi fartum denunciat quidquid erga minimos suos pietatis causa geratur, curamque proinde infirmorum, quos suam referre sacratissimam personam conclamavit, singulari studio, intentaque sollicitudine, prolatis ubi opus sit pontificiae benignitatis thesauris urgere, commendare, protueri Nos decet. Hinc vel a primis Ecclesiae temporibus clarioribus privilegiis, omnique impensissimae tuitionis cultu publicae illae aedes auctae perleguntur, quae data vix Ecclesiae pace pauperibus peregrinantibus, egrotisque cumprimis excipiendis, fovendis, liberaliterque, ac laute recreandis ex Christianorum pietate patuerunt. Pientissimis hisce studiis incensus carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus Hispaniarum rex catholicus minime passus est desiderari, ut saluberrima idgenus diversoria rebus omnibus instructa sint, atqoe apparata.

Expositio precum.

§. 2. Quoniam vero cunctis oneribus sustinendis attritae post miserrimam temporum conversionem regii aerarii vires impares dignoscantur, preces ad Nos perferendas curavit, ut pro valetudinario in statione lectissimae praetorianorum cohortis constituto in quo regii corporis custodes egrotantes opportune curantur unius canonicatus cathedralis ecclesiae Conchensis redditus, et proventus adsignari indulgeremus, cumque Nos finis hujusmodi sanctitatem agnoverimus laudati regis desideriis benigne obsecundare censuimus.

Tenor concessionis

§. 3. Ex certa igitur scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque

apostolicae potestatis plenitudine unum canonicatum sive actu forsan vacantem, sive primo loco quomodolibet vacaturum dummodo non sit ex iis, quae praebendae officii nuncupantur vigore praesentium literarum supprimimus, extinguimus, et annullamus, ita ut canonicatus hujusmodi collativus imposterum esse desinat, ac in titulum collativum conferri nequeat, illoque sic suppresso, extincto, et annullato omnes, et singuli dicti canonicatus fructus, redditus, et proventus memorato valetudinario in antedictam cohortis praetorianorum ad regii corporis custodiam honoratorum constituto in ipsius dotationem, ac opportunam manutentionem perpetuo unimus, applicamus, atque appropriamus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 4. Quocirca venerabili fratri moderno, et pro tempore existenti episcopo Conchensi, ejusdemque cathedralis ecclesiae capitulo, ut supraenunciati canonicatus annuos fructus, redditus, et proventus personae a rege designandae ad effectum illos in manutentionem antedicti valetudinarii erogandi libere, atque integre persolvi faciant harum quoque tenore perpetuo similiter committimus, et mandamus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 5. Praesentes autem apostolicas Nostras literas, et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, sive intentionis Nostrae, vel quovis alio defectu notari, impugnari, invalidari, aut alias quomodolibet infringi, retardari, annullari, seu quidquam aliud in contrarium disponi nullatenus posse, sed illas semper validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus in Lateranensi, aliisque synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus, nec non supradictae cathedralis ecclesiae Conchensis statutis, privilegiis, et indultis, ac etiam literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis eorum tenoribus praesentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes specialiter et expresse ad effectum praemissorum dumtaxat hac vice derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum suppressionis, extinctionis, annullationis, unionis, applicationis, appropriationis, commissionis, mandati, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo sexto pridie kalendas octobris, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCIC.

Dat. die 1 octobris 1816 anno XVII

**Reformatio capituli civitatis Montis sancti Juliani, cujus ecclesia collegiata insignis declaratur, cum concessione vestium insignium pro singulis capitularibus.**

Venerabili fratri
episcopo Mazariensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Extat intra limites istius Mazariensis dioecesis pervetusta illa civitas Montis sancti Juliani, priscis temporibus Eryx vulgo appellata, de cujus antiqua majestate monumenta testantur, quae non amisso vetustatis splendore, nova claret pulchritudine, non solum ob patricias, et nobiles familias titulis decoratas, divitiis affluentes, ac civium frequentiam, nec non numerosum clerum, de cujus honestate, morumque probitate, doctrina, et Christianae re-

ligionis zelo indubia perhibentur testimonia, verum etiam propter vetustam ecclesiam matricem, ac primam in dicta civitate sub titulo beatae Mariae virginis in coelum assumptae, magnitudine, et structura insignem, omni suppellectili sacra instructam, in qua ab uno archipresbytero, et duobus beneficiatis curatis comportionariis appellatis animarum cura administratur, et viginti duo presbyteri, et nonnulli clerici chorales psallere solent; memoratae civitatis clerus, magistratus, ac universus populus exponi Nobis nuper fecerunt, quod ad incrementum divini cultus ad confovendam religionem in illis habitatoribus, augendumque pietatis studium in clero, praedictam matricem ecclesiam collegiatae insignis honore decorari desiderant, ita, ut ex tribus dignitatibus, videlicet archipresbytero pro tempore, et duobus beneficiatis curatis, seu comportionariis, uno decani, et altero thesaurarii titulo decoratis, servata semper in eorum collatione lege concursus, ac ex decem aliis canonicis, qui desumendi sunt ordine sequenti, duo ex sodalitate Purgatorii nuncupata in ecclesia confraternitatis s. Martini erecta, quae utpote haeres bo: mem: Petri Palerno, ad hoc certis sub conditionibus tenetur, alii ex pia et spontanea fundatione dilectorum filiorum Rochi Crimiti, Alberti Incandela, Marii Ferlito, Dominici Carollo, Antonii Palma, Petri Savelli, Francisci Hernandez comitis di Carriera nuncupati, et tandem Gabrielis Coppola, qui huic erectioni certis sub conditionibus in actis curiae episcopalis declaratis, vel declarandis in forma debita consentiunt, his tredecim praedictis tam dignitatibus, quam canonicis, alii tres adjungendi sunt, qui licet vocem in capitulo non habeant, canonici tamen supranumerarii appellantur, et locum habent in choro, aliisque functionibus capitularibus post tres dignitates, eamdemque vestem choralem infra dicendam induent, et ii sunt parochi pro tempore, eorumque successores in infinitum ecclesiarum s. Cataldi, s. Juliani, et s. Antonii praedictae civitatis, qui hucusque consueverunt post archipresbyterum, et duos beneficiatos curatos praedictos memoratae ecclesiae matricis incedere; ac tandem ex octo beneficiatis secundariis collegiata erigenda constare debeat. Praebendae vero trium dignitatum eaedem sunt, quas actu possident diverso sub titulo, ex quibus tertia pars redditum primitiarum applicanda est massae communi capitulari post mortem possessorum praesentium, aut illorum promotionem de una in aliam dignitatem, seu praebendam, et interea quatuor nnciarum monetae Neapolitanae summa quotannis ab unaquaque praesenti dignitate pro hujusmodi effectu persolvatur; canonicorum praebendae ex memoratis piis fundationibus in canonicatus erigendis, dempta tertia redditum parte massae praedictae capitulari pro choralibus distributionibus applicanda, desumuntur; congrua tandem pro octo beneficiatis secundariis ex distributionibus quotidianis, quas ecclesia praedicta ad praesens erogare solet, efficienda est. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur omnes et singulas personas, quibus praesentes Nostrae literae favent specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, attentis desuper relationibus dilecti filii Salvatoris de Ferro vicarii capitularis tunc vacantis ecclesiae Mazariensis legitime deputati Nobis transmissis, quae illorum votis tantum augent ponderis, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus praenarratis et expresse consentientibus archipresbytero, et duobus beneficiatis curatis, seu comportionariis praedictis memoratae ecclesiae, ac omnibus illis, a quibus canonicatus praedicti erigendi sunt, ac tribus parochis, qui canonici tantum supranumerarii sine voce in capitulo appellandi sunt, aliisque omnibus interesse habentibus, ut tres dignitates ex archipresbytero, et duobus beneficiatis curatis ordine antia-

Tenor commissionis.

nitatis desumptas, primam archipresbyteri, secundam decani, tertiam thesaurarii nomine, et tres canonicos supranumerarios sine voce in capitulo, et extra massam capitularem utentes tantum vestibus choralibus, et stallo sive loco in choro, aliisque functionibus post tres dignitates praedictas, ac tandem decem canonicatus ex dotatione piorum hominum, quorum jura fundationis, et patronatus salva et illaesa remaneant, prout in publicis tabulis expressa sunt, et octo beneficiatos secundarios, qui congruam desument ex distributionibus quotidianis ecclesiae memoratae, nec non reliquos ministros functionibus, et ecclesiae servitiis necessarios arbitrio, et prudentia tua de consensu capituli erigendae collegiatae praefiniendos, et in posterum ab eo, cui de jure, aut alia quacumque ratione spectabit, nominandos, auctoritate Nostra apostolica tenore praefatis in ea matrici ecclesia stabilias, hancque collegiatam insignem esse deinceps decernas, et declares, omnibus quidem privilegiis ornatam, quae aliae insignes collegiatae ecclesiae Siciliae regni, et praecipuae illae Drepani, et Semellii de jure habent. Dignitates vero, quae adnexam habent curam animarum per concursum ab ordinario pro tempore istius dioecesis, servatis servandis, digniori conferantur, data tantum optione tertiae dignitati quoad stallum decani in casu vacationis, absque novo concursu. Canonicatus per nominationem, et praesentationem patronorum juxta tenorem canonicae illorum fundationis, et erectionis conferantur, et beneficiati secundarii, ac alii ministri servitio ecclesiae necessarii prima vice ab archipresbytero praesentari possint ordinario memoratae dioecesis, ut canonice instituantur, in posterum, data vacatione, semper et quandocumque hujusmodi beneficia secundaria sint liberae collationis ordinarii, servatis tamen de jure servandis, caeteri vero ministri pro servitio ecclesiae ab archipresbytero, et capitulo alternatim eligantur. Ceterum dignitatibus, et canonicis tam supranumerariis, quam de numero, ac beneficiatis praedictis istius a te declarandae insignis ecclesiae collegiatae, ut dignitates, et canonici praedicti rocchetum cum manicis, et cappam magnam coloris violacei di Saja nuncupat. cum pelle superinducta, quae armellino lingua vernacula appellatur, et mozzetam ejusdem coloris pro temporum varietate; beneficiati vero secundarii rocchetum cum manicis latioribus ad cottam proxime accedentem, vulgo rocchetino, et almutiam nigram absque caputio tam intra ecclesiam in choro et capitulo, quam extra in processionibus, et omnibus ecclesiasticis functionibus, et actibus publicis quibuscumque gerere libere, et licite possint, et valeant, et quisque eorum possit, et valeat auctoritate, et tenore praefatis in perpetuum concedas, et indulgeas. Omnia vero acta ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum facies, ut perferantur.

*Clausula sublata, et decretum irritans.*

§. 3. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective, inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Derogatio contrariorum.*

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non istius dioecesis, et ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus om-

nibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Caeterum per praesentes jurapatronatus praedicta non inteodimus in aliquo approbare. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima octobris millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

## DCC.

Dat. die 2 octobris 1816 anno XVII

Incorporatio beneficii simplicis sub invocatione sancti Petri, favore capituli metropolitanae Firmanae, ad consulendum gravissimis necessitatibus fabricae, et cappellae musicalis.

Venerabili fratri archiepiscopo Firmano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis nuper tuo nomine fuit, quod usque ab anno millesimo septingentesimo nonagesimo secundo Joseph Graziani clericus istius civitatis Firmanae, rite, prout asseritur, obtinuit beneficium quoddam simplex sub invocatione santi Petri in Orgcano nuncupati in ecclesia parochiali villae Capitis Arcus istius Firmanae dioecesis erectum, et cum ille miserrimis transactis temporibus coactus fuerit castra sequi a Nobis, prout etiam asseritur, obtinuit indultum percipiendi fructus beneficii hujusmodi etiam in militari statu constituto administratore uno ex capitularibus metropolitanae ecclesiae Firmanae ab ipso capitulo electo, ad quod certis determinatis mensibus anni hujusmodi beneficii collatio sicuti pariter asseritur, pertinet, qui in administratione praedicta adhuc perdurat, licet fama sit, praedictum Graziani in nuperrimo bello contra Russiam anno millesimo octingentesimo tertio decimo e vivis decessisse; quodque si forte per obitum ejusdem locus sit vacationi, et successivae collationi, tu beneficii praedicti fructus in perpetuum applicare, et unire ecclesiae metropolitanae praedictae, ut consulere valeas gravibus necessitatibus fabricae sacrarii, et musicalis cappellae ejusdem ecclesiae, quae opportunis redditibus carent summopere desideras, si Nostra, et hujus sanctae Sedis ad id facultas accedat. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur te specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et singulares personas, quibus praeseotes Nostrae literae faveut a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis senteutis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tuae, quatenus certo constet de obitu praedicti Graziani, cujus jura quoad perceptionem fructuum dicti beneficii vigore apostolici indulti Nostri ab eo acquisita, durante ejus vita salva et illaesa remaneant facultates necessarias, et opportunas in perpetuum applicandi, et uniendi fructus praedicti beneficii, satisfactis omnibus, et singulis illius oneribus, ac dummodo expressus ad id consensus capituli metropolitanae praedictae accedat eidem ecclesiae metropolitanae favore fabricae sacrarii, et musicalis cappellae ejusdem auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti capi-

tuli, et ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda octobris millesimo octingentesimo decimo sexto pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCCI.

Dat. die 31 octobris 1816 anno XVII.

Declaratio literarum apostolicarum alias expeditarum super concessione decimarum, et novalium colligendarum in insulis Canariis, aliisque locis regni Hispaniarum.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Procemium.

§. 1. Romani pontifices de populorum incolumitate, atque utilitate semper impense solliciti sanctiora canonum jura temperare consueverunt, ut principum votis indulgenter annuerent si quando grandiores jacturas, sumptusque immensos ad opera publica conficienda, collatis ex Ecclesiae patrimonio subsidiis aliqua ex parte compensari efflagitarint.

Memorantur apostolicae literae ad rem latae a Gregorio XIII.

§. 2. Hinc certis quibusdam conditionibus a felicis recordationis Gregorio pp. XIII. praedecessore Nostro per apostolicas literas diei decimae octavae julii anno millesimo quingentesimo septuagesimo uono constitutum refertur, ut regio aerario tribueretur quid quid in Hispaniarum regnis, et in insulis Canariis ad decimas, et ad primitias novalium accresceret ex ubertate agrorum, quas aquis conrivatis, omnibusque in utiliores cursus contortis, et deflexis Hispaniarum reges perferendos curassent, salvas tamen ecclesiis, monasteriis, commendis, hospitalibus, prioribus, rectoribus, beneficiatis, aliisque quibuscumque personis relinquendo decimas, et primitias antea respertive possessas illarum rationibus per triennium supputatis, annoque sterili cum fertili rompensato: ac subinde felicis pariter recordationis Benedictus pp. XIV. praedecessor item Noster aliis literis apostolicis datis die decima tertia julii anno millesimo septingentesimo quadragesimo nono eidem regio Hispaniarum acrario statis quibusdam legibus perpetuo addixit incrementa redditunm, et novas proventuum accessiones, ac decimas, et primitias etiam novalium, quae tum ex rivorum deductione, tum ex nova habereutur cultione regionum, qnae cum antea fuissent asperae vel montosae, vepribusque, ac dumentis vestitae, aratro postea grandi pecunia perstrictae, jugisque subartis ac substractis marginibus, fertilitate in posterum, et fructuum copia commendarentur. Verum cum in hisce apostolicae Sedis indultis exequendis difficultates quaedam, ac dubitationis causae obortae fuerint, suas modo ad Nos preces carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus Hispaniarum rex catholicus per dilectum filium equitem Antonium Vargas y Laguna suum apud Nos, et apostolicam Sedem administrum plenipotentiarium voluit perferri, ut ad quaslibet adimendas quaestionum occasiones juxta memorata praedecessorum Nostrorum placita Nos ipsi de hac re universa opportune decerneremus.

Tenor declarationis.

§. 2. Exripientes itaque, animo perlubenti postulationes laudati regis a quo illustria de religionis studio, deque singulari in Nos, et apostolicam Sedem veneratione, ac fide praeberi monumenta suscipimus, et quem proinde luculentioribus Nostrae benevolentiae testimoniis cumulare non dubitamus; cum ex novis aquarum deductionibus et ex Silvestrium locorum, desertarumque solitudinum, cultura ingentes utilitates in ordines universos, et in ecclesiasticos quoque mirifice redundare praesenserimus, tum ob uberrimorum agrorum accessionem, tum ob majorem aeris salu-

britatem tum, ob felix commercii augmentum Nos ex certa scientia, et matura deliberatione, deque apostolicae potestatis plenitudine cuncta jura, ac privilegia super decimis, primitiis, et novalibus per enunciatas Gregorii XIII, et Benedicti XIV. praedecessorum Nostrorum apostolicas literas, quarum integros tenores praesentibus pro sufficienter expressis, atque insertis haberi volumus regio Hispaniarum aerario tributa confirmamus, et approbamus, omniaque, et singula in eisdem literis contenta, quae inferius exprimendis non adversentur denuo sancimus, et ordinamus.

Idem ut supra

§. 3. Cum vero fundi in regnis Hispaniarum et insulis adjacentibus, atque in insulis Canariis nuncupatis existentes e quibus ob perductas fossas, fontesque in rivos immissos, vel ob introductam culturam fructuum copia habetur uberior, partim ad regium fiscum, partim ad universitates, communitates, singularesque cives legitimo jure pertineant, cumque necessaria ad tot, tantaque opera impensa, vel ab ipso principe, vel data per principem facultate a municipiis, communitatibus, privatisque personis conferantur: Nos juxta praelaudati Ferdinandi regis vota declaramus, atque mandamus, ut integrae regio aerario praebeantur decimae, primitiae, ac novalia, quando regiis sumptibus incrementa proventuum hujusmodi fuerint comparata; si autem ex principis indulgentia universitates, communitates, et cives impensas contulerint, tunc statim atque terminus concessae respectivae exemptionis expiraverit dimidium tantummodo decimarum, ac primitiarum etiam novalium propter fructuum augumentum fisco regio addicantur reservato ex regali munificentia, altero dimidio favore illorum, quibus eas habendi jus competat.

Derogatio juris colligendi decimas existentis ante publicationem constitutionis Benedictinae.

§. 4. Praeterea, licet ex tempore, quo ante dictae Benedicti XIV. praedecessoris Nostri literae emanarunt ab anno scilicet, millesimo septingentesimo quadragesimo nono de proventibus ex sylvestrium fundorum cultura manantibus regio aerario jus exigendi, decimas, ac primitias fuerit collatum, attamen ejusdem Ferdinandi regis votis obsecundando, ne ullus amplius controversiis relinquatur locus per praesentes edicimus eos agros in hoc comprehendi, quibus antea per triginta annorum spatium desertis, et incultis post diem trigesimam mensis augusti anni millesimi octingentesimi cultura fuerit adhibita: novalium quippe nomine quoad pertinentiam decimarum regio fisco intelligenda sunt hoc loco operae vel jam impensae, vel inposterum impendendae excolendis agris, qui per annos triginta nec expurgati, nec aratro excussi, vel alio cultionis genere fuerint elaborati. Cum autem harum esperimarum terrarum cultiones fiunt in regionibus tam patrimonio regio quam universitatibus, communitatibus, et singulis civibus respective spectantibus, pariterque sumptibus tam regii aerarii quam intercedente, vel etiam aliquando non intercedente guhernii permissu expensis municipiorum, communitatum, privatarumque personarum relaxata a principe spatio quorumdam annorum decimarum, ac primitiarum, quae intergraliter deinde persolvendae essent, obligatione, ex ejusdem tamen Ferdinandi regis providentia harum vigore statuimus, quod exacto ubi aderit concessae suspensionis termino medietas dumtaxat decimarum, ac primitiarum ex quibuslibet hujusmodi proventibus derivantium aerario regio attribuatur, relicta quibus de jure spectet altera medietate.

Exemptio ab onere tribuendae compensationis.

§. 5. Nihil vero compensationis titulo exolvendum denunciamus illis, quo decimis herbarum pro pascuis adsignatarum fruebantur ex fundis noviter ad culturam redactis: horum enim decimae, ac primitiae ex novis proventibus manantes pro una regio fisco, et pro altera medietatibus cuilibet ex proprietariis addictae ut supra censeri debent.

Constitutio et praefinitio temporis solvendae medietatis decimarum.

§. 6. Mandamus insuper tempus solutionis medietatis decimarum, ac primitiarum regio fisco tribuendarum ex antedictis fundorum annuis proventibus initium habere debere a die tantummodo datae praesentium Nostrarum literarum, ut hac methodo nullus alicui ambigendi locus remaneat.

Deputatio executorum apostolicorum.

§. 7. Quocirca omnibus, et singulis venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis nec non dilectis filiis locorum ordinariis in Hispaniarum regnis, ac insulis ad-

jacentibus, et Canariis insulis existentibus per hasce Nostras apostolicas literas committimus, ut in iis contenta quaecumque debitae executioni perpetuo integre et fideliter mandari curent, ac mandent: in quem finem cuilibet eorum necessarias, et opportunas in propria uniuscujusque dioecesi seu territorio exercendas facultates impertimur, ut ipse quacumque eveniente quaestione super praemissis decimis, primitiis, et novalibus aerario regio per Nos antedicta forma tributis cunctum negotium, auditis interesse habentibus, ac verilicatis verificandis absque ullo strepitu, et figura judicii infra quadraginta dierum terminum summarie cognoscere, ac plenarie decidere valeat, et debeat. Quod si respectivorum ordinariorum judicio partes non acquieverint, tunc in secunda instantia deducenda erunt earum jura coram tribunali Gratiae vulgo dell' Escusado nuncupato, cui adstant cruciatae generalis commissarius, tresque judices ecclesiastici una cum aliis judicibus adscitis ex regis adprobatione. Libera tandem erit ab hujusce tribunalis Gratiae decretis appellatio in tertia instantia ad alterum supremum tribunal regalis camerae Castellae nuncupatum, a cujus definitivis sententiis nullus amplius appellandi locus relinquetur.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 8. Decernimus propterea, quod singula in hisce literis expressa, statuta, et declarata ab omnibus mensarum archiepiscopalium, et episcopalium, atque abbatialium, et capitularium, nec non quorumvis regularium ordinum etiam militarium, ac monasteriorum, praeceptoriarum, commendarum, hospitalium, et quorumcumque piorum locorum administratoribus, itemque beneficiorum quorumlibet rectoribus, ac possessoribus, et quibusvis aliis personis quocumque nomine nuncupatis, ac quacumque dignitate insignitis licet individuam forsan mentionem requirentes firmiter, integre, ac fideliter perpetuis futuris temporibus observentur, quodque eaedem praesentes nullo unquam tempore etiam ex eo, quod quicumque in iis interesse habentes, vel habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis Nostrae, vel quovis alio etiam substantiali, et inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam deduci, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti remedium impetrari posse, nec illas sub quibusvis derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab iis excipi, validasque, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque, et non aliter per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet qualibet aliter judicandi, et interpretandi facultate judicari, et definiri debeat, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus iis, quae supralaudati Gregorius, et Benedictus Nostri Romani pontifices praedecessores Nostri non obstare declararunt, itemque Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, ac quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus, ac supradictarum omnium ecclesiarum et ordinum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis: quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus expressa, et individua mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret eisdem praesentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris latissime, ac plenissime, ac specialiter, et expresse nec non opportune, et valide ad supradictorum dumtaxat effectum hac vice derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 10. Volumus autem, quod praesentium literarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra ubique locorum

adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis. §. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, approbationis, sanctionis, ordinationis, declarationis, mandati, edicti, statuti, denunciationis, commissionis, facultatis, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo sexto, pridie kalendas novembris, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCCII.

Dat. die 7 novembris 1816. anno XVII

Permutatio territorii, et bonorum ecclesiarum parochialium nuncupatarum sancti Petri apostoli, et sancti Christophori in oppido Foro Pompilii nullius dioecesis.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium. §. 1. In supremo apostolatus fastigio ex omnipotentis Dei benignitate licet immerentes constituti legitima ecclesiarum omnium jura vindicare adigimur, ac protueri, ne prava caeterorum machinatione, aut alterins commendatione fallaci non sine animarum discrimine turbentur. Cum tamen sacratissimi Christi Domini, qui auctor est pacis vestigiis insistere Nostri sit muneris officium, omni certe sollicitudine, curaque impensa connitimur, ut ubi ex rerum, et personarum ratione fieri posset cuncta amicabiliter componamus, ac partium studiis in utiles pactiones conciliatis succrescentia simultatum, et controversiarum zizania convellamus, id unum contendentes, ut fideles universi, uti unius fidei professione sociantur, ita et unius sint labii, et concordia, ac voluntate conjunctissimi. Hoc profecto animo de medio prorsus tollere intendimus nonnullas quaestionum causas, quae alias inter episcopalem Brittonoriensem, et sancti Rufilli abbatialem ecclesias exortae fuerant, ut negotio feliciter composito nullus amplius discrepationi locus relinquatur.

Exponitur praesens status paroeciarum, et incomoda quae ob actuali distributione procedunt declarantur. §. 2. Cum itaque in oppido civitate nuncupato Foro Pompilii jurisdictionis praedictae abbatiae sancti Rufilli nullius dioecesis provinciae Ravennatensis capitulo basilicae principis apostolorum de urbe perpetuo canonice unitae una in praesentiarum existat parochialis ecclesia sub titulo ejusdem sancti Petri apostoli, et altera extra dictam civitatem reperiatur ecclesia item parochialis sub invocatione sancti Christophori di Salbagnone nuncupata ambo ad supramemoratam Brittonoriensem episcopalem ecclesiam, ot mille quadrigentarum circiter animarum numerum insimul complectentes, atque e contra ad supradictam sancti Rufilli ecclesiam abbatialem integre pertineant, aliae septem parochiales ecclesiae una videlicet sanctae Mariae di Tordinano, ac altera sancti Vitalis di Busecchio, et altera sanctorum apostolorum Petri, et Pauli di Grisignano, atque altera sancti Appollinaris di Collina, ac altera sancti Rufilli di Vitignano, et altera sancti Andreae apostoli della Fratta, ac reliqua sanctae Mariae della Selva pariter nuncupatae numerum mille quingentorum circiter cumulatim efformantes; cumque tam antedictae vacantis ecclesiae Brittonoriensis cathedrale capitulum, quam capitulum hujus basilicae Vaticanae adhibito etiam prudenti consilio, atque opera venerabilis fratris Nostri Antonii episcopi Portuensis, et sanctao Rufinae Sanctae Romanae Ecclesiao cardinalis Dugnani nuncupati civitatis Brittonoriensis protectoris ad quamlibet controversiam occasionem opportune, ac stabiliter avertendam permutationi supradictarum parochialium cum suis respectivis territoriis, juribus, actionibus, ac privilegiis libere vicissim consenserint.

Tenor decretae permutationis. §. 3. Nos ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque

apostolicae potestatis plenitudine praevia dismembratione, disjunctione, ac separatione primodictarum duarum parochialium a dioecesi Brittonoriensi, et septem aliarum parochialium secundo dictarum ab abbatia sancti Rufilli easdem ecclesias parochiales sancti Petri in urbe Foro Pompilii, et sancti Christophori di Salbagnone extra ipsam urbem territorio abbatiae sancti Rufilli Nullius dioecesis provinciae Ravennatensis, itemque parochiales ecclesias sanctae Mariae di Tordinano, sancti Vitalis di Busecchio, sanctorum apostolorum Petri, et Pauli di Crisignano, sancti Appollinaris di Collina, sancti Rufilli di Vitignano, sancti Andreae apostoli della Fratta, et sanctae Mariae della Selva respective nuncupatas cum omnibus, et singulis beneficiis, locis, atque operibus piis, juribus, ac privilegiis, caeterisque pertinentiis perpetuo respective unimus, adnectimus, atque incorporamus, ipsasque parochiales ecclesias omnimodae ordinariae jurisdictioni, tum abbatiae sancti Rufilli canonice unitae capitulo basilicae Vaticanae, tum Brittonoriensis pro tempore existentis episcopi perpetuis futuris temporibus respective subiicimus, atque supponimus.

Conservatio pensionis solvendae a mensa Brittonoriensi rectori ecclesiae parochialis sancti Petri

§. 4. Quoniam vero episcopalem mensam Brittonoriensem moderno, et pro tempore existenti rectori praedictae parochialis ecclesiae sancti Petri urbis Foro Pompilii annua scuta centum et septuaginta monetae Romanae usque adhuc persolvisse compertum fuit per praesentes decernimus, quod salvis remanentibus favore ipsius rectoris iis bonis, quae ad eamdem parochialem ecclesiam sancti Petri ad praesens spectare dignoscuntur, simulque reservato jure cousuetae domus pro ejusdem rectoris comoda habitatione in qua ipse moratur ex nunc in posterum dicta episcopalis mensa Brittonoriensis quinquaginta dumtaxat scuta, et nunquam amplius singulis annis, vel in numerata pecunia, vel mediante cessione tot bonorum stabilium, quorum fructus ipsae summae scutorum quinquaginta annuatim respondeant integre, ac libere perpetuo solvere teneatur: pariterque decernimus, quod salvum, et illaesum servetur antedicto capitulo cathedralis ecclesiae Brittonoriensis jus exigendi decimas in quadam parte territorii supramemoratae ecclesiae sancti Christophori di Salbagnone eo prorsus modo, quo usque in praesens illud exercuit.

Deputatio executoris apostolici.

§. 5. Quo circa venerabili fratri archiepiscopo Ravennatensi committimus, ut singula in hisce Nostris literis contenta debitae executioni mandari studeat, ad quem effectum opportunas omnes ei tribuimus facultates.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio etiam substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, vel alias quomodolibet infringi, retardari, aunullari, seu quidquam aliud in contrarium disponi ullatenus posse, sed eas semper validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere statuimus: et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus, quatenus opus sit, Lateranensis concilii novissime celebrati, ac generalium, et provincialium conciliorum specialibus ordinationibus, nec non antedictae Brittonoriensis ecclesiae, et suprammemoratae abbatiae, vel antedictae basilicae statutis, et consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem, ut harum literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum dismembrationis, disjunctionis, separationis, unionis, adnexionis, incorporationis, subjectionis, suppositionis, commissionis, mandati, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prae-

sumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo sexto, nonis novembris, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

Dat. die 19 novembris 1816 anno XVII

DCCIII.

Receptio in notarium apostolicum archidiaconi Alexandrini, et suorum successorum in infinitum, cum participatione privilegiorum huic coetui pertinentium.

Dilecto filio Ambrosio Bolla jam cathedralis ecclesiae Alexandrinae, ad praesens dioecesis Casalensis archidiacono.

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem

Proemium.

§. 1. Pastoris aeterni, qui in gratiis elargiendis merita omnium, et vota superat, vices gerentes in terris minores interdum viros majoribus afficimus honoribus, ut ipsi magis in dies virtutum splendore coruscare studeant in domo Domini.

Ratio, et tenor concessionis

§. 2. Quamquam autem notariatus apostolici decus certis dumtaxat ecclesiasticis viris probitate, doctrina, ac etiam generis nobilitate praestantibus tribui, non autem ad eorum in canonicatibus, aut dignitatibus successores extendi solet, tamen ut perpetuum aliquod testimonium remaneat, et sincerae devotionis, quam universa civitas Alexandrina Nobis adverso tempore transeuntibus saerumque in ista cathedrali ecclesia facientibus ostendit, et indefessae charitatis, quam in Romanos presbyteros religionis causa patria expulsos exercuit, te, aliosque archidiaconos successores tuos digniorís nominis titulo decorare volentes, teque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, te et pro tempore in perpetuum existentem istius cathedralis archidiaconum in Nostrum et Sedis apostolicae notarium apostolica auctoritate, tenore praesentium recipimus, et admittimus, ac aliorum Nostrorum, et Romani pontificis pro tempore existentis, dictaeque Sedis notariorum numero, et consortio adgregamus, tibique et pro tempore archidiaconatum obtinenti, ut etiamsi habitum, et rocchetum in Romana curia non geras, nihilominus omnibus, et singulis honoribus, praeeminentiis, indultis, privilegiis, exemptionibus, et praerogativis, quibus alii Nostri, et dictae Sedis notarii tam de jure, usu, et consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti et frui poterunt in futurum pari modo (sine tamen aliorum notariorum hujusmodi de numero participantium praejudicio, et citra exemptiones a sacro concilio Tridentino abrogatas, ita ut ne dum quoad civilia, sed etiam quoad criminalia subjaceas ordinario, et facultates legitimandi, ad gradus promovendi, et notarios creandi, aliaque hujusmodi privilegia eisdem notariis de numero participantium concessa, vel praetensa, quibus nullibi uti valeas, secus irritum, et inane existat) uti, potiri, et gaudere; insuper ut in missa celebranda, aliisque presbyteralibus functionibus faciendis palmari vulgo « Bugia » uti libere, et licite possis, et valeas, itidemque pro tempore existens archidiaconus possit, et valeat auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus, teque successoresque tuos desuper a quoquam impediri, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus Lateranensis concilii de certo eorumdem notariorum numero, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac collegii dictorum notario-

rum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod antequam praesentis notariatus gratiae effectu perfrui valeas, in manibus alicujus personae in ecclesiastica dignitate constitutae professionem fidei juxta articulos pridem a Sede apostolica propositos emittere, ac solitum fidelitatis juramentum praestare omnino debeas, et successores itidem teneantur; ac praeterea eorum nomen in scriptis ad Nostram Brevium segretariam transmittere curent. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona novembris millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



DCCIV.

Dat die 28 novembris 1816. anno XVII.

Exemptio ecclesiae episcopalis de Portorico a subjectione metropolitanae de Cuba, ejusque subjectio sedi archiepiscopali sancti Dominici.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Divinis praeceptis, atque apostolicis monitis informamur, ut pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu, et si quid usquam in majorem Dei gloriam, inque animarum salutem redundare agnoverimus, id celeri sollicitudine procuremus, ne pascentes negligenter toties commendatum Dominicum gregem misere convincamur ex beati Leonis magni testimonio summum nos non amare pastorem. Haec assidne revolventes animo, ac probe gnari diligentiorem, feliciorem que haberi ecclesiarum procurationem ex comodiori, et opportuniori antistitum, aliorumque sacrorum praesidum statione, vicariam, quam gerimus, ipsius redemptoris auctoritatem libenter e sacrorum canonum moderatione pro temporum, locorum, ac personarum ratione protulimus tum ad novas, quas religionis incrementa efflagitassent episcopales sedes constituendas, tum ad quasdam transferendas, ubi faecundiora in Dominicam vineam irrigua corrivanda dignovissemus, tum demum ad aliquas eorum partes dividendas, fines regendos, juraque decernenda.

Memoratur dismembratio facta in sequelam literarum anni 1803.

§. 2. Id profecto intendimus cum anno millesimo octingentesimo tertio Hispanica portione insulae sancti Dominici in francorum dominatum ex cessione redacta episcopales sedes, quae archiepiscopatui ejusdem nominis tunc sui viduato pastoris uti suffraganeae suberant nimirum ecclesias de Cuba, de Benecuela, sancti Christophori de Havana, de Portorico, et de Guayana nuncupatas a metropolitica dicti archiepiscopatus sancti Dominici jurisdictione subtraximus per apostolicas literas datas octavo kalendas decembris ejusdem anni. De hujusmodi vero episcopatibus a metropolitico jure archiepiscopi sancti Dominici ita

subductis per ipsas apostolicas literas in eum modum disposuimus, ut nimirum unum de Cuba, et alterum de Benecuela in archiepiscopatus erexerimus, assignantes primo ecclesias sancti Christophori di Havana, et de Portorico, ecclesias autem de Guayana, et Emeritensem secundo in suffraganeas. Luculenter quippe constiterat plura hoc pacto vitanda, et imminuenda fore incomoda, quibus illorum fidelium spirituale regimen ex locorum distantiis, et ex qualitate regionum non parum praepediri noveramus.

Exponitur ratio decernendae novae distributionis dioecesum.

§. 3. Ast cum in praesens, quod faustum semper fortunatumque sit, post foedissimi temporis clades parta iterum ex omnipotentis Dei beneficio tranquillitate antedicta Hispanica portio insulae sancti Dominici catholici regis imperio sit restituta, suis Domino gratiis incensum optimi principis pro religione studium cumulante, ipsius carissimi in Christo filii nostri Ferdinandi Hispaniarum regis catholici nomine dilectus filius eques Antonius de Vargas y Laguna ejus apud apostolicam sedem plenipotentiarius administer a Nobis humiliter postulavit, ut archiepiscopali ecclesiae sancti Dominici, quae suo caret adhuc antistite ecclesiam episcopalem de Portorico in suffraganeam denuo assignemus, eidemque sancti Dominici archiepiscopo titulum, jura, privilegia, et praerogativas primatis Indiarum, quibus antea legitime potiebatur, apostolica auctoritate confirmemus, quin ulla in reliquis fiat immutatio ex dispositis in memoratis Nostris literis anni millesimi octingentesimi tertii, quae imo in suo plane robore erunt permansurae.

Declaratio novae distributionis.

§. 4. Nos igitur, qui gratiora in dies pontificiae benevolentiae testimonia praebere non dubitamus ipsi catholico regi, quem sollicita cura, intentaque providentia multum conniti novimus, ut in suis ditionibus ecclesiae floreat libertas, christiana invalescat securitas, ac vera populorum felicitas, quae in Dei timore est immobilis perseveret, ipsius precibus libentissime annuimus, ejusque zelo accurrentes ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine supradictam de Portorico episcopalem ecclesiam a quacumque subjectione metropolitani de Cuba prorsus eximentes, ac liberantes, metropolitico juri, superioritati, et jurisdictioni pro tempore existentis archiepiscopi sancti Dominici uti illius suffraganeam perpetuo vigore praesentium subjicimus atque supponimus.

Confirmatio privilegiorum ecclesiae sancti Dominici.

§. 5. Ipsam vero archiepiscopalem ecclesiam sancti Dominici tot, tantisque nominibus commendatam, eoque praesertim praeclarissimo, quod ibi primum ex regionibus trans oceanum Atlanticum detectis sanctissimum Jesu Christi nomen, et fides insonnerit, ac proinde a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris pluribus cumulatam privilegiis, iisque injuria temporum fortassis minutam, et nunc iterum ex ejusdem catholici regis pietate, prout antea extabat, capitulo, et congruis dotibus honestatam suis omnibus juribus, privilegiis, praerogativis, praeeminentiis, ac titulo primatis Indiarum, quibus jamdiu, ut praefertur, potiebatur denuo inposterum libere frui, atque uti posse decernimus, ac statuimus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 6. Quo circa ut singula in hisce Nostris literis disposita executioni debitae mandentur venerabili fratri Francisco Antonio Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Cebrian y Valda nuncupato patriarchae Indiarum committimus, ut sive per se, sive per aliam, aut alias ecclesiasticas personas ab eo deputandam, vel deputandas, exquisitis antistitum, et capitulorum de Cuba, et de Portorico consensibus, ea omnia gerat, quae ad plenarium hujusmodi rerum consequendum effectum necessaria dignoverit, atque opportuna. Nos enim si memorati antistites, et capitula in id assentiri irrationabiliter renuerint, eorum, et aliorum quorumlibet ecclesiasticorum supplentes illi ex nunc apostolica auctoritate derogatum esse declaramus, praedictoque Francisco Antonio cardinali, et patriarchae amplam ad praemissa integre exequenda tribuimus potestatem.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Omnia autem, et singula in hisce Nostris literis contenta, etiam ex eo quod quilibet in illis interesse habentes, seu habere praetendentes vocati, et auditi non fuerint nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio etiam substantiali defectu notari, impugnari, invali-

dari, vel alias quomodolibet infringi, retardari, annullari, seu quidquam aliud in contrarium disponi ullatenus posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere statuimus; et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 8. Non obstantibus quatenus opus sit, Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, ac supramemoratis Nostris literis anno millesimo octingentesimo tertio sub plumbo expeditis, et quibusvis aliis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac supradictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, quibus omnibus, et singulis ad effectum praesentium dumtaxat consequendum illis alias in suo robore permansuris, harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 9. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, sive exemplis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis. §. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum exemptionis, liberationis, subjectionis, suppositionis, statuti, commissionis, declarationis, decreti, derogationis ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimosexto, quarto kalendas decembris, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

## DCCV.

Dat. die 29 novembris 1816 anno XVII.

Concessio monasterii, et ecclesiae olim spectantium monachis ordinis sancti Benedicti congregationis Vallis Umbrosae, seu seminario Albanensi favore societatis Jesu terrae Cynthiani, et Ariciae ejusdem dioecesis.

Venerabili fratri Nostro Michaeli Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali de Petro nuncupato episcopo Albanensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater Noster
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum. §. 1. Ex parte dilectorum filiorum universitatum, et hominum Cynthiani, et Ariciae Albanensis dioecesis expositum Nobis nuper fuit, quod cum ecclesia sanctuarium nuncupata cum adnexis monasterialibus aedibus jam per monachos ordinis s. Benedicti congregationis Vallis Umbrosae habitatis Albanensis dioecesis, ac postea apostolica auctoritate isti dioecesano seminario Albanensi cum suis omnibus adnexis, bonisque non alienatis in perpetuum attributis deserta, aut pene deserta remaneat, cumque fraternitati, quae jam kalendis superioris mensis julii per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis reformationis praepositorum facultas data, et a Nobis confirmata fuerit abdicandi, et renuntiandi hujusmodi incorporationi ad favorem dicti seminarii factae, idcirco universitates praedictae ad majorem Dei gloriam, et Deiparae cultum, animarumque salutem ecclesiam praedictam cum suis adnexis per Nos in perpetuum concedi dilectis filiis clericis regularibus societatis Jesu, a quibus perplura spiritualia subsidia recipere sperant, vehementer desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur dictos homines specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et singulares personas,

quibus praesentes literae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, referente dilecto filio magistro Josepho Antonio Sala dictae congregationis secretario, ac praevia revocatione praecedentis concessionis, prout auctoritate apostolica, tenore praesentium revocamus, et abolemus, eidem fraternitati tuae per praesentes injungimus, ut ecclesiam, et aedes monasteriales praedictas cum annexis, quae clausura continentur, ac bonis, quae non fuerint alienata, una cum omnibus juribus, et pertinentiis universis favore dictorum clericorum regularium societatis Jesu auctoritate Nostra apostolica in perpetuum concedas, et applices.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, dictisque regularibus clericis plenissime suffragari, ac omnibus, ad quos spectat, et quomodolibet in futurum spectabit, inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non seminarii, et monachorum praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, ac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima nona novembris millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

## DCCVI.

Dat. die 6 decembris 1816 anno XVII

Concessio indulgentiae plenariae assequendae ab eis, qui in festo sancti Jacobi a Voragine episcopi Januensis visitaverint ecclesias tam fratrum, quam sororum ordinis Praedicatorum.

Pius PP. VII.

Universis Christifidelibus praesentes literas inspecturis

Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem caelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, supplicationibus quoque dilecti filii Pii Josephi Gaddi vicarii generalis ordinis Praedicatorum Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac s. communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis tam fratrum, quam monialium ordinis hujusmodi ubicumque existentibus die, in qua ab unaquaque ex praefatis ecclesiis festum beati Jacobi a Voragine archiepiscopi Genuensis pro prima vice celebrabitur, a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi devote visitaverint, et ibi pro Christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus pro unica vice tantum valituris.

Conditiones adjectae, et fides habenda transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur, aut etiam sponte oblatum recipiatur, praesentes nullae sint; quodque praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, vel procuratoris generalis dicti ordinis muniti, eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta decembris millesimo octigentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCCVII.

Dat. die 16 decembris 1816 anno XVII.

Confirmatio restitutionis monasterii sub titulo beatae Mariae virginis de Portu Salutis dioecesis Cenomanensis pro fratribus ordinis sancti Benedicti prioris observantiae Cisterciensibus nuncupatis « *della Trappa* » et approbatio electionis superioris factae absque secretis suffragiis.

Venerabili fratri
Episcopo Cenomanensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Libentissime quidem memoria repetimus, pervetustum Galliarum Trappense monasterium incredibili superiorum procellarum impetu minime obrutum, sed in Helvetiam fuisse translatum, et tamquam lignum in domo Domini plantatum, ramos suos ita longe, lateque extendisse, ut divina favente gratia, perplura ejusdem ordinis monasteria in diversis, vel remotissimis regionibus noviter erecta reperiantur ubique, sicut lilia inter spinas florentia. Quare magno cum gaudio accepimus, quod pace Galliis, Christianissimoque regi restituta, restituatur etiam regularis optime de Ecclesia catholica meritus ordo. Expositum enim Nobis nuper fuit, quod dilectus filius cognominatus Le Clerc de la Roussiere, nobilis Cenomanensis, pro eo, quo fervet religionis zelo, redemptis, atque restauratis suo maximo sumptu quibusdam monasterialibus aedibus jam canonicorum regularium s. Augustini, vulgo Port Reingeard nuncupat. istius dioecesis easdem aedes cum contiguo templo dilectis filiis monachis ordinis Cisterciensis primariae observantiae, vulgo de Trappa etiam nuncupatis donavit, dotavitque pro monasterio erigendo ad instar alterius in loco « Barfeld » Monasteriensis dioecesis in Westphalia erecti. Hisce dispositis, monachi tredecim ex priore Westphaliensis monasterii se eo receperunt, comitante clero, et plaudentibus omnibus oppidorum etiam finitimorum bonis, ibique constituti, obstante id praedicto Le Clerc de la Roussiere, teque auctorante, ad primi illius monasterii abbatis electionem devenerunt de persona dilecti filii Bernardi de Girmont, non quidem per secreta suffragia, ut ex Benedictinis constitutionibus fieri oportebat, sed per unanimem capitularium proclamationem. Quaecum ita esse affirmentur, Nobis modernus abbas, et monachi humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune provvidere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur egregiam memorati nobilis viri fundatoris charitatem, et munificentiam vehementer in Domino laudantes, dictosque abbatem et monachos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, referente venerabili fratre archiepiscopo Berytensi congregationis Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium episcoporum, et regularium praepo-

sitorum secretario, attentaque tua super praemissis attestatione, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, constitoque tibi de perpetua, et stabili traditione ecclesiae et monasterii, ac dotatione sufficientis redditus pro congrua sustentatione duodecim saltem monachorum, idem monasterium, et ecclesiam sub titulo beatae Mariae virginis de Portu Salutis prope urbem dictam Lavallium istius dioecesis sub regula s. Benedicti strictioris ordinis Cisterciensis a s. Sede approbata, nec non secundum reformationem ven. abbatis d. Ermandi le Bouthilier de Rancè a recolendae memoriae Innocentio XI. Benedicto XIV. et Pio VI. Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris laudatam, quam interim etiam Nos approbamus, et confirmamus, praedictum, inquimus, monasterium, et ecclesiam in titulum abbatiae servatis, servandis, per te, vel per sacerdotem in ecclesiastica dignitate constitutum auctoritate Nostra apostolica eleves, et erigas, cum expressa tamen lege praestandi immediatam, et perpetuam communionem per superiores monasterii hujusmodi cum superiore generali ipsius ordinis penes sanctam Sedem commorante, ut unitas, et indivisibilitas semper integra remaneat, et cum omnibus privilegiis, praeeminentiis, honoribus, insigniis, jurisdictionibus, et oneribus tam in regulis ordinis, et reformationis, quam vigore apostolicarum constitutionum veris ecclesiis abbatialibus, et abbatibus juxta ritum Sanctae Romanae Ecclesiae competentibus, et servari solitis, etiam cum admissione ad communicationem indulgentiarum toti ordini Cisterciensi a s. Sede concessarum, sine tamen ullo praejudicio juria tertii quaesiti, cui derogare non intendimus. Electionem autem praedictam in persona dilecti filii Bernardi de Girmont non per secreta suffragia, sed per unanimem proclamationem capitulariter tamen factam, pro hac vice dumtaxat, attento unanimi monachorum consensu auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et quatenus opus sit eumdem in ejusdem monasterii, et ecclesiae abbatem de apostolicae potestatis plenitudine ex integro eligimus, et taliter electum pro vero abbate canonice nominato, et confirmato haberi volumus, et mandamus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis, et reformationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima decembris millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



Dat. die 10 decembris 1816 anno XVII.

DCCVIII.

Applicatio bonorum canonicatus vacantis in ecclesia metropolitana Caesaraugustana p regali collegio puerorum vulgo Ninos ejusdem loci.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Nuper Nobis pro parte carissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum regis catholici expositum est, quod, cum vacaverit, actuque vacet quidem canonicatus in metropolitana ecclesia Caesaraugustana erectus per obitum bonae memoriae Aloisii Gorraiz ultimi illius dum viveret, possessoris, praedicti canonicatus fructus perpetuis futuris temporibus applicare intendit regali collegio puerorum vulgo Ninos nuncupato cantorum regalis cappellae in ejus aula existentium, si Nostra, et hujus s. Sedis ad id facultas accedat. Nobis propterea ipsius Ferdinandi regis nomine supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ejusdem Ferdinandi regis votis, quantum cum Domino possumus obsecundare volentes, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, canonicatus praedicti fructus, redditus, et proventus memorato regali collegio puerorum cantorum regalis cappellae, dummodo onera praedicto canonicatui adnexa accurate adimpleantur, ac sine praejudicio alieni juris, si forte sit, auctoritate apostolica tenore praesentium in perpetuum assignamus, et applicamus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictae metropolitanae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima decembris millesimo octingentesimo decimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



Dat. die 17 decembris 1815 anno XVII.

DCCIX.

Concessio domus ad cappellaniam nuncupatam sanctae Mariae virginis Angelorum in terra Palumbariae dioecesis Sabinensis pertinentis favore magistrarum piarum puellarum ejusdem loci.

Venerabili fratri episcopo Sabinensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Cum sicut Nobis nuper exponi fecisti, in terra Palumbariae nuncupata istius Sabinensis dioecesis illae piae magistrae, quae puellarum Christianae et civili educationi magno fervore sunt intentae non habeant nisi parvam et angustam habitationem, quae confluentium puellarum numerum capere minime valet, tu pastorali tua sollicitudine huic necessitati consulere cupiens, domum illam, quae ad quamdam laicalem cappellaniam a bonae memoriae presbytero Ambrosio Antonelli sub titulo beatae Mariae virginis Angelorum nuncupatae in archipresbyterali ecclesia s. Blasii praedictae terrae fundatam pertinet, cujus actualis possessor legitimus, prout asseritur, est clericus Leonardus Testa scriptor Nostrae pontificiae cappellae, ex praedicta cappellania perpetuo disjungere, et in praedictarum magistrarum utilitatem, et expressum usum convertere intendis, accedente ad id consensu memorati clerici possessoris, ac trium ex quinque aut sex compatronis dictae cappellaniae, expressa tamen sub conditione, ut quotidie a praedictis magistris piis, et a puellis in earum schola pro tempore existentibus recitari debeat psalmus *De profundis*, et die septima septembris cujuslibet anni eaedem magistrae, et puellae habiles, praemissa sacramentali confessione, sacram communionem pro anima memorati fundatoris applicare teneantur; ac praeterea, ut salva et illaesa remaneant jura nominationis, ac praesentationis favore patronorum dictae cappellaniae, cujus onera necessarium ducis, servata proportione, reducere. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur praedictas pias magistras, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae facultates necessarias, et opportunas domum praedictam a memorata cappellania perpetuo disjungendi dummodo expressus tum possessoris actualis praedicti, tum patronorum, vel medietatis eorum ad id consensus accedat, ac ad piarum magistrarum dictae terrae Palumbariae utilitatem, et publicum scholae puellarum commodum perpetuo concedendi, et convertendi cum expresso onere, ut quotidie tam ipsae magistrae, quam puellae recitare psalmum *De profundis*, et die vii. septembris cujuslibet anni sacram communionem applicare debeant pro anima praedicti fundatoris; nec non onera etiam praedictae cappellaniae, cujus jura nominationis et praesentationis salva, et illaesa favore patronorum legitimorum in casu vacationis, juxta piam fundationem remaneant, pro tua prudentia et conscientia reducendi, auctoritate apostolica, tenore praesentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non lege fundationis praedictae cappellaniae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque,

et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima septima decembris millesimo octingentesimodecimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

Dat. die 20 decembris 1816 anno XVII.

## DCCX.

Dispensatio super restitutione bonorum ecclesiasticorum in regno Sardiniae tempore bellicae occupationis emptorum.

Carissimo in Christo filio Nostro Victorio Emmanueli Sardiniae regi illustri

Pius PP. VII.

Carissime in Christo fili Noster
Salutem, et apostolicam
benedictionem

Ratio concessionis.

§. 1. Datis ad Nos die vicesima octava novembris literis, in quibus et pietas tua, et reverentia erga apostolicam Sedem tot Nobis jam argumentis probatae mirifice elucent, exposuisti Nobis, necesse omnino esse, ut alienationes bonorum ad ecclesiam pertinentium in ditionibus tuis peractae, cum praeteriti guberniti parerent dominationi, a foederatis principibus sancitae, ratae, et firmae declararentur, auctoritate tua addidisti, quod cum bona praedicta a primis eorum emptoribus magna ex parte divendita, atque ex iis plura ad alias atque alias manus, tot annorum spatio transierint, invidiam, dissensiones, litigia concitari neccesse esset, non sine publicae etiam tranquillitatis perturbatione, si ea bona ad pristinam essent conditionem revocanda. Hisce praemissis, adjungit majestas tua minime eam in bonis in ducatu Sabaudiae et comitatu Niciensi positis esse sollicitam, siquidem cum ad provincias etiam illas, utpote Galliarum territorio tunc temporis adjunctas, conventio inter sanctam hanc Sedem, et guberninm Gallicanum anno MDCCCI. inita pertineret, circa praedicta bona provisum apostolica auctoritate fuisse non ignorat articulo ejus conventionis decimotertio; sed quoniam conventio illa Pedemontanae provinciae, et Genuensi ditioni, quae Gallicano territorio minime juncta tunc fuerant, nullo modo suffragari potest; contra vero venditionum contractus in illis etiam provinciis peractos a te omnino esse sustinendos; tuque palam profiteris ad jus, potestatemque tuam minime pertinere de hujusmodi rebus quidquam decernere, petiisti propterea studiose, ac reverenter a Nobis, ut ad eripiendam majestatem tuam ab iis angustiis auctoritate Nostra provideamus. Dolenda sane est adversa haec temporum ratio, et misera Ecclesiae conditio, cui quidem omni ex parte tanta adversantur impedimenta, ne quod suum est, quodque ereptum ei fuit superiorum impetu tempestatum, nec pacatis rebus repetere pro jure suo, ac recuperare possit; at quoniam ita comparata sunt omnia, nec aliam videre possumus rationem, a majestate tua, a magno subditorum ejus numero, ab universo denique regno, multa mala, et gravia pericula propulsanda, et Ecclesiam ipsam et religionem ab invidia, in quam adduci posset, vindicandi, justam, legitimamque habere Nos causam judicamus, ut suprema qua in Ecclesia Dei fungimur potestate, in tuum, atque in istius regni tui auxilium veniamus. Neque vero ad id Nos non etiam impellit tum eximium religionis studium, quo praestas, tum praecipue quod tanta cum virtutis, pietatisque tuae laude profiteris, scilicet sine pontificiae Nostrae auctoritatis assensu nullum tibi esse jus, propterea que non posse bonorum Ecclesiae alienationes, prout a te petitur, confirmare; quod quidem testimonium a te veritati, et successoris b. Petri potestati redditum commendari a Nobis mirifice

mereatur, Nostrumque in majestatem tuam studium incensius, propensioremque mirum in modum efficit voluntatem.

Tenor concessionis. §. 2. Nos igitur tuis, quantum cum Domino possumus, votis annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ea omnia, quae articulo decimo tertio conventionis inter Nos et Gallicanum gubernium anno millesimo octingentesimo primo initae circa bona Ecclesiae alienata declaravimus, gravissimarum causarum intuitu, quae a te Nobis expositae, et superius a Nobis recensitae sunt, ad Pedemontanam et Genuensem provincias auctoritate apostolica, tenore praesentium extendimus, et perinde haberi volumus, ac si initio circa has quoque provincias fuissent a Nobis declarata.

Monitum speciale. §. 3. Dum tamen haec gravissimis hisce causis moti, atque ad asserendam publicam ditionum tuarum tranquillitatem, felicitatemque decernimus, probe intelligit majestas tua non posse omnino Nos Ecclesiae causam, et temporalia ejus jura negligere, imo ex parte Nostra teneri ad rationes ejus quomodo possumus protegendas, ita ut ecclesiis, monasteriis, et piis locis, ad quae bona, de quibus agitur, pertinebant, qua meliori fieri valeat ratione provideatur. Id autem omni cura ac studio praestandum fore, non confidimus modo, verum etiam certos ac securos majestatis tuae aequitas ac pietas Nos reddit, in qua propterea conquiescere Nos tutissime posse judicamus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes has praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, ac omnibus, et singulis in praecitatis literis contentis plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ecclesiarum, monasteriorum, ac locorum piorum, ad quae, seu quas bona praedicta alienata pertinebant, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima decembris millesimo octingentesimo decimosexto, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



Dat. die 22. decembris 1816 anno XVII.

## DCCX

**Confirmatio privilegiorum concessorum accademiae, seu universitati studiorum erectae in oppido sancti Christophori de Laguna in insula Tenerifae dioecesis Canariensis.**

Pius Episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Literarum disciplinas non ornamenti solum, verum etiam praesidii plurimum afferre benemoratis civitatibus, easque ad religionem tuendam, et mores rite componendos necessariam quamdam sternere viam tum argumentis, ac rationibus, tum exemplorum momentis, atque ex singulis aetatibus repetita memoria constat loculentissime. Id probe norunt Hispaniarum reges catholici, qui de re Christiana, et publica optime meriti, paratis mediis, collatisque privilegiis in bonarum artium studiis fovendis, atque augendis nunquam passi sunt suae potestatis, et gratiae robur desiderari. Hinc factum est, ut in clarioribus illarum ditionum urbibus magna ipsorum liberalitate, intentaque sollicitudine scholae complures patuerint, et accademiae perinsignes, quae ne dum praestantia doctorum, auditorumque frequentia, et eorum laude celebrantur, qui inde prodierunt viri commendatissimi in liberalium doctrinarum studiis eruditi, atque in diuturno, et assiduo magnarum rerum usu periti; sed etiam, quod aestimatione dignum cum primis est, ea semper institutionis, doctrinae, et scientiae ratione, et integritate floruere, quae cum sana sit, et secundum Deum, non secundum carnem, ab inani abhorret sapientia, quam hujus saeculi vocat apostolus, et principum hujus saeculi quidestruuntur. Illustria haec, et spectatissima avitae pietatis, ac singularis providentiae vestigia sequi adnixus est carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus Hispaniarum rex catholicus impense adlaborans, ut si quid detrimenti haec praeclara instituta ex tenebricosissimi temporis asperitate cepissent, iis reparandis, restituendisque pro sua paterna in populos sibi concreditos charitate apprime consuleret.

Exponuntur privilegia universitati concessa.

§. 2. Cum igitur publica accademia, sive, ut vocant, studiorum universitas in oppido civitate nuncupato sancti Christophori de Laguna in insula Tenerifae dioecesis Canariensis, quae nonnullis per felicis recordationis Romanos pontifices praedecessores Nostros Clementem XI. et Benedictum XIV., ac praesertim Pium VI. donata erat privilegiis, nondum fuerit constituta, illico idem Ferdinandus rex ad eam quantocius aperiendam animum appulit, eamque titulo sancti Ferdinandi regis nuncupari, ac per personas a majestate sua ad hoc expresse nominatas, quae cujusvis generis fructus, redditus, ac proventus hucusque decursos, et non solutos recipere, et exigere valeant, rebus omnibus ad scholarum usum instrui, decentique apparatu exornari decrevit, atque in illius protectorem, et auspicem providentissimum adlegit dilectissimum in Christo filium Carolum Hispaniarum infantem eius germanum fratrem, qui pro suo in religionem, ac bonas artes studio, adhibita quoque opera idonei vice-protectoris ab eo deputandi, majora in dies urgeat hujusce universitatis incrementa; cancellarium vero ipsius universitatis studiorum designavit episcopum titularem pro tempore commorantem in praefata insula Tenerifae uti auxiliarem moderni, ac pro tempore existentis episcopi Canariensis, data eidem facultate eligendi in vice cancellarium unum ecclesiasticum virum, qui in casu vel absentiae, vel infirmitatis ejus opportune suppleat vices, ac demum clericos regulares societatis Jesu nuncupatos, quos in Hispaniarum regna iterum invectos fuisse boni omnes gratulantur, ipse pientissimus rex adscivit, ut hi, vel a primis exordiis, vel ubi primum commode poterunt, universitatis praefatae, illiusque scholarum, ac bonorum integram moderationem, atque administrationem perpetuo inposterum retinendam libere assumant, exerceantque.

Preces porrectae pro consequenda apostolica confirmatione.

§. 3. Ut autem supradicta omnia, quae in regio quodam decreto diei xviii. septembris vertentis anni latius proferuntur, ad majorem Dei gloriam, ad ampliorem Ecclesiae

utilitatem, atque ad rectam populorum institutionem prospere, feliciterque succedant, per dilectum filium equitem Antonium Vargas y Laguna suum apud Nos, et apostolicam Sedem ministrum plenipotentiarium laudatus Ferdinandus rex suas ad Nos preces deferri curavit, ut memoratas concessiones Nostrorum praedecessorum Clementis XI., et Benedicti XIV. ac praecipue Pii VI. per suas in forma brevis literas sub datum diei xxv. maij anni Domini MDCCXCII, etiam quoad applicationem duorum canonicatuum cathedralis ecclesiae Canariensis, nec non quoad reservationem cujusdam annuae pensionis super fructibus mensae episcopalis ejusdem Canariensis ecclesiae approbare, confirmare, ac renovare dignaremur.

Tenor confirmationis.

§. 4. Nos itaque in summi apostolatus fastigio positi maximam ex egregiis Ferdinandi regis consiliis in religionem, ac disciplinas utilitatem derivaturam fore in eo, qui pater est luminum, summopere confidentes, libentique animo preces hujusmodi suscipientes illustriora in dies Nostrae erga ipsum regem Ferdinandum propensae voluntatis testimonia exhibere minime dubitamus; ideoque votis ejus quantum cum Domino possumus benigne annuere volentes, universitatem studii generalis in oppido civitate nuncupato sancti Cristophori de Laguna, quae prae caeteris insulae Tenerifae locis civium frequentia, ordinum cultu, familiarum opibus, et suo splendore commendatur, propediem erigendam, atque constabiliendam, iisdem omnibus juribus, privilegiis, praeeminentiis, facultatibus, et gratiis de novo praesentium literarum tenore apostolica auctoritate donamus, quas praedecessores Nostri Romani pontifices Clemens XI. Benedictus XIV., ac praesertim Pius VI. praedictis suis in forma brevis anno MDCCXCII. expeditis literis ipsi universitati, ejusque magistris, ac professoribus, nec non auditoribus, et ad baccalaureatus, licentiaturae, laureae doctoratus, ac magisterii gradus rite et juxta approbata statuta, et consuetudines provehendis concesserant, illisque omnibus novum pontificiae approbationis, et confirmationis robur adjicimus, et quatenus opus sit illa iterum concedimus, atque impartimur, servata semper forma decretorum Viennensis, ac Tridentini conciliorum speciatim de fidei professione juxta felicis recordationis Pii pp. IV. constitutionem emittenda, et nihilo super his censentes derogatum.

Idem ut supra

§. 5. Unionem pariter, et applicationem duorum canonicatuum cathedralis ecclesiae Canariensis a laudato Pio VI. pontifice praedecessore Nostro jam per supramemoratas in forma brevis literas favore dictae universitatis decretam haberi volumus tanquam a Nobis etiam expresse approbatam, et confirmatam. Annuam vero pensionem mille tercentum septuaginta quinque ducatorum auri de camera respondentium ducatis quatuor mille monetae illarum partium super episcopalis mensae Canariensis fructibus antea ad quatuordecim annos, prout accepimus, reservatam, ad alios annos quatuordecim extendimus, ac prorogamus, ita ut supra dicta omnia comprehensis etiam fructibus, redditibus, ac proventibus cujusvis generis hucusque decursis cedant in subsidium, et commodum ipsius universitatis studii generalis sub titulo sancti Ferdinandi regis in civitate sancti Christophori de Laguna in insula di Tenerifae a clericis regularibus societatis Jesu juxta praelaudati catholici regis pia desideria supraenunciatis modo, et forma utiliter regendae, prospere gubernandae, atque integre administrandae.

Deputatio executoris apostolici.

§. 6. Quocirca venerabili fratri moderno ac pro tempore existenti episcopo Canariensi committimus, ut omnia, et singula in hisce Nostris literis contenta, et expressa debitae executioni mandari curet, ac mandet: Nos enim quamcumque necessariam, et opportunam facultatem ad praemissorum omnium plenariam exequutionem eidem episcopo per praesentes tribuimus, atque impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Hujusmodi autem literas, et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel quovis alio defectu notari, et impugnari nullatenus posse, sed eas semper validas, et efficaces, existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et illis ad quos spectat, et pro tempo-

re spectabit plenissime suffragari, sicque et non alias per quoscumque judices quavis potestate fungentes judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac supradictae cathedralis ecclesiae Canariensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis pro insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 9. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, sive exemplis etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum approbationis, confirmationis, renovationis, concessionis, applicationis, prorogationis, commissionis, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimooctingentesimodecimosexto, undecimo kalendas januarii, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

DCCXII.

Dat. die 13 januarii 1816. anno XVII

Ampliatio privilegiorum jam concessorum ecclesiae parochiali sanctae Mariae de Portu Salutis nuncupatae civitatis Vallettae dioecesis Melevitanae.

Dilectis in Christo filiis priori, et fratribus ordinis s. Dominici Praedicatorum Malevitan.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

§. 1. Eos, qui vinea Domini excolenda operarios se se intrepidos praebuerunt, neque animam suam facientes praetiosiorem quam se, illustria charitatis ediderunt testimonia, singularibus pro personarum, locorum, ac temporum ratione favoribus, et privilegiis Romani pontifices liberaliter donare consueverunt, ut fructus aliquis laborum, et praemium pro bene factis in hac etiam lacrymarum valle ipsis tribueretur, et perenne in caeterorum exemplum extaret laudis monumentum.

Memorantur praecedentia privilegio ecclesiae concessa.

§. 2. Hoc Nos animo intendimus, dum aliis Nostris apostolicis sub plumbo literis datis vii. kalendas superioris aprilis ecclesiam parochialem s. Mariae de Portu Salutis perpetuo unitam conventui fratrum ordinis s. Dominici Praedicatorum oppidi civitatis nuncupatae Vallettae Malevitanae dioecesis, aliis jam nominibus commendatam illustri basilicae minoris titulo, ac privilegiis decoravimus, probe gnari suo illos munere perfunctos fuisse toto tempore, quo vis pestis iis in regionibus dirior grassabatur.

Expositio nostrarum precum

§. 3. Verum cum ad basilicae dignitatem decere existimetur, ut qui ejusdem servitio addicuntur peculiari quodam insigne decorentur, supplices adfuere prior, et fratres memorati coenobii humillime postulantes, ut sibi aliquod a Nobis ornamentum adsignaretur; cumque precibus hujusmodi venerabilis frater Ferdinandus modernus archiepiscopus Rhodiensis, uti episcopus Melevitanus suo etiam voto obsecundarit, de apostolica benignitate decrevimus elargiri petitam privilegiorum accessio-

nem, quam ad externum divini cultus splendorem augendum, atque ad commendandam religionis majestatem plurimum expedire in Domino confidimus.

Tenor concessionis

§. 4. Nos itaque dictam basilicam minorem, et lectissimum Praedicatorum ordinem novis favoribus prosequentes, eosdemque priorem, et fratres memorati conventus a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, modernis, et pro tempore existentibus priori, et fratribus expresse professis, ac sacerdotali charactere insignitis, in antedicto coenobio legittime degentibus, ejusque religiosam familiam juxta ordinis statuta efformantibus, ut mozzetam laneam nigri coloris cum globulis, et asulis albis, orae textu albo circumdatam in choro festis, aliisque solemnioribus anni diebus, et in functionibus ecclesiasticis intra ecclesiam, ac etiam in processionibus extra ecclesiam, quae tamen ipsius basilicae, et ordinis propriae sint, et quibus clerus saecularis minime interveniat, gestare libere, ac licite possint, et valeant, apostolica auctoritate praesentium tenore facultatem concedimus, et impertimur; simulque inhibemus, ne aliquis ex praedictis fratribus eadem mozzeta utatur in functionibus singulatim peragendis divisim a religiosa communitate, mandamusque in reliquis servari apostolicas constitutiones, et congregationis sacrorum rituum decreta, quibus praesertim administratio sacramentorum cum mozzeta vetatur, atque alia super recto ejusdem usu constabiliuntur: minime profecto dubitantes memores ipsos fore augeri juxta s. Gregorii monitum rationes donorum, cum augentur dona; confidentesque novo hoc eos splendore honestatos meliora in dies aemulaturos esse charismata.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective, inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta januarii millesimo octingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCCXIII.

Dat. die 31 januarii 1816 anno XVII.

**Confirmatio privilegiorum abbatis mitrati rectoris beneficii sub invocatione sancti Juliani in ecclesia parochiali sancti Salvatoris dioecesis Castrensis.**

### Pius PP. VII.

### Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Pro pastorali munere Nobis licet immeritis coelitus commisso, illud quoque curandum esse ducimus, ut, quae privilegia antiquitus concessa fuisse constat, eadem serventur.

Expositio precum.

§. 2. Cum igitur, sicut Nobis ex parte dilecti filii nobilis viri Octaviani Guarini ducis, ut asseritur, Poggiardi, expositum nuper fuit, rector beneficii sub invocatione s. Juliani in ecclesia parochiali s. Salvatoris Castrensis dioecesis de jure patronatus (ut etiam asseritur) suae familiae erecti titulo, et decoratione mitrati abbatis frueretur, prout ex vetustis publicis monumentis patet, nempe ex dioecesana synodo anno 1632. celebrata, atque ex lapidea inscriptione in parietibus ejusdem ecclesiae palam adfixa, cumque concessionis hujusmodi exemplaria ob

temporum injurias perierint, dictus patronatus ad majorem Dei gloriam, divinique cultus incrementum privilegium ipsum per Nos confirmari summopere desideret, et renovari, eoque magis, quod collapso dictae paroeciae templo beneficium ipsum ad aliam publicam ecclesiam ducalibus aedibus ipsius Octaviani adnexam intra tamen ejusdem paroeciae limites translatum reperitur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos igitur, attentis desuper relationibus dilecti filii Vincentii Guglielmo vicarii capitularis ecclesiae Castrensis, illius episcopali sede vacante, legitime deputati, rectorem beneficiatum praedictum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, rectori nunc et pro tempore in perpetuum existenti beneficii hujusmodi titulum, et decorationem praedictam abbatis mitrati alias, ut praefertur concessam, et obtentam cum mitrae abbatialis, reliquorumque omnium, et singulorum externorum attributorum usu, auctoritate apostolica, tenore praesentium confirmamus, et renovamus, et quatenus opus sit, denuo concedimus, declarantes, ut rector abbas hujusmodi mitra, aliisque abbatialibus indumentis per rubricas generaliter praescriptis uti, ac pontificalia more abbatum mitratorum saecularium intra ecclesiam dumtaxat, in qua beneficium ipsum translatum, aut erectum reperiatur, in solemnioribus festivitatibus, non tamen praesente episcopo, ac sine ullo cujuscumque jurisdictionis episcopalis tam supra ecclesiam, et beneficium, quam supra ipsum abbatem praejudicio exercere libere, et licite possit, et valeat.

Clausula sublata et decretum irritans. §. 4. Atque decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima prima januarii millesimo, octingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCCXIV.

* Dat. die 2 februarii 1816 anno XVII

Facultas gestandi cottam, et rocchetum super mozzetam pro canonicis ecclesiae collegiatae loci nuncupati Moutrone in dioecesi Barensi.

### Pius PP. VII.

### Ad perpetuam rei memoriam

Proemium. §. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti, ad statum ecclesiarum omnium, quarum Nobis a Domino commissa est sollicitudo, personarumque in eis Altissimo famulantium, de quarum virtutibus, et religionis zelo, et sincera in Nos, et hanc apostolicam Sedem fide, et devotione indubia Nobis perhibentur testimonia, propensis studiis animum intendentes, illarum honorificentiae, et decori libenter consulimus.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici collegiatae ecclesiae loci di Moutrone nuncupati Barensis dioecesis, quod ipsi pro majore divini honoris cultu, loco cottae, qua huc-

usque subter mozzetam legitime, prout asseritur, usi sunt rocchetum gestare posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictum capitulum, et canonicos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, attenta favorabili attestatione archiepiscopi Barensis circa exponentium qualitates Nobis exhibita, modernis et pro tempore in perpetuum existentibus archipresbytero, primiceriis et canonicis collegiatae ecclesiae praedictae, ut ipsi in posterum pro cotta, rocchetum subter mozzetam tam in ecclesia praedicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare libere, et licite possint, et valeant, et quisque eorum possit, et valeat, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus eosque desuper a quoquam impediri molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda februarii millesimo octingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

## DCCXV.

Dat. die 7 februarii 1816. anno XVII.

Ampliatio facultatum, et privilegiorum clericorum regularium congregationis Pauperum in Hetruria.

### Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Stanislaus Stefanini vicarius generalis clericorum regularium congregationis pauperum Matris Dei scholarum piarum nuncupat., quod dilectissimus in Christo filius Noster Ferdinandus Magnus Hetruriae dux pro eo, quo fervet religionis zelo, et bonorum artium restituendarum studio clericis dictae congregationis templum divo Ignatio dicatum, adnexasque aedes cum reliquis ad congruam individuorum ibi collocandorum sustentationem in civitate Aretina adtribuit in perpetuum, et adsignavit, ut dicti clerici prosui instituti ratione divinum ibidem cultum promoverent, adolescentes ad pietatem, literasque informarent, ac etiam educandorum juvenum collegium aperirent. Quoniam autem haec omnia cumulate expleri nequeunt, nisi ibi dictae congregationis domus cum sua religiosa familia rite erigatur, Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut dictae congregationi in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsius magni ducis consilium viro quidem principe dignum valde in Domino commendantes, dictosque clericos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, eidem vicario generali de apostolicae potestatis plenitudine in templo, et aedibus praedictis domum regularem cum religiosa familia, et regulari observantia

quita ipsius congregationis statuta ab hac sancta Sede confirmata, et juxta apostolicas constitutiones cum congrua, et perpetua dote tam pro templi, et aedium, quam pro religiosorum alumnorum manutentione erigendi, in perpetuum per se vel alium graduatum ipsius congregationis expresse professum instituendi plenam et amplam facultatem tenore praesentium tribuimus, et impertimur. Nec non religiosae domui, et familiae sic institutae, ejusque individuis pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, favoribus, et indultis spiritualibus, et temporalibus, quibus aliae domus congregationis hujusmodi canonice erectae tam de jure, usu, et consuetudine, aut privilegio apostolico utuntur, fruuntur, et gaudent, vel gaudere possunt, et in posterum poterunt uti, frui, et gaudere pariter possint, et debeant, potestate et tenore praedictis ex nunc, prout ex tunc, et contra concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac sanctae Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, ipsius congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima februarii millesimo octingentesimo decimoseptimo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.

---

## DCCXVI.

Dat. die 26 februarii 1816 anno XVII.

Erectio Montis Pietatis, seu capsae generalis pro solutione pensionum favore eorum, qui quomodolibet operam praebent favore reverendae camerae apostolicae.

### Pius PP. VII.

### MOTU PROPRIO

Tenor dispositionis

§. 1. Nel publicare col Nostro motu proprio dei 6. luglio decorso un sistema generale per tutte le provincie che costituiscono il Nostro temporale dominio, Noi credemmo opportuno di fissare a tutti gl' impiegati del ramo giudiziario, in quello governativo, e nell' altro amministrativo, un conveniente annuo emolumento, onde metterli al coperto di quella penosa incertezza, in cui l'uomo suol vivere quando vede il proprio sostentamento affidato alla sola eventualità de' profitti, ed allontanare nel tempo stesso dalle popolazioni ogni timore di aggravio per parte degl' impiegati medesimi. Volendo sempre più animarli all'esatto, e lodevole disimpegno del loro officio, e renderli insieme tranquilli sulle viste del futuro, che tanto agita gli uomini di buon senno, abbiamo giudicato espediente di erigere una cassa di giubilazione seguendo in ciò le orme del glorioso Nostro predecessore, il quale col suo motu proprio

dei 19. giugno 1790. ne propose il pensiero, e ne gettò le basi senza che le sopravvenute vicende ne permettessero allora l'esecuzione. Su queste traccie pertanto abbiamo deliberato che debba formarsi la detta cassa col mensile rilascio da farsi da ciascuno dei detti impiegati in una tenue quota dell' emolumento fisso loro assegnato, e che vi debbano perciò contribuire tutti gl'impiegati dei tre rami di sopra indicati sul riflesso che il rilascio proporzionato di una tenue parte del loro emolumento mentre non arreca disesto alla domestica loro economia ridonda in un sensibile vantaggio de' medesimi, e delle loro famiglie, assicurando in qualunque evento la sussistenza loro, quella de' proprij figli, e delle loro consorti. Convinti della utilità di questa istituzione adottata da tutti i saggi, e ben regolati governi, e già esistente anche nel Nostro relativamente ai militari, abbiamo commesso la formazione di un piano corrispondente, regolato su quelli stessi principj che ci avevano animato a tal fine, ed essendoci stato questo presentato, dopo averlo preso in matura considerazione, ci siamo determinati a sanzionarlo. Quindi è che di Nostro motu proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema autorità ordiniamo.

*De iis qui ad jus consequendae pensionis mittuntur.*

§. 2. 1. Che sia formata una cassa per i fondi destinati alle giubilazioni che saranno accordate agl' impiegati in servizio publico, sotto la quale generalità si comprendono tutti quelli che sostengono impiego civile permanente che sia a carico dell' erario in qualunque grado, ed in qualunque dicasterio, o azienda publica contemplata nei tre sopraespressi rami giudiziario, governativo, ed amministrativo.

*De solutionibus faciendis pro consequenda pensione.*

§. 3. 2. Ogni impiegato nei suddetti rami rilascerà mensualmente a cominciare dal prossimo mese di marzo una quota del soldo, che percepisce in proporzione della quantità del medesimo col metodo seguente.

Quelli che godono un' annuo stipendio di scudi 420., o più fino a qualunque somma rilasceranno la vigesima parte, ossia il cinque per cento dell'intero onorario da ripartirsi come si è detto di mese in mese.

Quelli, che percepiscono uno stipendio dagli annui scudi 240. fino ai scudi 420. rilasceranno il quattro per cento. Quelli che hanno l' assegnamento dagli annui scudi 180. fino a scudi 240. rilasceranno il tre per cento. Dai scudi 120. inclusivamente fino ai scudi 180. l'uno per cento. Al di sotto rilasceranno tre paoli in proporzione di ogni cento scudi.

*De modo exigendi contributiones.*

§. 4. 3. Gli amministratori camerali, che pagheranno i respettivi impiegati, riterranno sotto la loro responsabilità nell' atto del pagamento in ogni mese sullo stipendio di ciascun individuo la corrispondente quota per la giubilazione, e di queste ritenzioni dovranno tener conto a parte.

*De assignamentis locorum vacantium.*

§. 5. 4. Gli assegnamenti dei posti vacanti per qualsivoglia causa da rimpiazzarsi, o per qualunque titolo precariamente sospesi, tanto per comando superiore quanto per disposizione dei respettivi dicasterj, saranno egualmente soggetti alla ritenzione nella cassa di giubilazione, e gli amministratorj camerali, o altri, a carico de' quali sarebbe il peso di pagare tali assegnamenti, dovranno farne la ritenzione.

*De deposito pecuniae intra biennium collectae.*

§. 6. 5. In ogni bimestre si farà dai medesimi il deposito delle somme ritenute, salve quelle che venisse loro ingiunto dal Nostro cardinal segretario di Stato di pagar localmente, per le quali però depositeranno le ricevute per contanti, e detto deposito lo effettueranno nel banco del sacro monte della Pietà di Roma a disposizione del Nostro cardinal segretario di stato pro tempore, a cui contemporaneamente dovranno trasmettere il foglietto dell' introito che si sarà fatto, e il duplicato della fede di deposito. I ministri poi del sacro monte riterranno separato registro dell' introito, ed esito di questa cassa.

*De solutione pensionum.*

§. 7. 6. Formata la cassa delle giubilazioni nel modo di sopra indicato, coi prodotti della medesima si pagheranno le pensioni a tutti quelli fra gl' impiegati delle tre classi qui contemplate che avranno diritto ad essere giubilati, alle loro vedove, e figli, quando vi concorrano le circostanze, e i titoli che si diranno appresso.

*De computatione servitiorum pro assignatione pensionis.*

§. 8. 7. L' epoca che formerà diritto a domandar la giubilazione sarà di un servizio onorato, e continuato per il lasso di anni venti compiti, salvi quei casi che si preciseranno

in appresso, e l' ammontare della pensione vitalizia d' assegnarsi sarà proporzionata col metodo seguente.

Per anni venti compiti di servizio la pensione vitalizia sarà la metà del soldo che ciascuno percepiva nell'impiego coperto.

Dagli anni ventuno incominciati, e continuati alli trenta, sarà di due terzi.

Dalli trenta ai quaranta sarà di tre quarti.

Dalli quaranta in poi sarà dell'intero stipendio.

Declaratio specialis. §. 9. 8. Nel numero degli anni sarà computato il tempo del servizio prestato in ogni altro officio publico benchè diverso da quello che sosteneva il postulante nel momento della impetrata giubilazione.

Alia ut supra §. 10. 9. Non sarà però calcolato il tempo nel quale un' impiegato fosse sospeso dall' autorità superiore, seppure dalla clausola del rescritto, o decreto di sua reintegrazione non costasse che la sospensione fu senza sua colpa.

De jubilatione infirmorum §. 11. 10. Tutti quell' impiegati in qualsivoglia officio civile che fossero obbligati a cessare dal servizio per fisica impotenza loro sopravvenuta, avranno diritto ad una pensione non minore del terzo, se il loro servizio non passerà i dieci anni, e non minore della metà se li supera. Il Nostro cardinale segretario di Stato potrà secondo la urgenza delle circostanze ampliare la sudetta misura.

De exclusione pensionis. §. 12. 11. In tutti i casi previsti di sopra non avrà luogo giubilazione, o pensione, quando i dimissionarj godano altro impiego publico, o pensione equivalente dalle casse del governo.

Idem ut supra §. 13. 12. Cesserà egualmente la pensione in qualunque dei casi di sopra espressi tutte le volte che il pensionato assumesse servizio presso qualche altra corte, o dominio.

Idem ut supra §. 14. 13. La pensione non si potrà godere fuori dello stato pontificio.

Idem ut supra §. 15. 14. Si perderà altresì la vitalizia pensione quando il pensionato venisse condannato in giudizio criminale ad una pena afflittiva.

De pensione viduis, et filiis debita. §. 16. 15. Morendo un' impiegato, e lasciando dopo di se la vedova superstite, e i figli maschi in minorile età, ovvero incapaci per qualche fisico impedimento di procacciarsi il vitto, ed in istato di vera povertà, e le figlie femmine sebben maggiori egualmente povere nubili, o vedove, avranno tutti questi il dritto a proporzione del loro numero ad una pensione non minore della metà, e non maggiore dei due terzi ad arbitrio del Nostro cardinal segretario di stato, avuto riguardo a quella pensione che si sarebbe dovuta al defonto secondo l' epoca del servizio prestato a termini dei casi di sopra individualmente contemplati, ovvero di quella pensione che il medesimo avesse già lucrata, e che percepiva nel momento della di lui morte.

Idem ut supra §. 17. 16. Questo dritto sarà comune fra la vedova se esisterà, e i figli minori, e fra tutti questi mancandone uno o più la porzione, o porzioni de' mancanti accresceranno ai superstiti.

Idem ut supra §. 18. 17. Cesserà la porzione della vedova passando a nuove nozze.

Idem ut supra §. 19. 18. I figli maschi divenuti maggiori cesseranno di godere la rata della pensione competente a ciascuno di essi in ragione del numero, e le figlie femmine seguito il loro collocamento, oppure se fossero mantenute in qualche luogo di educazione a carico di qualche pia sovvenzione o istituzione, ovvero a spese del governo.

Idem ut supra §. 20. 19. Cesserà dal pari la pensione corrispondente ai figli maschi durante ancora la loro minorile età nel caso che venissero impiegati in qualunque maniera in servizio dello stato, o fossero mantenuti colla cassa del governo, o coi prodotti di qualche pia istituzione in qualche collegio, o altro publico stabilimento di educazione.

Petitio pro movenda pro assequenda pensione. §. 21. 20. Per conseguire nei respettivi casi la pensione che col presente moto proprio si promette, se ne dovrà avvanzare istanza al Nostro segretario di stato accompagnata dalle analoghe giustificazioni, e prove che garantiscano la dimanda, come anche per esiggere con procura dovrà esibirsi in forma probante oltre il mandato anche la fede di sopravvivenza.

De casibus non contemplatis §. 22. 21. Siccome oltre i casi più comuni qui contemplati se ne possono dare degli altri di loro natura singolari, e imprevedibili che

presentino un giusto titolo alla giubilazione, così apparterrà al giudizio del Nostro cardinal segretario di stato di proporzionare ai medesimi le providenze opportune.

Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo di ventisei febrajo mille ottocento diciassette.

Pius PP. VII.

## DCCXVII.

Dat. die 11 martii 1816 anno XVII.

Reductio annuae pensionis solvendae a parocho ecclesiae sancti Martini de Cavalhoes Bracharensis dioecesis seminario orphanorum, et expositorum ejusdem loci, cum absolutione a solutione pensionis non solutae.

Venerabili fratri Archiepiscopo Bracharensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis nuper fuit nomine dilecti filii Josephi Cunha Pessoa, quod usque a mense februarii elapsi anni MDCCCII. super fructibus, redditibus, et proventibus patriarchalis ecclesiae sancti Martini de Cavalhoes istius Bracharensis dioecesis, quam ipse rite, prout asseritur, possidet, quaedam annua pensio biscentum mille reis, seu ducatorum auri de camera centum quatuordecim, et juliorum quinque monetae Romanae, in subsidium, et subventionem seminarii sancti Cajetani orphanorum, et expositorum memoratae civitatis Bracharensis reservata, et assignata legitime, prout asseritur, fuit; cum autem hujusmodi pensio usque ad festum sancti Joannis Baptistae praeteriti anni 1816 ob notissimas temporum perturbationes, quae multum noxiae exponenti fuerunt, integre persoluta non fuerit, debitor propterea sit memoratus Joseph praefati seminarii summae ducatorum quingentorum quadraginta novem, et juliorum novem praedictae monetae, cui eum integre ad praesens satisfacere nequeat, statutum fuit, consentiente ad id rectore pro tempore dicti seminarii, parochum memoratum a solutione praedictae summae ducatorum quingentorum quadraginta novem, et juliorum novem omnino liberari, et absolvi, ac in posterum annuam pensionem, quae juxta primam reservationem, et assignationem in summa ducatorum centum quatuordecim, et juliorum quinque constituta fuerat, ad summam ducatorum quinquaginta septem, et juliorum decem, durante ejus vita, quotannis persolvendam, et a successoribus suis perpetuis futuris temporibus pro summa ducatorum quadraginta quinque et joliorum duodecim cum dimidio, reduci, ac pro hujusmodi effectu, seu perpetua pensionis reservatione favore seminarii praedicti memoratus parochus Joseph Cunha Pessoa suum ad id consensum praestitit, prout in aliis Nostris in simili forma brevis expeditis literis perhibetur uberius contineri. Ut autem hujusmodi conventio tam circa condonationem summae ducatorum quingentorum quadraginta novem et juliorum novem pensionis non persolutae, quam circa diminutionem ejusdem pensionis suum sortiatur effectum, Nostra, et hujus sanctae Sedis auctoritate eam roborari desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur praedictum Josephum, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut constito tibi de narratis, et accedente ad id expresso rectoris pro tempore dicti seminarii consensu, eumdem Josephum Cunha Pessoa parochum ab onere persolvendi summam praedictam ducatorum quingentorum quadraginta novem, et juliorum no- Tenor concessionis.

vem praedicto seminario debitam usque ad festum sancti Joannis Baptistae elapsi anni MDCCCXVI., auctoritate Nostra apostolica liberes, ac plenarie absolvas, eidemque Josepho, ut quotannis pro summa ducatorum centum quatuordecim, et juliorum quinque in prima reservatione assignata, in posterom, quoad vixerit, ducata quinquaginta septem, et julios decem titulo pensionis incipiendae a festo jam elapso sancti Joannis Baptistae praeteriti anni, favore praedicti seminarii sancti Cajetani orphanorum, et expositorum Bracharensis civitatis praedictae, persolvere libere, et licite valeat dicta Nostra auctoritate indulgeas, atque concedas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die undecima martii millesimo octingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo septimo.



DCCXVIII

Dat. die 12 mart. 1816 anno XVII.

Erectio ecclesiae episcopalis Varsaviensis sub titulo sancti Joannis Baptistae in metropolitanam.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Militantis Ecclesiae regimini per abundantiam divinae bonitatis nullo licet meritorum Nostrorum suffragio praepositi ex eminenti beati Petri principis apostolorum specula ad gregem Dominicum per universum orbem diffusum oculos Nostrae mentis intentos semper habemus, more vigilis pastoris inspicientes, quid apostolicae providentiae impendere debeamus, ut catholica religio magis, magisque augeatur, ecclesiasticae hierarchiae splendor accrescat, et grex ipse ubique ad coelestia pascua dirigendus majori facilitate, commoditate, atque utilitate valeat gubernari.

Memorantur literae ad rem datae a Pio papa VI.

§. 2. Haec omnia animo revolventes illud novissime animadvertimus, quod felicis recordationis Pius papa sextus praedecessor Noster per suas apostolicas literas sub plumbo datas decimoseptimo kalendas novembris anno Domini millesimo septingentesimo nonagesimo octavo in civitate Varsaviensi regio palatio, et magnificis procerum aedibus decorata, ob illius amplitudinem, ob soli amoenitatem, et ubertatem, ob magnum civium, et nobilium familiarum numerum, ob seminaria, ac nobilium adolescentum collegia, ob multa virorum coenobia, ac mulierum monasteria, aliaque pietatis, et charitatis instituta percelebri sedem episcopalem apostolicae Sedi immediate subjectam erexit, et cathedralem ecclesiam sub titulo sancti Joannis Baptistae cum suo capitulo ex dignitatibus, et canonicis efformato praeter alios ecclesiasticos viros eidem ecclesiae inservientes constituit, quodque inspectis temporum, ac locorum peculiaribus circumstantiis in maximum, et necessarium bonum vergeret christifidelium in illis re-

gionibus degentium, si memorata episcopalis ecclesia Varsaviensis ad gradum sedis archiepiscopalis ex pontificia Nostra indulgentia extolleretur.

Tenor concessionis. §. 3. Nos itaque gravissimis causis adducti, cunctisque diligentissime libratis ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, et Catholicae Ecclesiae splendorem, simulque spiritualem Christifidelium utilitatem supradictam episcopalem ecclesiam Varsaviensem sub titulo sancti Joannis Baptistae cum suo capitulo de specialis gratiae dono ad archiepiscopalis metropolitanae ecclesiae gradum, ac dignitatem extollimus: reservantes Nobis eidem Varsaviensi metropolitanae ecclesiae imposterum episcopales ecclesias suffraganeas adsignare.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio etiam substantiali defectu notari, impugnari, aut invalidari posse, sed illas semper validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, atque obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, quibusvis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, privilegiis quoque, et indultis, caeterisque licet speciali, et individua mentione dignis contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis. §. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum dispositionis, reservationis, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo septimo quarto idus martii pontificatus, Nostri anno decimo septimo.

## DCCXIX.

Dat. die 17 martii 1816 anno XVII

**Dismembratio novemdecim terrarum a nimis extensa archi-dioecesi Messanensi, et in illarum praecipua civitate nuncupata Nicosiae Herbitensis unius episcopatus ejus nominis erectio in insigni collegiata sancti Nicolai archiepiscopi, cum augmento capituli, et dignitatum.**

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium. §. 1. Superaddita diei, cui sufficit (ut Christus ait) malitia sua, nostrorum temporum nequitia, ac pene ubilibet inducta per vaferrima novatorum sophismata morum corruptela Nos plurimum anxios reddit atque sollicitos, ut per novos, ubi desunt, et inquietorum hominum multitudo libertatis amatrix omni conatu longius arcere contendit, potissimum vero, quo pro nimia locorum distantia, itinerumque asperitate nonnisi raro et incomode licet accedere, doctissimos illuc mittendos praesules et pastores, qui tamquam murus pro domo Domini facti, in tanta doctrinarum varietate, sancta, et inconcussa Nostrae fidei, cujus auctor et consummator est Jesus, dogmata opponant, fideles populi eorum assiduo, praesentique verbo et exemplo, ac confirmationis maxime ab eis sacramento muniti, per illud ita fortes in fide, verique milites Salvatoris evadant, ut praelia Domini praeliantes in terris, victores denique adversus carnem et sanguinem coronam vitae in triumphantis ecclesiae sinu cum gloria et gaudio mereantur accipere.

Desideria regis Siciliarum super erectione novi episcopatus. §. 2. In hac siquidem ipsa consideratione charissimus quoque in Christo filius Noster Ferdinandus utriusque Siciliae et Hierusalem rex illustris intime diuque versatus, quum alias, videlicet usque et ab anno Domini millesimo octingentesimo quinto insinuari Nobis, ac per suas regias literas humiliter exponi fecerit, quod ipse pro suo paterno debito de procuranda nedum temporali, sed spirituali pariter subditorum suorum salute sollicitus, super

amplissimo, florensissimoque Siciliae regno, cujus ipse gubernacula tenet, extendens intuitum, et animarum numerum in dicto regno jam antea praegrandem, in dies magnopere, benedicente Domino, ita excrescere conspiciens, ut ad quindecies centenà millia circiter ad praesens attingat; animadvertens tamen, quod in tam vasto Siciliae insulae terrarum spatio novem tantum antistites tot animarum gubernio praesint, et eorum singulis, praesertim vero Messanensi archiepiscopo tam longe lateque protensam, asperisque semitis interjectam habenti dioecesim, nisi raro et incommode pastoralis explendae visitationis causa ad populos suae jurisdictioni subjectos, pro sacramento maxime confirmationis administrando, ac vicissim populis ipsis pro gravi itinerum impendio, ac hyemali praesertim tempore, ob rapidos, plenosque periculi torrentes ex frequenti pluvia succretos, ad illum respective accedere nimis difficile evadat; proindeque vehementer expeteret, a Messanensi dioecesi ex centum et triginta una, quibus redundat, terris, et locis, novemdecim infrascriptas ab archiepiscopali ejus sede longiori dissitas intervallu terras et pagos, Sedis apostolicae auctoritate distrahi, et abscindi; ac uti in earum centro veluti a natura consita terra civitas nuncupata Nicosiae, infrascriptis gaudens praerogativis, speciatim selecta praecaeteris, unum in ea novum erigi episcopatum. Nos gravissimis hisce permoti rationibus, tam piis ejusdem Ferdinandi regis instantiis, et votis obsecundare cupientes, sub die vigesimanona mensis januarii anni ejusdem Domini millesimi octogesimi sexti, bonae memoriae Raphaeli Mormile tunc et dum viveret archiepiscopo Panormitano Nostro et dictae Sedis apostolicae hac in parte selecto delegato, per organum congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium rebus consistorialibus praepositae commisimus, ut inspecta per se hujus episcopatus necessitate, auditisque omnibus ad id interesse habentibus, super universo, gravique hujus erectionis negocio, ad tramites articulornm sibi remissae ab ipsa congregatione instructionis, processum de more conficeret; ex quo tamen inde adamussim extructo, riteque absoluto, ac subscripto, et ad eamdem congregationem transmisso licet necessitas ipsa dictae erectionis plusquam dilucide probata resultet, nihilominus Nos interea nonnullas excitari ex quorumdam ad urbem hanc Nostram expresse huic dismembrationi contradicendi causa missorum hominum parte difficultates, easque subaudientes undique provulgari, consilium cepimus rem totam examini ac judicio congregationis eorumdem fratrum Nostrorum tradere discutiendam; in qua subinde proposita sub variis ab utraque parte conceptis dubiis hujusmodi dismembrationis, et erectionis causa, ac singulis rationum momentis, et postulationibus per multiplices hinc inde consarcinatas, exhibitasque legis peritorum allegationes, maturo, diuturnoque examine perpensis, atque discussis, ipsa demum congregatio de causis dismembrationis, et erectionis hujusmodi rite constare, illasque, si Nobis ita placuisset, modotamen et forma inferius exprimendis, exequendas esse sancivit.

Laudes terrae, seu civitatis nuncupatae Nicosiae.

§. 3. Quum itaque, ex Nobis inde relatis per venerabilem quoque fratrem Nostrum Joannem Franciscum Guerrieri modernum archiepiscopum Athenarum dictae congregationis a secretis de praemissis omnibus, acceperimus, quod supradicta terra civitas nuncupata Nicosiae, quam veterem illam Ptolomaei Herbitam esse putant historici scriptores, prope Cerame flumen, Calacibetham inter et Trachinam, ac sub speciali, unica, universalique tutela et patricinio sancti Nicolai archiepiscopi Myrensis Barensis nuncupati per literas apostolicas in forma brevis sub annulo piscatoris fel: recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri expeditas (quas Nobis hodie placuit confirmare) jure merito posita, una quidem ex primoribus mediterraneis Siciliae, totiusque Valdemonae civitatibus existens, in quinque divisa regionibus, seu quarteriis, quae paraeciae dicuntur, quarum in centro perennis aquae fontes, et plura magnifica domorum aedificia consistunt, quindecim millium habitatorum nume-

rum in se complectentibus, inter quos plurimae tum divitiis, tum qualificata baronum scilicet et marchionum, ac militarium ordinum Hierosolymitani et Constantiniani respective equitum titulis nobilitate pollentes familiae, pluresque literarum scientia praediti, ac etiam doctorali laurea insigniti de utroque coetu enumerantur viri: cuique inclytus pro temporali gubernio senatus sex nobilibus patritiisque individuis singulis fruentibus honoribus, quibus caeteri Siciliae regni praefati senatores distingui solent, constitutus, sexdecim feuda civitatis propria legitime possidens, praeesse, et illustris pariter hominum universitas sub nuncupatione Civici Consilii, tribus distincta personarum caetibus, sive statibus, adesse conspicitur, et in qua publica studiorum academia, sive collegium sex variarum facultatum cathedris ex regia, conspicuaque redditutum dotatione fundatum, ac praeter unum pariter pium mulierum locum, collegium itidem nuncupatum pro gratuita puellarum educatione institutum, nec non quatuor virorum, et tria sanctimonialium diversorum ordinum conventus et monasteria: ac unum insuper orfanotrophium, ac unum etiam pauperum nosocomium, et, quod prae caeteris praestat, amplissimo ditatum aerario montem pietatis, necnon seminarium penes episcopale palatium jam antea dicti senatus sumptibus acquisitum, viginti novem laicorum inter congregationes, et confraternitates cum propriis earum signatis vestibus, et ecclesiis, in quibus, et in aliis etiam infrascriptis parochialibus ecclesiis circularis et octidua per annum assidua sanctissimi Sacramenti expositio fieri solet, et quinque reperiuntur in eisdem regionibus respective distributae parochiales ecclesiae, tres simplices et filiales, videlicet sancti Michaelis Archangeli, ac sanctae Crucis, et sanctissimi Salvatoris, reliquae vero duae, una scilicet, quae etiam saecularis et insignis collegiata existit, sanctae Mariae, in alpestri tamen montis vertice sita, et in suo aedificio nondum completa, altera vero aeque saecularis, et insignis, ac supradictarum omnium parochialium matrix eminet collegiata ecclesia ejusdem sancti Nicolai archiepiscopi Mirensis Barensis, ut praefertur, nuncupati, quae pro ejus tum centrali situatione universo populo accomodata, tum amplitudine ad multitudinem capiendam idonea, tum denique structura, forma, et recens adjuncto in parietibus, atque in tholis valentium hominum picturarum, et anaglyptorum splendido ornatu, quum scilicet tribus sit distincta navibus cum duplici cruce columnis hinc inde sustentis, ac septemdecim bene instructis altaribus, cum amplissimo choro ordine trino sedilium de ligno affabre celato undequaque referto, ac baptismali fonte, duobus organis, uno scilicet in choro, et altero, quod excellenti opere et magistrali manu factum est, super limine majoris januae sito, cum sacrario insuper vasis argenteis, auroque contextis supellectilibus sacris ad divina quaeque peragenda, et pontificalia pariter exercenda satis abunde ditato, plurimisque sanctorum martyrum, confessorum, et virginum reliquiis, praesertim vero integri corporis sancti Faustini martyris, integrique ossis ex brachio ejusdem sancti Nicolai totius civitatis praedictae, ut praefertur, patroni summa cum veneratione, decenterque servatis, necnon caemeterio, et procerrima turri cum campanis aeribus, et horarum indice munita, ac cujus (quod maxime praestat) insigne capitulum quadragintatribus individuis constans, archipresbytero nempe archipresbyteratum inibi principalem, qui omnium parochialium supradictarum universalis et primitivus parochus existit, ac peculiarem mensam a communi mensa capitulari seorsim separatam habet, ac cantore cantoratum secundam, ac thesaurario thesaurariatum tertiam inibi respective dignitates existentes, necnon decem canonicis totidem canonicatus et praebendas respective obtinentibus, et animarum parochianorum dictae collegiatae, quae etiam parochialis ut praefertur existit, ecclesiae curam inibi subsidiariam perturnum et hebdomadam exercentibus, et sacramenta affluenti populo ministrantibus, atque ex indulto apostolico mozzetae pariter et cappae magnae violacei coloris cum pellibus armellinis, et palmatoriae sive lychneoli vulgo bugia nuncupati respective usu gaudenti-

bus, quibus adduntur sanctae Crucis, et sanctissimi Salvatoris parochialium ecclesiarum praedictarum respective rectores cappellani curati nuncupati, qui singulis festis, aliisque eorum libito diebus locum habent in choro immediate post illos, ac decem perpetuis beneficiatis totidem perpetua simplicia, personalem tamen residentiam requirentia, et servitium chori adnexum habentia beneficia ecclesiastica beneficiatus nuncupata etiam in ea respective obtinentibus cum jure transeundi ad eorumdem canonicorum classem eis apostolica auctoritate concesso, ac rocchetum pariter, et duplicem, nigri videlicet violaceique coloris, juxta temporum qualitates, mozzetam gestantibus, ac aliis decem mansionariis canonicis secundariis nuncupatis, totidem quoque mansionariatus canonicatus secundarios itidem nuncupatos in ea similiter respective obtinentibus, ac super simile rocchetum duplicem quoque almutiam utriusque coloris hujusmodi deferentibus, ac demum quatuor presbyteris choristis totidem etiam perpetuos et personalem residentiam praefatam requirentes choristatus, et octo ad nutum capituli, et canonicorum praedictorum amovibilibus clericis Jaconelli nuncupatis totidem simplices, praefatam tamen residentiam pariter requirentes, clericatus etiam respective obtinentibus, et superpelliceo tantum utentibus, ac choro ejusdem collegiatae ecclesiae (cujus ante septum custos mazzerius nuncupatus tunica violacea more basilicarum indutus cum baculo vulgo mazza nuncupato in omnibus functionibus adstat) jugiter respective inservientibus, componitur; qui omnes insimul divinas inibi laudes summo cum splendore, magnificentia, et populi aedificatione quotidie persolvunt, ita quod tam praedicta terra Nicosiae, ut ad civitatis episcopalis honorem evehatur, quam ipsa collegiata ecclesia sancti Nicolai ad cathedralis ecclesiae statum et dignitatem sublimetur, dignae et accomodae reputentur.

Ratio concessionis.

§. 4. Hinc Nos hujusmodi relatione lubenter audita, ac praemissis omnibus debita meditatione pensatis, ut fideli populo haec tam valida religionis auxilia procurentur, ipseque Ferdinandus rex suorum denique votorum compos fiat, ac supplicationibus quoque dilectorum pariter filiorum modernorum capituli et canonicorum dictae collegiatae ecclesiae sancti Nicolai, simulque universitatiset hominum praefatorum, nec non praedicti senatus Nobis hac in parte humiliter porrectis annuere volentes, omnesque, et singulos (quatenus opus sit) tam juris quam facti, et solemnitatum, aliosve quantumvis substantiales defectus, si qui desuper in constructione, seu formatione dicti processus, ejusque legalitate ex notariorum incuria, vel inscitia, aut ex quocumque alio capite intervenerint, aut intervenisse dici, censeri, intelligi, vel praetendi possent, in eo supplentes, atque sanantes.

Dismembratio locorum ab archidioecesi Messanensi.

§. 5. Motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine, ab archi-dioecesi Messanensi praefata (cujus metropolitana ecclesia per obitum bonae memoriae Cajetani Garrasi ultimi illius dum viveret archiepiscopi, qui extra Romanam curiam debitum naturae nuperrime persolvit, pastoris solatio noscitur ad praesens esse destituta) infrascriptas novemdecim terras, supradictam videlicet civitatem, ut praefertur nuncupatam Nicosiae, ac aliam Alimena, ac aliam Capizi, ac aliam Bronte, ac aliam Cerami, ac aliam Cesarò, ac aliam Maletto, ac aliam Gagliano, ac aliam Gangi, ac aliam Santo-Mauro, ac aliam Castelbuono ac aliam Petralia Soprana, ac aliam Petralia Sottana, ac aliam Gerace, ac aliam Resottana, ac aliam Sperlinga, ac aliam Santo-Todaro, ac aliam Troina, ac reliquam terras hujusmodi Villadoro respective nuncupatas, cum duobus exiguis pagis Casali Marianopoli, et de Bon-Pietro etiam respective nuncupatis; quae quidem novemdecim terrae, Septentrionem videlicet versus cum mari, ad Orientem vero cum Messanensi, necnon ad meridiem cum Cathanensi et Agrigentina, ad Occidentem denique cum Cephaludensi respective dioecesibus finitimae seu conterminae sunt, apostolica auctoritate perpetuo dismembramus, dividimus, et separamus, dictasque terras sic dismembratas, divisas, et separatas, et in eis respective consistentes et consistentia, parochiales, collegiatas, et alias ecclesias, et monasteria (non tamen exem-

pta ) praepposituras , praepositatus, prioratus , conventus , et alia quaecumque , quotcumque , et qualiacumque , cum cura et sine cura , saecularia , et quorumvis ordinum regularia beneficia ; omniumque pariter et singularum terrarum , et pagorum hujusmodi utriusque sexus personas , habitatores et incolas, tam laicos , quam clericos , presbyteros, beneficiatos, et religiosos quoscumque cujusvis status , gradus , ordinis , et conditionis existant, ab ordinaria jurisdictione , potestate , et superioritate pro tempore existentis archiepiscopi Messanensis dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo disjungimus , et eximimus ; jubentes propterea , omnes et singulas chartas , scripturas , instrumenta , piorumque operum , et beneficiorum ecclesiasticorum fundationes , eorumque dotationes , testamenta , ac quaevis alia documenta, sive acta quocumque nomine nuncupata ad terras praefatas, et respective pagos hujusmodi sic per Nos ut praefertur dismembratas, divisas et separatas ; ac dismembratos divisos et separatos quovis modo spectantes et pertinentes, ac spectantia et pertinentia , dictasque in eis respective incolentes saeculares et regulares personas praedictas quomodolibet concernentes et concernentia ab archiepiscopali cancellaria , seu alio peculiari archivio Messanensi itidem separari, et extrahi, et ad episcopalem cancellariam Nicosiensem ut infra stabiliendam perpetuo quoque transferri, atque deponi debere.

Erectio civitatis Nicosiensis in episcopalem.

§. 6 Praeviis autem dismembratione , divisione , separatione, et jussione praefatis , primodictam terram civitatem ut praefertur nuncupatam Nicosiae sic dismembratam divisam, et separatam , in civitatem episcopalem Nicosiensem Herbitensem, ut prius nuncupandam, cum suis seminario puerorum ecclesiastico, et cancellaria episcopali , omnibusque honoribus , juribus , et praerogativis , quibus aliae civitates dicti regni Siciliae ultra pharum pontificali sede insignitae , earumque cives utuntur, fruuntur , potiuntur, et gaudent, ac uti , frui , potiri, et gaudere possunt et poterunt quomodolibet in futurum.

Collegiata ecclesia in cathedralem erigitur.

§. 7. Quam pariter eamdem collegiatam ecclesiam sancti Nicolai (praeviis itidem in ea tituli , nominis , denominationis , naturae, et essentiae collegialitatis tantum perpetuis, suppressione et extinctione ; ita ut illa ex nunc perpetuis futuris temporibus collegiata ecclesia esse desinat , ac de caetero uti talis inscribi, denominari , censeri , et intelligi amplius nequeat) in cathedralem ecclesiam Nicosiensem Herbitensem similiter nuncupandam sub titulo et invocatione ipsius sancti Nicolai unici , ut praefertur, dictae civitatis patroni , ac parochialem , ut antea , et supradictarum omnium paraeciarum unicam etiam deinceps matricem , et archiepiscopo Messanensi pro tempore existenti suffraganeam , eique metropolitico jure subjectam perpetuo respective extituram , et in ea sedem, cathedram , et dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo Nicosiensi Herbitensi similer nuncupando , qui eidem ecclesiae , illiusque civitati praefatae, ac dioecesi Nicosiensi sibi ut infra assignandae praesit, abbates, inferiores praelatos , et alios ad synodum convocet, ac omnia et singula jura , officia , et munia episcopalia habeat et exerceat, cum suis infrascripto capitulo , arca , sigillo , mensa episcopali , etiam ut infra , constituenda , caeterisque cathedralibus et pontificalibus insigniis, jurisdictionibus , praeeminentiis, praerogativis , privilegiis , honoribus, gratiis , favoribus, et indultis, realibus, personalibus , et mixtis, quibus aliae cathedrales ecclesiae regni Siciliae hujusmodi, earumque respective praesules quomodolibet ( non tamen titulo oneroso , aut ex indulto, vel privilegio particulari ) gaudent, et gaudere poterunt quomodolibet etiam in futurum.

Ampliatio capituli ecclesiae cathedralis.

§. 8. Atque, ut capitulum novae hujus cathedralis ecclesiae ut infra erigendae in praesenti illius status immutatione distinctius evadat , majorique dignitatum , et canonicorum numero decoretur, in ipsa cathedrali ecclesia Nicosiensi praeter enunciatas tres dignitates, ac decem canonicatus totidemque praebendas, ac decem itidem mansionariatus canonicatus secundarios ut praefertur nuncupatos , et octo clericatus superius expressos , praeviis pariter supradictorum decem beneficiatuum , per unam modernorum illorum respective possessorum , sub spe transeundi

ad dictorum canonicorum classem, necnon eorumdem quatuor choristatuum per aliam respective dimissiones eos nunc obtinentium dilectorum quoque filiorum sub spe itidem ascendendi ad mansionariorum supradictorum graduum nuper in manibus Nostris respective factas, et per Nos admissas respective vacantium perpetuis item suppressione et extinctione, ex iisdem beneficiatibus, et choristatibus sic suppressis et extinctis, unum insuper archidiaconatum, qui secunda, ac unum etiam decanatum, qui quarta inibi, ut infra, dignitates existant; ac alios decem canonicatus, totidemque praebendas; aliosve quatuor mansionariatus canonicatus secundarios similiter nuncupandos, ad Omnipotentis Dei laudem et gloriam, Deiparaeque virginis Mariae, et ejusdem sancti Nicolai archiepiscopi honorem, fideique, et Ecclesiae catholicae exaltationem, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, perpetuo erigimus, et instituimus, ac respective etiam perpetuo adjungimus.

De dignitate archipresbyterali.

§. 9. Ita tamen, ut novum capitulum dictae sic per Nos erectae cathedralis ecclesiae constitutum sit, et respective esse censeatur ex quinque dignitatibus, archipresbyteratu scilicet, qui post pontificalem sic erectam major, et cui universa parochialium omnium supradirtarum animarum respertive parochianorum cura principaliter ut antea immineat, et de quo, dum ille imposterum pro tempore vacare contigerit, praevio concursu per episcopum Nicosiensem pro tempore futurum tantum disponi debeat, pro dilecto etiam filio Francisco La-Motta actu praedictae collegiatae ecclesiae, ut praefertur, suppressae et extinctae archipresbytero, qui in ipso archipresbyteratu, absque alia ei desuper de illo facienda provisione, subrogatus ut infra remaneat, et deinceps pro uno actu presbytero in theologia magistro, vel juris utriusque doctore, qui per examinatores in synodo dioecesana juxta formam concilii Tridentini deputandos in concursu praefato desuper habendo ad curam animarum hujusmodi exercendam approbando, futuro ipsius cathedralis ecclesiae Nicosiensis, ut praefertur, erectae archipresbytero, qui caput capituli existat:

De archidiaconatu.

§. 10. Ac archidiaconatu noviter ut praefertur erecto, qui secunda, cum uno et una ex infrascriptis canonicatibus et praebendis absque dispensatione apostolica obtinendo, pro dilecto similiter filio Philippo Nicosia actu ejusdem collegiatae ecclesiae ut praefertur suppressae et extinctae cantore, et canonico, qui ex cantore in ipso archidiaconatu absque alia simili de illo sibi facienda provisione subrogatus esse debeat:

De dignitate cantoratus.

§. 11. Ac cantoratu, qui hactenus secunda in eadem sic suppressa et extincta collegiata ecclesia extitit, deinceps tertia, cum uno et una pariter ex eisdem canonicatibus et praebendis infrascriptis absque hujusmodi dispensatione obtinendo pro dilecto quoque filio Francisco La-via e Testa etiam presbytero, dictaeque collegiatae ecclesiae sic suppressae et extinctae actu thesaurario et canonico, qui ex thesaurario praefato cantor ipsius cathedralis ecclesiae ut praefertur erectae, absque alia pariter de dicto cantoratu sibi facienda provisione, suffectus existat:

De decanatu.

§. 12. Ac decanatu etiam ut praefertur sic noviter erecto, qui quarta cum uno itidem et una ex praedictis canonicatibus et praebendis infrascriptis absque simili dispensatione obtinendo, pro dilecto pariter filio Vincentio Speciale itidem presbytero, dictae sic suppressae et extinctae collegiatae ecclesiae actu canonico:

De thesaurariatu.

§. 13. Et thesaurariatu, qui hactenus tertia in ipsa collegiata ecclesia ut praefertur suppressa et extincta respective dignitas fuit, deinceps quinta, etiam respective dignitates existant, cum uno pariter et una ex praedictis infrascriptis canonicatibus et praebendis, absque dicta dispensatione obtinendo, pro dilecto similiter filio Laurentio della Valle etiam presbytero, et ipsius sic suppressae et extinctae collegiatae ecclesiae similiter actu canonico (quibus Vincentio, et Laurentio decanatum, et thesaurariatum sic per Nos ut praefertur erectos praefatos tenore praesentium de speciali gratia respective conferimus, et de illis etiam respective providemus, dictosque Vincentium, et Laurentium in decanatus, et thesaurariatus hujusmodi respectiva possessione per infrascriptum earumdem praesentium exequutorem

immittendos esse mandamus ) deinceps vero, postquam ex Philippi, ac secundodicti Francisci, ac Vincentii, et Laurentii praefatorum respective personis archidiaconatus, et cantoratus, ac decanatus, et thesaurariatus hujusmodi pro tempore vacaverint, semper, ac perpetuo quatuor antiquioribus ex ejusdem sic erectae cathedralis ecclesiae canonicis presbyteris infrascriptis debeantur, illisque respective vigore juris infrascripti optionis affectae etiam perpetuo existant quibus tamen archidiacono, et cantori, ac decano, et thesaurario tam actu, quam pro tempore futuris praefatis uti simul etiam dictae sic erectae cathedralis ecclesiae canonicis infrascripta subsidiaria cura animarum immineat:

De canonicis, eorumque numero.

§. 44. Necnon ex decem actu existentibus, aliisque decem noviter per Nos ut praefertur erectis, viginti canonicatibus, totidemque praebendis, quorum singulis ( prout in dicta sic suppressa collegiata ecclesia hactenus in more fuit ) onus exercendi per hebdomadam subsidiariam curam animarum parochianorum hujusmodi dictae sic erectae cathedralis, quae parochialis ut antea, etiam ut praefertur existat, ecclesiae specialiter incumbat, et ex quorum sexdecim ( demptis illorum quatuor eisdem archidiaconatui, et cantoratui, ac decanatui, et thesaurariatui ut praefertur affectis ) sex per praesentes decernimus futuros esse praesbyterales, inter quos unam theologalem, et alteram poenitentiariam praebendas eadem apostolica auctoritate instituimus; easque, theologalem videlicet Hieronymo etiam Speciale in theologia magistro, dictique Vincentii Patruo; poenitentiariam vero praebendas hujusmodi Sebastiano Samperi quadragesimum nonum, ut accepimus, suae aetatis annum agenti, respective presbyteris, dictaeque sic suppressae collegiatae ecclesiae canonicis dilectis similiter filiis, absque concursu desuper habendo pro hac prima vice tantum, et quoad Sebastianum praefatum sub onere, et obligatione suscipiendi infra annum ex nunc proximum gradum magisterii in theologia praefata, vel doctoratus, aut licentiaturae in decretis in aliqua universitate studii generalis, praevio rigoroso examine, ac alias servatis servandis, et non aliter, ex simili speciali gratia respective conferimus, et de illis etiam respective providemus; volentes tamen, ut imposterum una et altera praebendae supradictae, cum illae per Hieronymi et Sebastiani praefatorum respective obitum vacaverint, praevio concursu ad formam constitutionis felicis recordationis Benedicti pp. XIII. praedecessoris Nostri, quae incipit · *Pastoralis officii ect.* · per futurum, et pro tempore existentem episcopum Nicosiensem presbyteris ut supra in theologiae magisterio praefato, et respective in doctoratu, aut licentiatura in decretis hujusmodi graduatis privative conferri; ac alios quinque diaconales, reliquos vero quinque canonicatus, et praebendas hujusmodi subdiaconales respective dicta apostolica auctoritate declaramus, pro iisdem decem actu existentibus canonicis, aliisque decem ut praefertur dimissis ejusdem sic suppressae collegiatae ecclesiae beneficiatis, quibus ad classem canonicorum praefatorum in vim juris hujusmodi eis ut praefertur concessi, transeundi potestatem faciendo, ipsos de dictis decem sic noviter erectis canonicatibus et praebendis per praesentes respective provisos renunciamus; itaut in iis etiam ut infra suffecti, et in respectiva illorum possessione per eumdem infrascriptum exequutorem immissi simili modo remaneant; et postquam viginti canonicatus et praebendae praedictae deinceps ex eorum respective personis quovis modo vacaverint, pro totidem item presbyteris per futuros et pro tempore existentes episcopum Nicosiensem, ac capitulum et canonicos dictae sic erectae cathedralis ecclesiae alternatim inter eos itidem ut infra eligendis, futuris ejusdem cathedralis ecclesiae ut praefertur erectae canonicis.

De mansionariis.

§. 45. Ac pariter ex decem actu quoque existentibus, necnon ex quatuor etiam ut praefertur noviter erectis, quatuordecim mansionariatibus canonicatibus secundariis ut antea nuncupandis, quorum quatuor in antianitatis ordine priores, harum serie personatuum titulo et denominatione distinguimus, ac decoramus, eorumque primo videlicet sub-cantoris, ac alteri scholae cantus magistri, ac tertio migistri similiter sacra-

-rum caeremoniarum, ac quarto denique caeremoniarum ipsarum submagistri respective munus et officium perpetuo adjungimus, et imponimus, pro decem actualibus mansionariis, et quatuor ipsius sic suppressae collegiatae ecclesiae, dimissis quoque presbyteris choristis, quibus Nos itidem ad tramites secundodictae dimissionis de eisdem choristatibus per eos, ut praefertur, factae, ad mansionariorum hujusmodi gradum ascendendi jus facimus, eosque pariter de dictis quatuor sic noviter erectis mansionariatibus, per easdem praesentes respective provisos, et in illorum respectiva possessione per infrascriptum exequutorem praefatum similiter immittendos, et quoad quatuor ex eorum quatuordecim in dicto antianitatis ordine priores personatorum titulo decoratos, in respectivo eorum sic distincto munere, et officio superius expresso, absque alia declaratione, pari apostolica auctoritate admittendos esse decernimus; deinceps vero, dum ipsi quatuordecim mansionariatus quovis modo ex personis illos tunc respective obtinentium pro tempore vacaverint, pro totidem presbyteris per episcopum quoque, ac capitulum, et canonicos dictae sic erectae cathedralis ecclesiae Nicosiensis pro tempore futuros praefatos, alternatim inter eos similiter ut infra eligendis, futuris ipsius sic erectae cathedralis ecclesiae mansionariis canonicis secundariis, ut praefertur, nuncupandis, quibus omnibus, ut hactenus consueverunt, onus assistendi in altaris ministerio canonicum, seu dignitarium in turno celebrandi existentem, ac etiam in singulis aliis ecclesiasticis functionibus per eum peragendis, ad mensem, sive hebdomadam, juxta ordinem inter eos hucusque servatum specialim incumbat; volentes insuper, quod statim ac praesentes Nostrae literae exequutioni demandatae fuerint, de gremio seu coetu dictorum quatuordecim mansionariorum, duo illorum presbyteri sacramentarii nuncupandi, per capitulum et canonicos supradictos, cum approbatione futuri episcopi Nicosiensis pro sacramentorum administratione in auxilium respectivi canonici praefati curam animarum hujusmodi per turnum sive hebdomadam, ut praefertur, exercentis, semper ac perpetuo assumi, et deputari debeant.

De clericis amovibilibus.

§. 16. Ac demum ex iisdem octo amovibilibus clericatibus actu existentibus, pro illos tunc obtinentibus clericis Jaconelli nuncupatis, ut infra pariter subrogandis, et deinceps, postquam ex eorum personis similiter vacaverint, pro totidem clericis idoneis per pro tempore existentes capitulum et canonicos praefatos tantum eligendis, et ad eorum nutum pariter amovendis, futuris itidem sic erectae cathedralis ecclesiae clericis Jaconelli ut antea nuncupandis.

Novum capitulum, veteri subrogatur.

§. 17. Quod quidem sic constitutum capitulum, et illius quinque dignitates, ac viginti canonicatus, et praebendas, nec non quatuordecim mansionariatus, et ex illis quatuor personatorum titulo, et denominatione decoratos, et octo clericatus hujusmodi, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, ex nunc perpetuo in capitulum, necnon in dignitates, ac canonicatus et praebendas, itidemque in mansionariatus canonicatus secundarios nuncupandos, ac ex illis quatuor in personatus, nec non clericatus, earumque, et illorum nunc, et pro tempore existentes respective possessores in archipresbyterum, et archidiaconum, necnon in cantorem, et decanum, et thesaurarium, itemque in canonicos, et mansionarios canonicos secundarios, et quoad illorum quatuor in ordine antianitatis priores sic decoratos, etiam in personatos nuncupandos, ad demum in clericos Jaconelli sic pariter nuncupandos ejusdem cathedralis ecclesiae Nicosiensis per Nos, ut praefertur, erectae, dicta apostolica auctoritate item perpetuo substituimus, et subrogamus.

Jus optandi ad vacantes praebendas capitularibus conceditur.

§. 18. Admittentes, tam favore quatuor, post archipresbyterum dignitariorum hujusmodi nunc et pro tempore existentium jus gradatim inter eos unam, vel alteram ex illis, quae pro tempore vacaverit, (dimissa prius illa per eos antea obtenta) dignitatem optandi, quam etiam favore dictorum quatuor antiquiorum dictae sic erectae cathedralis ecclesiae canonicorum presbyterorum jus pariter optandi, seu ad illam, seu illas

ex iisdem sic dimissis dignitatibus ascendendi; et quoad ceteros ipsius cathedralis ecclesiae, ut praefertur, erectae canonicos in ordine presbyterorum haud existentes, illis de uno scilicet ad alium ex iisdem sacris sic distinctis ordinibus transeundi facimus potestatem; salvis tamen in reliquis, ac firmis et illaesis remanentibus favore ejusdem capituli, illiusque archipresbyteri, et aliorum quatuor post illum dignitates obtinentium, necnon canonicorum, aliorumque, ut praefertur, subrogatorum dictae sic erectae cathedralis ecclesiae privilegiis, indultis, exemptionibus, immunitatibus, praeeminentiis, insigniis, praerogativis, honoribus, indulgentiis, aliisque gratiis quibuscumque, tam spiritualibus, quam temporalibus, et mixtis, aliisque juribus capitulo, et canonicis dictae collegiatae ecclesiae, ut praefertur, suppressae et extinctae apostolica, vel alia quavis legitima auctoritate concessis, ac etiam de jure, consuetudine, aut alias quomodolibet competentibus (dummodo tamen sint in usu, et revocata non sint, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis non repugnent) in omnibus, et per omnia, perinde ac si collegialitatis status in dicta sic erecta cathedrali ecclesia minime immutatus fuisset.

Distributio servitii choralis a singulis capitularibus praebendi.

§. 19. Et nihilominus capitulo et canonicis novae hujus cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae (attento quotidiano, assiduoque servitio, cui, ut accepimus, laudabiliter obstringuntur) ut ipsi a choro praefato duabus in qualibet hebdomada vicibus (non tamen in diebus festis, sive octavis privilegiatis incidentibus) de vespere tantum, remanentibus caeteroquin eisdem octo clericis Jaconelli, ut praefertur, nuncupatis pro vesperarum et completorii satisfactione, vacare possint; quam pariter, ut singulis diebus dominicis, aliisque per annum occurrentibus festivitatibus, non tamen solemnioribus, in quibus ipsi capitulum et canonici, in fidelium confessionibus excipiendis, sanctissimaque eucharistia frequenti populo ministranda plurimum sunt implicati, matutinum et laudes, post absolutas vesperas, et completorium diei praecedentis, anticipare libere, et licite valeant, plenam eis per praesentes concedimus facultatem.

Admissio non nullorum cappellanorum ad chori servitium.

§. 20. Ac praeterea, ut numerus ministrorum in dicta cathedrali ecclesia, ut praefertur, erecta major etiam appareat, dilectis quoque filiis duobus tam modernis, quam pro tempore extituris earumdem sanctae Crucis, et sanctissimi Salvatoris parochialium ecclesiarum respective cappellanis praefatis, quorum electio ad ipsos capitulum et canonicos dictae sic erectae cathedralis ecclesiae, ut hactenus, etiam in posterum, ut infra, spectabit, locum, quo de praesenti gaudent in choro, necnon in processionibus, aliisque publicis functionibus dictae sic suppressae collegiatae ecclesiae, etiam post exequutam ipsius cathedralis ecclesiae erectionem per easdem praesentes factam hujusmodi, in illius pariter choro praefato, atque in similibus processionibus, aliisque functionibus de more, vel consuetudine deinceps faciendis, gratiose praeservamus, et quatenus opus sit, eis locum ipsum perpetuo de novo tribuimus, et assignamus.

Concessio vestium insignium juxta gradum capitularium.

§. 21. Ut autem postremo capitulum sic erectae cathedralis ecclesiae, postquam praesentes Nostrae literae exequutae fuerint, ut praefertur, splendidius, prout meretur, evadat, eisdem archipresbytero, et archidiacono, ac cantori, et decano, ac thesaurario, necnon singulis viginti canonicis nunc, et pro tempore extituris praefatis, ut indultum, quo ipsi ab usque dictae sic suppressae collegiatae ecclesiae fundationis tempore ex apostolica concessione, ut praefertur, gaudent; deferendi scilicet cappam-magnam sericam violacei coloris praedicti, cum eisdem pellibus armellinis, ac palmatoriaa usum praefatum, firmum semper ac perpetuo eorum favore remaneat; et quoad archipresbyterum praefatum tantum, videlicet, ut ipse, sive in ejus absentia, quacumque de causa occurrat, dignior ejusdem capituli, qui eum per ordinem sequitur, baculum argenteum, in publicis processionibus solummodo, gestare.

Idem pro cappellanis locum habentibus in choro.

§. 22. Duobus vero supradictarum sanctae Crucis, et sanctissimi Salvatoris parochialium ecclesiarum respective cappellanis praefatis locum

in dicto choro, ut praefertur, habentibus, et duplicis mozzetae usu praefato gaudentibus, ( firma eis pariter utraque remanente ) ut ipsi similem canonicorum praefatorum cappam magnam violacei coloris cum pellibus armellinis antedictis.

Idem pro mansionariis secundariis.

§. 23. Quatuordecim denique mansionariis canonicis secundariis, ut praefertur, nuncupatis ( firma similiter eorum favore remanente duplici quoque almutia praedicta, qua de praesenti etiam ntuntur ) ut ipsi rocchetum de caetero, et cappam itidem magnam violacei coloris hujusmodi, pellibus tamen leoncophaei, vulgo di varo nuncupatis, cinerei coloris subsutam; et quoad illorum quatuor in ordine antianitatis priores personatorum titulo decoratos tantum, etiam cingulum sive fasciam sericam dicti violacei coloris, tam in dicta cathedrali ecclesia, ut praefertur, erecta inter missarum, matutinorum, vesperarum, aliorumque divinorum officiorum celebrationem, quam extra eam, ac tam in iisdem processionibus, quam aliis actibus capitularibus, et functionibus quibuscumque publicis et privatis, etiam extra civitatem Nicosiensem praefatam, ac ubique locorum, etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis, ac etiam in praesentia ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium etiam de latere legatorum, vice-legatorum, archiepiscoporum, episcoporum, et aliorum quorumcumque, quibusvis anni temporibus, ac diebus respective deferre, ac etiam gestare, illisque respective uti, libere et licite possint et valeant, et quilibet eorum valeat, ( octo clericis Jacouelli, ut praefertur, nuncupatis cum simplici veste talari, et cingulo rubei respective coloris, et superpelliceo, ut antea, remanentibus ) eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, atque indulgemus.

Concessio usus suppedanei cum postergali, vulgo sogghetta

§. 24. Rursum vero easdem quinque dignitates respective obtinentibus, ac viginti canonicis dictae sic erectae cathedralis ecclesiae in turno celebrationis missarum solemnium pro tempore extituris, usum, quem de praesenti habent in celebratione praedicta, lignei videlicet suppedanei cum postergali, vulgo in illis partibus sogliettu nuncupati, tribus gradibus elevati, et lanea culcitra cooperti, simili modo praeservamus, eisque respective etiam perpetuo confirmamus.

Creatio novae dioecesis Nicosiensis.

§. 25. Hac caeterum totali supradicti capituli nova constitutione praemissa, ad hoc ut propria dioecesis eidem pro tempore futuro episcopo Nicosiensi Herbitensi, ut praefertur, nuncupando efformari, et statui possit, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, primodictam videlicet Nicosiam in civitatem episcopalem per Nos, ut praefertur, erectam, ac aliam Alimena, ac aliam Capizi, ac aliam Bronte, ac aliam Cerami, ac aliam Cesarò, ac aliam Maletto, ac aliam Gagliano, ac aliam Gangi, ac aliam Santo Mauro, ac aliam Castelbuono, ac aliam Petralia Soprana, ac aliam Petralia Sottana, ac aliam Gerace, ac aliam Resottana, ac aliam Sperlinga, ac aliam Santo - Todaro, ac aliam Troina, ac reliquam terras Villadoro respective nuncupatas, cum duobus exiguis pagis vulgo Casali Marianopoli, et de Bonpietro etiam, ut praefertur, respective nuncupatis a praefata archiepiscopali ecclesia, et dioecesi Messanensi per Nos, ut praefertur, dismembratas, divisas, et separatas, ac in eisdem terris, et respective pagis hujusmodi, ut praefertur, consistentes et consistentia, parochiales, collegiatas, et alias ecclesias, monasteria ( non tamen exempta ) praepósituras, praepositatus, prioratus, conventus, et alia quaecumque, quotcumque, et qualiacumque, cum cura et sine cura, saecularia, et quorumvis ordinum regularia beneficia ecclesiastica, etiamsi saecularia, videlicet canonicatus et praebendae, dignitates, personatus, administrationes, et officia etiam curata, et electiva, etiam in collegiatis, aliisque ecclesiis, regularia vero beneficia hujusmodi, praepositatus, praepositurae, dignitates etiam conventuales, personatus, administrationes, et officia etiam claustralia, cappellaniae, et cappellae sint, et ad dignitates, prioratus, praepositatus, et praeposituras hujusmodi consueverint, qui per electionem assumi; omniumque pariter, et singularum terrarum, et pagorum hujusmodi

utriusque sexus personas, habitatores, et incolas tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos quoscumque, cujuscumque status, gradus, ordinis et conditionis existant, ut praefertur, ab ordinaria ipsius pro tempore existentis archiepiscopi Messanensis jurisdictione, potestate, et superioritate sic sejunctos et exemptos, novae ecclesiae episcopali Nicosiensi Herbitensi ut praefertur nuncupandae, illiusque futuro praesuli pro suis civitate, territorio, dioecesi, clero, et populo dicta apostolica auctoritate perpetuo quoque concedimus, et assignamus, ac respective ordinariae ipsius pro tempore futuri episcopi Nicosiensis jurisdictioni, potestati, et superioritati, ita quod liceat personae eidem ecclesiae Nicosiensi Herbitensi sic pariter nuncupandae, tam nunc a primaeva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutae in episcopum praeficiendae, per se, vel per alium, seu alios, ejus nomine, veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi regiminis, et administrationis spiritualis, et omnimodi juris dioecesani in primodicta Nicosia in civitatem episcopalem per Nos, ut praefertur, erecta, ac in omnibus aliis superius expressis terris, et pagis propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam hujusmodi perpetuo retinere, ejusdem pro tempore existentis archiepiscopi Messanensis, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, pari apostolica auctoritate similiter perpetuo supponimus, atque subjicimus. Itemque futuro episcopo pro tempore Nicosiensi praefato pro sui commoda, ac sufficienti habitatione satis amplum ac decens palatium prope dictam cathedralem ecclesiam, ut praefertur, erectam existens, eique pariter prope contiguum, alias studiorum collegium, in ecclesiasticum puerorum episcopale seminarium convertendum, sumptibus utrumque, sicut etiam accepimus, supradicti senatus, et universitatis Nicosiensis ad id expresse acquisitum, atque donatum; necnon summam annuam septingentorum, et quinquaginta ducatorum monetae Neapolitanae ab eadem universitate, sive civico consilio, senatuque praefatis, ex ipsius civitatis Nicosiensis bonorum redditibus pro dicti seminarii episcopalis efficienda dotatione, vigore perpetuae ab eis, cum annuentia dicti Ferdinandi regis, ut similiter accepimus, factae obligationis oblatam, atque dimissam, et in seminarii praefati manutentionem ab ipso pro tempore futuro episcopo Nicosiensi integraliter erogandam, apostolica auctoritate praefata respective perpetuo quoque attribuimus, et assignamus.

§. 20. Cupientes vero praedictae episcopali ecclesiae Nicosiensi per Nos, ut praefertur, erectae de congrua firmaque pariter dotatione providere, unde primo futurus ejus, et pro tempore existens episcopus praefatus decenter valeat suam tueri dignitatem, motu, scientia, et potestatis plenitudine hujusmodi, mensae episcopali Nicosiensi praefatae tria ex dictis sexdecim ad ipsam civitatem Nicosiae legitime spectantibus pinguiora feuda, unum videlicet La-Grassa, ac aliud Malfettano, ac reliquum Santa-Venera respective nuncupata, in tot terrenis, juxta notissimos eorum confines in infrascripto instrumento, cum respectiva illorum per peritos facta mensuratione descriptos consistentia, et ab omni onere, canone, hypotheca particulari, et caducitate prorsus libera et exempta, quae supradictae civitatis Nicosiensis universitas, sive civicum consilium, senatusque praefati ex praescripto ejusdem congregationis consistorialis, ac cum simili praefati Ferdinandi regis annuentia, loco annuae assignationis trium millium et sexcentorum ducatorum dictae monetae ex annuo quodam censu, quem regia Siciliae camera in majori summa eidem universitati persolvit, jam antea perpetuo factae, minime tamen ab ipsa congregatione probatae, sub die octava proxime elapsi mensis januarii, in vim regiae denuo factae jussionis, coactis eorum comitiis, favore novae mensae episcopalis praefatae solemniter, et irrevocabiliter cesserunt, et donarunt, atque in plenum, liberumque dominium, et proprietatem ipsius pro tempore futuri episcopi Nicosiensis Herbitensis, ut praefertur, nuncupandi, cum omnimoda etiam facul-

Dotatio mensae episcopalis

tate, et potestate praedicta tria feuda sic donata suo libito locandi, dislocandi, sive illa per se, suaeque mensae episcopalis prafatae administratores, seu factores, et agentes excolendi, solemniter, ac perpetuo transtulerant, prout in instrumento per acta dilecti quoque filii Petri Vinciprova publici, regiique notarii Nicosiansis rogato, et ad urbem fideliter transmisso, in quo praeclare, ac facile demonstratum appacet, tria feuda sic donata nedum praedictam triummillium et sexcentorum ducatorum hujusmodi summam singulis annis firmissime reddere, sed illam jam nunc in actuali eorum respectiva conductione temporanea facta, in summa aliorum septuaginta ducatorum similium annuatim excedere, eoque plus (attenta terrenorum hujusmodi optima qualitate) renovatis locationibus, dare posse tempore procedente, plenius continetur, apostolica auctoritate praefata, itidem perpetuo applicamus, unimus, et appropriamus.

Dotatio mensae capitularis

§. 27. Simili modo, ut capitularis quoque mensa dictae cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae in praedicta status immutatione ordinetur, et stante numeri dignitatum, ac canonicatuum et praebendarum, necnon mansionariatuum augmento, ut praefertur, facto, singulis eas, et eos pro tempore obtinentibus, aeque pro respectivo munere, atque onerum eis, et eorum cuilibet respective incumbentium supportatione, nova fiat redditumm distributio, hinc (confirmata prius, et praeservata remanente supradicto archipresbytero nunc et pro tempore existenti eadem particulari mensa, ejusque annuali separato reddita centum et quinquaginta unius ducatorum dictae monetae, ex quibus tamen summam octodecim ducatorum hujusmodi in cumulo, seu communi massa capitulari pro distributionibus quotidianis annuatim conteibuere, ac deponere teneatur, praeter incerta stolae ad archipresbyteratum hujusmodi privativa spectantia) ex integrali, et, deductis omnibus oneribus, annuo libero reddita domorum millium nonigentorum et quinquaginta quatuor ducatorum dictae monetae, quibus ipsa capitularis mansa constituta dignoscitur; unam videlicet sexaginta quinque ducatorum parium quatuor post archipresbyterum dignitates obtinentibus antedictis, pro annua tamen rata archidiacono scilicet viginti, cuilibet vero ex cantore, ac decano, et thesaurario praedictis quindecim ducatorum similium aequaliter; ac aliam mille quadringentorum et quadraginta ducatorum parium viginti canonicis supradictis, pro aequali itidem cuilibet eorum annuali rata triginta sex pro praebenda, et aliorum triginta sex ducatorum hujusmodi pro distributionibus quotidianis; ac aliam vigintiquatuor ducatorum parium unam et alteram theologalem nempe, et poenitentiariam praebendas sic institutas praefatas pro tempore respective obtenturis, pro aequali etiam annua rata duodecim ducatorum similium eorum utrique; ac aliam quingentorum et octoginta ducatorum monetae praedictae quatuordecim mansionariis canonicis secundariis, ut praefertur, nuncupatis, pro annua similiter rata, cuilibet videlicet ex illorum quatuor personatorum titulo decoratis duodecim pro praebenda, et aliorum triginta trium ducatorum monetae paris pro similibus distributionibus quotidianis; cuilibet vero ex reliquis decem simplicibus mansionariis canonicis itidem secundariis nuncupatis, pro aequali respectiva annua rata decem pro simili praebenda, et aliorum triginta ducatorum monetae hujusmodi pro eisdem distributionibus; ac reliquam respective summas centum et quadraginta quatuor ducatorum dictae monetae octo clericis Jaconelli nuncupatis praefatis, pro aequali cuilibet eorum annua rata octodecim ducatorum similium, per eos, et eorum quemlibet respective percipiendas, apostolica auctoritate praefata similiter perpetuo addicimus, et assignamus.

Dispositionem pro manutentione fabricae, et sacrarii.

§. 28. Hac vero singulis annis, ex integrali summa praefata, assignationum hujusmodi facta deductione, de superextantibus septingentis et uno ducatis paribus, sicuti etiam de aliis sexcentis circiter ducatis ejusdem monetae ex fidelium eleemosynis praefatae ecclesiae sancti Nicolai in cathedralem ecclesiam, ut prae-

fertur erectae, unò pro altero computato anno, obvenire solitis, liberum erit capitulo et canonicis nunc et pro tempore existentibus antedictis in fabricae, vel sacrarii, ac inservientium, et ministrorum ipsius cathedralis ecclesiae, ut praefertur, erectae manutentionem, ac stipendia disponere, aut alias in iis utilitatis objectis illos erogare, quae eis visa fuerint necessaria.

De divisione distributionum quotidianarum.

§. 29. Ad quem quidem effectum eisdem capitulo, et canonicis praefatae sic erectae cathedralis ecclesiae nunc, et pro tempore existentibus, ut ipsi capitulariter congregati, pro novo ejusdem sic erectae cathedralis ecclesiae, illiusque chori, eorumque rerum et jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero, felicique regimine, gubernio, ac directione, atque onerum eis respective incumbentium supportatione, divinorum officiorum, funeralium, anniversariorum, et missarum omnium, etiam quoad numerum illarum inter capitulares partienda, et respective imponenda celebratione, necnon singularum processionum, praesertim solemniorum in diebus sanctissimi corporis Christi, ac rogationum, et in festo principali ejusdem sancti Nicolai praedictae civitatis, ut praefertur, patroni, in quibus universus clerus tam saecularis, quam regularis ad dictam sic erectam cathedralem ecclesiam accedere, et de illa sub unica ejus cruce processionaliter egredi, ac juxta ordinem praecedentiae de novo praescribendum, ante ipsum cathedrale capitulum procedere, et ad ipsam pariter cathedralem ecclesiam sic revertere debeat, dispositione; dictarumque distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, et divisione; ac poenarum per absentes, et divinis officiis praefatis suis loco et tempore non interessentes, seu onera, et ministeria praefata eis, et eorum cuilibet incumbentia subire negligentes incurrendarum incursu; ac singulorum praesentiis, et absentiis notandis; caeremoniis, et ritibus in dicta sic erecta cathedrali ecclesia, illiusque choro, capitulo, processionibus praefatis, et aliis actibus hujusmodi servandis, ac quibusvis aliis rebus in praemissis, et circa praemissa quomodolibet necessariis et opportunis, quaecumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta, licita tamen et honesta, ac constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini minime adversantia, ac sub praesidentia, inspectione, examine, et respectiva approbatione futuri episcopi Nicosiensis praefati, seu infrascripti apostolici vicarii, donec et quousque dicta episcopalis ecclesia ut praefertur erecta post infrascriptam ipsarum praesentium exequutionem hujusmodi de primo suo praesule provisa non fuerit, edere, atque edita declarare, et interpretari, ac in meliorem formam redigere, et reformare, seu alia de novo, et ex integro, eisdem tamen sacris canonibus, praefatisque constitutionibus, et decretis concilii Tridentini praefati non contraria, ac ut praefertur, per ipsum futurum episcopum, seu vicarium infrascriptum hujusmodi similiter examinanda, et approbanda, ac per eos, ad quos nunc spectat, et pertinet, ac pro tempore spectabit, et pertinebit inviolabiliter observanda sub poenis in contrafacientes statuendis, pariter edere, libere et licite valeant, plenam, liberam, et omnimodam facultatem, potestatem, et auctoritatem, eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo concedimus, et impartimur.

Jus nominandi episcopum regi Siciliarum conceditur.

§. 30. Jam vero, singulis, quae cathedralis, et episcopalis ecclesiae ut praefertur erectae constitutionem spectant, sic per Nos plenarie dispositis, pro illorum tamquam coronide, supradicto Ferdinando regi, ejusque in regno utriusque Siciliae praefatae successoribus regibus jus nominandi infra tempus a jure praefixum ad episcopalem ecclesiam Nicosiensem Herbitensem nuncupandam per Nos erectam hujusmodi, tam hac prima vice a primaevis illius erectione et institutione praefatis pastoris solatio destitutam, quam deinceps, quoties eam pro tempore quomodolibet, non tamen apud Sedem apostolicam, simili pastoris solatio destitui contigerit, personam idoneam per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem ad nominationem hujusmodi eidem ecclesiae Nicosiensi Herbitensi sic nuncupandae

in episcopum praeficiendam, quae tamen ad urbem pro impetranda Sedis apostolicae provisione de more accedere teneatur, eisdem prorsus modo, et forma, quibus ad alias in eodem Siciliae regno ultra Pharum existentes ecclesias ipsi utriusque Siciliae reges ex simili Sedis apostolicae concessione hactenus nominare consueverunt eadem apostolica auctoritate, ipsarum tenore praesentium similiter perpetuo reservamus, concedimus, et assignamus; dictumque jus nominandi regium existere, eidemque Ferdinando regi, ejusque successoribus regibus praefatis ex Nostra concessione hujusmodi competere, illudque vim, essentiam, qualitatem, validitatem, et roboris firmitatem juris nominandi regii hujusmodi obtinere, ac uti tale sub quacumque derogatione, etiam cum quibusvis efficacioribus, et efficacissimis clausulis, et decretis, in quacumque dispositione, etiam per viam constitutionis, legis, regulae cancellariae apostolicae, aut alias quomodocumque facta, nullatenus comprehendi, nequo illi ullo unquam tempore, et ex quavis causa derogari posse decernimus.

*Jurisdictio episcopi praefinitur.*

§. 31. Futuro autem, ac pro tempore existenti episcopo Nicosiensi Herbitensi, ut praefertur, nuncupando, praefato videlicet, jus aliud privative quoad omnes de capitulo supradicto, conferendi, praevio tamen concursu praefato per eumdem episcopum, ut praefertur, habendo, tam archipresbyteratum praedictum, quam unam et alteram theologalem nempe, et poenitentiariam sic institutas praebendas praefatas, postquam tamen is, et illae ex supradictorum illius, et illarum primorum possessorum respective personis vacaverint; onus tamen injungentes personae de dicto archipresbyteratu pro tempore sic provisae dumtaxat, ut ipsa novam ejusdem archipresbyteratus provisionem infra sex menses ex tunc proximos ab apostolica Sede praefata impetrare, literasque apostolicas desuper expedire teneatur.

*Idem ut supra exercenda tamen una simul cum capitulo.*

§. 32. Ac tam eidem pro tempore futuro episcopo Nicosiensi, quam capitulo et canonicis ipsius cathedralis ecclesiae, ut praefertur, erectae nunc et pro tempore existentibus praefatis aliud etiam jus alternatim inter eos (sede autem episcopali Nicosiensi, ac etiam hac prima vice a primaeva illius erectione vacante, et donec ipsa ut praefertur vacaverit, ipsis capitulo et canonicis tantum) eligendi personas itidem idoneas, tam ad viginti canonicatus et praebendas praefatas, quam ad singulos quatuordecim mansionariatus canonicatus secundarios sic nuncupatos hujusmodi, quandocumque post earumdem praesentium exequutionem quovis modo ex personis illos nunc respective obtinentium etiam in vim praedictae optionis vacaverint; in illis tamen per eumdem pro tempore futurum episcopum semper et perpetuo instituendas.

*De jure privativo capitali.*

§. 33. Privative denique capitulo et canonicis nunc et pro tempore existentibus supradictis, ut antea, peculiare jus eligendi, tam octo clericos praefatos Jaconelli, ut praefertur nuncupatos, et ad eorum nutum amovibiles etiam deinceps extituros, quam unum et alterum earumdem sanctae Crucis, et sanctissimi Salvatoris parochialium ecclesiarum perpetuos respective cappellanos curatos praedictos, per ipsum tamen futurum pro tempore episcopum Nicosiensem in qualibet cappellaniarum hujusmodi vacatione, et respectiva electione, praevio consueto examine approbandos, et idoneos repertos, in illis respective instituendos, eadem apostolica auctoritate perpetuoque respective reservamus, eisdemque futuro, et pro tempore existentibus episcopo, ac capitulo, et canonicis Nicosiensibus, ut ipsi jus praefatum eis respective reservatum libere, et licite exercere possint et valeant, dicta apostolica auctoritate etiam concedimus, atque indulgemus.

*Dispositiones provisoriae circa archipresbyterum, et vicarium apostolicum Nicosiensem.*

§. 34. Ac ne, postquam erectio dictae cathedralis ecclesiae per Nos ut praefertur facta debitae executioni demandata fuerit, donec et quousque de primo suo praesule illa provisa non sit, absque uno capite, ac rectore remaneat, qui necessitatibus ipsius ecclesiae instanter provideat, Nos propterea huic deficientiae supplere, ac singulis, quae ob id evenire possent, incomodis obviam ire volentes, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, su-

praedictum Franciscum La Motta modernum ipsius collegiatae ecclesiae, ut praefertur, suppressae archipresbyterum in eodem archipresbyteratu dictae cathedralis ecclesiae Nicosiensis per Nos etiam, ut praefertur, erectae subrogatum, et de cujus literarum scientia, vitae munditia, honestate morum, spiritualium providentia, et temporalium circumspectione fide digna testimonia perhibentur, in vicarium apostolicum Nicosiensem ipsarum tenore praesentium specialiter et expresse constituimus, et deputamus: eique ut omnia et singula, quae ordinariae jurisdictionis sunt, vice et loco futuri episcopi Nicosiensis praefati, donec, et quamdiu dicta episcopalis ecclesia per Nos, ut praefertur, erecta primo suo pastore caruerit, in ecclesia, civitate, et dioecesi Nicosiensi praefatis libere et licite facere, disponere, statuere, et ordinare possit et valeat, plenam, et omnimodam facultatem, et potestatem, eadem apostolica auctoritate tribuimus, atque elargimur.

Clausulae salutares, et irritantes. §. 33. Necnon praesentes Nostras literas semper et perpetuo validas et efficaces esse et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus et singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum, firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo quod causae, propter quas eaedem praesentes emanarunt, adductae, verificatae, et justificatae non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis, aut intentionis Nostrae, seu quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu; seu etiam ex eo quod in praemissis, eorumque aliquo, solemnitates, et quaevis alia servanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint; aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, aut statuto, val consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, totalisque laesionis, aut quocumque alio colore, praetextu, aliaque ratione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, juridica, legitima, pia, privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam et terminos juris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, et impetrato, vel emanato, quempiam uti, seu se juvari in judicio, et extra illud posse, neque easdem praesentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariae apostolicae praefatae regulas quandocumque, etiam in crastinum assumptionis Nostrae, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis, etiamsi in eisdem praesentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, editas, et imposterum edendas, comprehendi, sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas esse et fore; sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac praefatae Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictaeque Sedis nuncios praefatos, aliosve quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, praerogativa, ac privilegio fungentes, ac honore, et praeeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi fa-

cultate, et auctoritate in quacumque judicio, et in quacumque instantia, judicari, et definiri debere; et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane etiam decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 36. Non obstantibus Nostra, et cancellariae praefatae regula de jure quaesito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, dismembrationes, et uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri, et ab ecclesiis membra distingui, ac dividi prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictaeque Messanensis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine hujusmodi pro tempore concessis, et concedendis; quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, etiam inserti forent, eisdem praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime, ad praemissorum validissimum effectum, specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide, hac vice dumtaxat, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Deputatio executorum apostolicorum.

§. 32. Avendo procurato con savie discipline distruggere gli abusi, che minavano semprepiù le fondamenta di questa fra le principali manifattuce della Nostra capitale, ed avendo non meno consultato all' incremento ed alla perfezione della medesima, crediamo concorde e proprio dell' istituto Nostro in questa circostanza rivolgere ancora le sovrane sollecitudini ad altro ramo d' industria, i cui frequentissimi, e frandolenti risultati riverberano cotanto sulla classe de' men facoltosi. La malizia umana sempremai ingegnosa all'altrui danno, ha saputo inventare una costruzione di materassi meritevole della più alta riprovazione. Si trovano questi alcuna volta mescolati nell' interno con lana e pelo di bue, altri di solo pelo di bue e simili, altri ne' lati, e nelle cuciture artificiosamente composti di lana nuova e nell' interno di lana vecchia, altri nel d' intorno di lana lunga, e nel mezzo di lana corta, altri di lana, o caperchio, ed altri finalmente di altre fraudi accompagnati, e guasti. Volendo quindi Noi efficacemente provvedere a cosiffatti disordini sottoponendone i venditori ad una continua vigilanza, abbiamo estimato non potersi questa meglio affidare, sotto la consueta dipendenza del camerlengato cui sono privative le arti e manifatture, che alla rappresentanza del collegio dei fabbricatori, de' drappi di lana per la cui materia prima esattamente collima nelle relative operazioni. Ordiniamo adunque in primo luogo, che tutti i venditori indistintamente di materassi, debbano da ora innanzi essere soggetti alla enunciata rappresentanza del collegio. L' ispettore generale, e i deputati del collegin dopo la pubblicazione della presente cedola di moto proprio dovranno visitare cotesti materassi, e trovandoli mescolati con pelo di bue ed altro simile faranno immediatamente separare dalla lana il detto pelo, e questo faran gettare al Tevere: che se rinvenissero di quei costruiti con la lana nuova e vecchia per qualunque modo framministe, dovranno ingiungere nel momento la separazione di queste da quelle, onde si costruiscan sempre, e senza modificazinne alcuna materassi di lana nuova assoluta, o di sola lana vecchia.

I rappresentanti visiteranno i materassi, e trovandosi pelo di bue lo faranno gettare al Tevere.

I venditori de' materassi nel termine di un mese debbono riportare una licenza sottoscritta dal cardinal protettore, e dai rappresentanti del collegio

Tutti i venditori di materassi dovranno nel termine di nn mese riportare una licenza sottoscritta dal cardinal protettore, dall' ispettore generale, e dai deputati senza la quale resta lor proibito di vendere, o far commercio di materassi. Ed a questa disposizione saranno sottoposti per il tratto successivo coloro, che vorranno commerciare in questo genere. I contraventori saranno puniti con nna multa di scudi dieci.

Pena contro i trasgressori.

Proibizione di costruire materassi con pelo di bue.

Non si potranno d' ora innanzi costruire in conto alcuno per vendere materassi con pelo di bue, e molto meno frammischiarsi con la lana.

I materassi debbono essere o tutti di lana nuova, o tutti di lana

I materassi dovranno essere o tutti di lana nuova, o tutti di lana vecchia, o finalmente di tutto pelo di capra.

vecchie o di tutto pelo di capra. Pene in caso di contravvenzione. Chiunque costruisse per vendere, o vendesse materassi con pelo di bue, o altro simile, ovvero di lane nuove mescolate colle vecchie, ed ambedue queste qualità con il pelo di capra, incorrerà nella pena di scudi cinque per materasso, ed anche del carcere per un mese, se sia recidivo.

§. 35. Le quali disposizioni, ed ordini contenuti in questa cedola di moto proprio, e quei non meno del precedente dei 10. settembre 1816, che al presente non si oppongono, dovranno aver il loro pieno effetto, siccome si prescrisse da Noi nell' articolo 34. del citato moto proprio, dando inoltre facoltà al cardinal camerlengo di aggiungere, ove si riconosca il bisogno nel tratto successivo, dei regolamenti e norme disciplinari conducenti alla costantemente voluta perfezione dei drappi di lana, analogamente però sempre alle massime, e principj da noi stabiliti.

Clausole derogatorie. Volendo, e decretando, che alla presente Nostra cedola di moto proprio benchè non esibita, nè registrata in camera, e ne' suoi libri non possa mai darsi, ne' opporsi di surrezione, o orrezione, nè di alcun altro vizio o difetto della nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri pretesti quantunque validi, validissimi, e giuridici anche di *jus quesito*, o pregiudizio del terzo, possa essere impugnata, o moderata, o rivocata, ridotta *ad viam juris*, o concedersi contro di essa l' aperizione *oris*, o altro qualunque rimedio, e così, e non altrimenti debba sempre, ed in perpetuo giudicarsi, definirsi ed intepretarsi da qualunque siasi tribunale, congregazione ancorchè di reverendissimi cardinali, rota, camera, e qualunque altra autorità, benchè degna d' individua, speciale, e specialissima menzione, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpretare in contrario. Dichiarando Noi fin d' adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità, scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse giudicare contro la forma, e disposizione della presente nostra cedola di moto proprio, quale vogliamo, che vaglia, e debba aver sempre, ed in perpetuo il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottosottoscrizione, benchè non vi siano state chiamate, sentite, o citate qualsisieno persone, ancorchè privilegiate privilegiatissime, ecclesiastiche, o luoghi pii, che avessero, o pretendessero avervi interesse, e che per comprenderle fosse bisogno di special menzione: non ostante la bolla di Pio IV. *de registrandis*, la regola della nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, e non ostante ancora tutti, e qualsisieno chirografi, brevi, ordinazioni, e costituzioni nostre apostoliche, e de' nostri predecessori, bandi, editti, in virtù di essi in qualunque modo emanati, affissi, e pubblicati, leggi, statuti, riforme, stili, e consuetudini, e qualunque altra cosa che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali, tutte, e singole avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, e supplendo colla pienezza della Nostra potestà pontificia ad ogni vizio, o difetto, quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire per questa sola volta, e per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nella presente nostra cedola di moto-proprio ampiamente, ed in ogni più valida forma deroghiamo.

Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo dì 1. aprile 1817.

Pius PP. VII.

Esecuzione del chirografo. Mentre pertanto deduciamo a notizia del pubblico le sovraespresse pontificie disposizioni per la più rigorosa osservanza, non ommettiamo comandare adesivamente alle medesime le seguenti ordinazioni.

Alla publicazione dal presente sarà aperto l'ufficio del bollo, e revisione dei drappi di lana, stabilito attualmente in piazza di Branca numero 27., e contemporaneamente avranno pieno effetto le relative operazioni. Inculchiamo quindi ai ministri incaricati di questa gelosa azienda ad essere imparziali e scrupolosi esecutori dei sovrani voleri.

Otto giorni dopo la promulgazione sarà rotto, e disfatto il bollo di tolleranza nel modo, e forma pro-

scritto all' articolo 25. della precedente cedola di moto-proprio dei 10. settembre 1816.

Questo intervallo alla rottura del bollo di tolleranza viene da Noi determinato al solo oggetto di potere eseguire le ordinazioni dell' articolo 27. relativamente ai drappi di lana delle fabbriche dello stato ora esistenti in Roma, per la qual cosa tutti i mercanti, e venditori di pannine, che avessero nelle loro botteghe i drappi suddetti, dovranno nel perentorio termine di giorni quattro darne l' assegna nella segreteria dell' uditorato del camerlengato: onde possiamo quindi Noi ordinare che siano muniti con il bollo di tolleranza nei consecutivi quattro giorni senza alcuna verificazione, del pari che è stato eseguito per i drappi di lana di fabbricazione romana trovati in lavorazione, ed in comercio alla publicazione del ricordato moto proprio dei 10. settembre 1816.

Richiamando fin d' ora l' articolo 7. del bando sopra l' agricoltura, pubblicato da Noi li 23 settembre 1815. a norma di ciò che dispone Sua Beatitudine nell' articolo 30. del presente moto proprio, per quello che ne concerne la presente libertà di qualunque sensale dell' arte agraria a potersi immischiare nelle compre e vendite delle lane tanto in natura che lavorate, e ridotte in drappi; ci riserbiamo prossimamente promulgare i regolamenti quivi prescritti dalla Santità Sua.

Chiunque intanto dei medesimi sensali, che voglia ottare ed esser prescelto a questo incarico, dovrà esibire nella Nostra segreteria con le relative istanze i seguenti documenti; 1. La patente dell' agricoltura; 2. una fede di buoni costumi: 3. un' attestato dell' ispettur generale e deputati dei fabbricatori dei drappi di lana, che giustifichino amplamente la più estesa perizia sulle lane tanto in natura che ridotte in drappi (di cui potranno assicurarsi ancora col mezzo di analoghi esperimenti), non meno che l' onestà comprovata nei contratti e il molto credito nella piazza.

Cadaun fabbricatore dei drappi di lana ed altri cui si appartenga e si riferisca l'osservanza della presente cedola di moto proprio, dovrà imporsi il più indeclinabile dovera di corrispondere a questa sovrana beneficenza, che nel volere la perfezione di questa manifattura, altro non vuole con tante sue clementi sollecitudini che il publico vantaggio e il vero bene de' suoi amatissimi sudditi. Avverta pertanto ciascuno di conformarvisi con la più pronta obbedienza, ed esattezza per non obligarci alla punizione, che severamente sarebbe la conseguenza della più leggiera trasgressione, e sia del pari prevenuto che non verrà ammesso alcun pretesto di supposta esenzione, nè alcun reclamo in contrario.

Ed il presente Nostro editto publicato ed affisso che sia ne' soliti luoghi di questa capitale obbligherà ognuno, come se gli fosse stato personalmente intimato.

Dato in camera apostolica li 21 aprile 1817.

B. card. Pacca camerlengo di s. Chiesa.

Domenico Atanasio uditore

Luigi Salvatori segretario, e cancelliere della R.C.A.

Die, mense, et anno quibus supra, supradicta cedula motus proprii, affixa, et publicata fuit ad valvas curiae Innocentianae, et in acie Campi Florae, ac in aliis locis solitis, et consuetis urbis per me Vincentium Benaglia apost. curs.

Felix Castellacci mag. curs.



Dat. die 14. aprilis 1817 anno XVIII.

## DCCXXIV.

Allocutio habita in consistorio secreto diei xiv. aprilis MDCCCXVII.

### Pius PP. VII.

Venerabiles fratres

Quo sensu Nos affecerit tristis de obitu carissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Franciscae Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae nuntius, opus non est, venerabiles fratres, ut pluribus vobis declaremus. Vobis enim ipsis ignotum non est in praestantissima, quam amisimus, regina, christianarum virtutum semina vel a prima se adolescentia explicavisse, quae late in dies germinantia, saluberrimos ex omni parte fructus postea ediderunt. Exarsit enim cum rerum potita est catholicae religionis colendae, propagandaeque zelo, mirificam exercuit in subditos sibi populos charitatem, spirituali, ut omnia uno verbo complectamur, ac temporali eorum lem bono, maxima sempercura, et assiduitate consuluit. Hinc factum est, ut felicis recordationis praedecessor Noster Pius VI. illam exemplo verae virtutis in omni posteritate futuram asserere non dubitaverit. Sapientissimi pontificis judicium eventu comprobatum esse testantur magnifica templa regio sumptu ab eadem erecta, et liberalissime ditata; aedesque sacrae Salesianis monialibus attributae, ut adolescentulas ad pietatem instituant, et ad omnem civilem cultum informent: testantur magistratus creati, ut sontium carceribus inclusorum curam gerant, et miseram eorum sortem, quantum fas est, mitigent, aliaque id genus plura, quae praeterimus, quod omnium sermonibus celebrata sint, atque etiam nunc celebrentur. Silentio tamen praeterire non possumus constans propositum, quo regina Sedis apostolicae observantissima diligenter cavit, ne quid unquam fieret, quod conventionis a se cum praedecessore Nostro Pio VI. habitae articulos vel minimum laederet. Nihil enim magis optabat, quam ut eadem Sedes apostolica, et Lusitaniae regnum perpetuo charitatis, amicitiaeque vinculo continerentur. Tam eximia, tamque praeclara pientissimae reginae in rem christianam promerita, et ejus memoriam in perpetua benedictione futuram dubitare non sinunt, et firmam simul in spem Nos erigunt illam caelo receptam virtutum suarum praemia jam esse consequutam.

Quamvis autem praedecessores Nostri imperatoribus, ac regibus quidem, non vero imperatricibus, ac reginis, etsi (quod perraro accidit) regni gubernacula tenuissent, parentare consueverint, Nos tamen, ut intimo, pertinacique carissimi in Christo filii Nostri Joannis Portugalliae, Brasiliae, et Algarbiorum regis fidelissimi dolori solamen aliquod afferamus, a recepta consuetudine discedere, ac solemnes amantissimae ejus matri exequias in pontificio Nostro sacello persolvere constituimus. Cum autem in sacris hisce funebriis peragendis imperatoria ac regia dignitas et potestas spectetur, nova lege sancimus, ut faeminis quoque omnibus, quae imperium ac supremam potestatem in populos exercuerint, idem posthac honos habeatur.

Crastina igitur die publicas in pontificio Nostro sacello exequias immortalis memoriae Franciscae Portugalliae, et Algarbiorum reginae fidelissimae celebrabimus.

Nunc ad ea veniamus, quae a Nobis apostolici ministerii sollicitudo desiderat, ut nempe vacantibus ecclesiis eos praeficiamus, quos pietate, ac doctrina praestantes dignos existimavimus, quibus episcopale munus committeremus. Mirari autem nemo debet, cum audierit episcopalium quoque Sarsinae, et Brictinori ecclesiarum, quarum suppressioni anno millesimo octingentesimo tertio indulseramus, episcopos a Nobis institui. Memoratas enim ecclesias ex episcopalium ecclesiarum albo nunquam expunctas fuisse inde patet, quod nullas Nos apostolicas literas, sive bullas, unquam dederimus, quibus Sarsinae, et Brictinori episcopatus a Nobis abolitos declararemus. Atque hinc factum est, ut episcopus Sarsinae quoad vixit, ecclesiae suae tranquille praefuerit, in eaque regenda extremum obierit diem. Quare cum episcopales Sarsinae, et Brictinori sedes in praesens vacent, suum cuiqueepiscopum praeficiendum nunc esse judicavimus.

Dat. die 22 aprilis 1817 anno XVIII.

## DCCXXV.

Imminutio festorum in nonnullis dioecesibus regni Siciliarum.

Venerabili fratri
Episcopo Calaguritano

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem

Ratio concessionis.

§. 1. Eaedem illae rationes, quae alias huic sanctae Sedi a pluribus in regnis Hispaniarum tunc existentibus episcopis expositae fuerunt, circa necessitatem imminuendi festa de praecepto, attentis peculiaribus illorum regnorum circumstantiis, populorumque calamitatibus, urgent vehementius ad praesens habitatores abbatiae regalis sancti Millan de la Cogolla ordinis sancti Benedicti Nullius dioecesis provinciae Burgensis, ac proinde dilectus filius Ignigus Villanueva abbas monasterii sancti Millan suo nomine Nobis nuper exponi fecit, quod abbatia praedicta eodem indiget remedio, quo apostolica hujus sanctae Sedis benignitas cum aliis illorum regnorum dioecesibus usa est, et praecipue cum illis, quae abbatiam praedictam circumstant, ac propterea Nobis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis

§. 2. Nos itaque abbatis praedicti votis annuere, ac illius populi necessitatibus, quantum cum Domino possumus consulere volentes, et eorum singulares personas, quibus hae literae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus Christifidelibus in abbatia praedicta, ejusque districtu existentibus, ut deinceps, exceptis omnibus diebus Dominicis, nec non Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniae, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes et sequenti, ac Corporis Christi, et Ascensionis, sancti Joannis Baptistae, ac sanctorum Petri, et Pauli, et Jacobi Majoris apostolorum, ac celebritatis omnium sanctorum; praeterea quinque dicatis beatae Mariae virgini, scilicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti Millan titularis, et patroni memoratae abbatiae, ac cujuscumque patroni, et titularis cujuslibet loci ejusdem abbatiae pro hominibus ejusdem loci dumtaxat, festivis diebus, in quibus integra maneat praecepti obligatio; in reliquis vero festis sive per hanc sanctam Sedem praeceptis, sive quacumque alia de causa etiam ex causa voti per majores suos facti, quod relate ad hanc partem quoque auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, praeceptis, praescriptisque, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo prorsus conscientiae scrupolo vacare possint, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, praecipias, ac mandes.

Derogatio contrariorum

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac abbatiae praedictae, illorumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expres-

se derogamus; caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima secunda aprilis millesimo octingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

---

DCCXXVI.

Dat. die 28 aprilis 1817 anno XVIII

Confirmatio deliberationis captae ab administratoribus hospitalis pauperum infirmorum civitatis Fanensis, super modo exequendi nonnullas pias dispositiones favore ejusdem hospitalis a benefactoribus elargitas

Venerabili fratri
Episcopo Fanensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni priores, ac deputati sodalitatis sanctae Crucis hospitalis pauperum infirmorum istius civitatis Fanensis; quod, cum in subsidium, et subventionem praedicti hospitalis teneatur opera pia, seu congregatio, quae vulgari sub nomine « *della Madonna del Ponte Metauro, e dello Spedaletto* » appellata in praedicta civitate Fanensi fundata existit; et manutentionem quorumdam lectorum dicti hospitalis tam juxta piam fundationem « *di Donna Gaudiana* » appellatam, quam alio sub titulo « *dello Spedaletto* » nuncupato prout evidenter elucet in quadam dispositione, cui titulus » *Piano della congregazione deputata sull' amministrazione, e derogazione delle rendite dell' opere pie di Fano denominate del Ponte Metauro, e dello Spedaletto* » Et praecipue in ejusdem numero octavo, et sequentibus circa erogationem redditum dictae congregationis pertractantibus, per alias Nostras in simili forma brevis die nona maji elapsi anni millesimi octingentesimi sexti expeditas literas, quarum tenorem praesentibus pro expresso haberi volumus, uberius dicitur contineri, approbata, ac confirmata; cumque indefinita esset hujusmodi manutentionis lectorum summa, cujus taxatio inter praefatos priores, seu deputatos dicti hospitalis, ac tres administratores « *del Ponte Metauro, et Ospedaletto* » nuncupatos, audito etiam ordinario pro tempore Fanensi, praefinienda est, die propterea vigesima novembris elapsi anni millesimi octingentesimi decimisexti circa hanc rem a praefatis prioribus, seu deputatis, et a duobus administratoribus « *del Ponte Metauro, et Ospedaletto* » tertio absente, statutum fuit, ut sequitur.

Tenor deliberationis.

§. 2. Al Nome di Dio Amen. Fano 20. novembre 1816. Si riunirono in congresso nel solito locale i nobili signori amministratori delle azieode del Ponte Metauro, ed Ospedaletto, conte Cesare Simonetti e capitano Muzio Spinalducci (non essendo comparso il signor cavaliere colonnello Luigi Bracci altro amministratore benchè invitato) intervennero al congresso medesimo nelle debite forme invitati i signori priori di questo ospedale degl' infermi ad oggetto di devenire coi medesimi ad una trattativa sull' annua corrisposta da pagarsi all' aziende suddette pel mantenimento de' letti non materiali, ma formali voluti dalle testamentarie disposizioni di donna Gaudiana, e richiamate dal brevo pontificio 9. maggio 1806. ritenuto il mantenimento de' letti espressamente ordinati dalla suddetta donna Gaudiana in numero di quattro, fu dai sullodati signori priori tenuto discorso per concordare il numero di qualche altro letto in luogo dell' Ospedaletto a beneficio del detto ospedale in conformità dell' articolo ottavo del precitato breve, avendo i medesimi fatto richiesta pel mantenimento almeno di due letti, quale proposizione per altro stabilirono i sullodati signori amministratori di portare all' approvazione di quest' illustrissimo monsignor vicario capitolare. Dopo varii discorsi innoltre tenuti

dai signori amministratori congregati per concordare l' annua corrisposta pel mantenimento dei suddetti sei letti, fu di unanime parere e consenso questa stabilita alla somma di scudi romani cinquantacinque per cadaun letto, essendo stato del pari convenuto fra i signori priori del detto ospedale, ed i signori amministratori, che per il pagamento della corrisposta sul mantenimento dei quattro letti voluti da donna Gandiana debba incominciare l' anno col primo ottobre prossimo passato, e terminare col 30. settembre 1817., ed inoltre per la corrisposta degli altri due letti in luogo dell' Ospedaletto debba aver principio l' anno col primo ottobre 1817. e finire col 30. settembre 1818, e così successivamente; le quali convenzioni tutte seguite nel presente congresso risolvettero i signori congregati di farle presenti all' illustrissimo monsignor vicario capitolare per riportarne la necessaria di lui approvazione. Dopo di che ebbe termine il congresso. Paolo Cardella segretario provvisorio dell'illustrissima congregazione del Ponte ec. » Praefatae deliberationi accessit consensus dilecti filii vicarii capitularis Fanensis, tunc episcopali isti sedi vacanti legittime deputati, qui, relatione sua ad delegatum Nostrum Urbinatensem transmissa, illam confirmavit folio tenoris ut sequitur » Interpellato da sua eccellenza reverendissima monsignor delegato apostolico della delegazione di Urbino, e Pesaro il vicario capitolare di Fano ad interloquire sul concordato stabilito dalli signori amministratori dell' azienda di s. Maria del Ponte Metauro e signori priori dell' ospedale degl' infermi relativamente all' annua prestazione nel mantenimento di sei letti formali, come risulta dall' atto di congresso tenuto li 20. novembre scorso anno fra i lodati signori amministratori, e priori, dichiara, che il suddetto concordato poggia sul diritto e sulla giustizia. Poggia sul diritto, mentre troppo chiaro è l' articolo quinto del breve apostolico delli 9. maggio 1806., quale articolo prescrive quattro letti ordinati dalla testamentaria disposizione di donna Gaudiana, e prescrive insieme qualche altro letto in luogo dell'Ospedaletto, che li predetti amministratori, e priori hanno stabilito in numero di due, numero che potevasi maggiormente restringere. Poggia altresì sulla giustizia, avendo fissato, che il mantenimento di tutti gli enunciati letti debba essere formale, e non materiale, e che la conveniente corrisposta pel suddetto mantenimento di ciascun letto sia di Romani scudi cinquantacinque. Si reputa pertanto irragionevole, e di niun momento la protesta emessa dal signor colonnello cavalier Bracci uno degli amministratori dell' azienda del Ponte, il quale vorrebbe, che il mantenimento de' letti fosse materiale, e non formale. Posto tal materiale mantenimento de' letti, si riconosce la protesta del signor Bracci in primo luogo irragionevole, giacchè in tal caso l' ospedale degl' infermi in luogo di vantaggio, ne riseotirebbe aggravio, venendo il medesimo astretto a mantenere di vitto, e medicinali tanti ammalati di più, quanti sarebbero i letti materiali accresciuti. Si reputa poi in secondo luogo di niun momento la suddetta protesta, mentre la disapprovazione d' un solo degli amministratori non può prevalere all' approvazione degli altri due, come di fatti non ha mai prevalso in tutti gli altri affari spettanti alla suddetta azienda. Quindi è che il vicario capitolare di Fano nell' esporre tali sentimenti alla lodata eminenza sua reverendissima, le significa altresì esser pronto ad interporre allo stabilito concordato l' opportuno di lui decreto, conforme alle apostoliche facoltà attribuite in proposito all' ordinario dal citato breve pontificio. « Giacomo archid. de Cuppis vicario capitolare.

§. 3. Ut autem memorata deliberatio firma ae valida sit, suumque sortiatur effectum per Nos confirmari, et approbari summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur dictos exponentes ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homi- Confirmatio apostolica.

ne quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, deliberationem praescriptam inter duos administratores dictae piae operae del Ponte Metauro, ed Ospedaletto nuncupatae, ac priores, seu deputatos memorati hospitalis infirmorum civitatis Fanensis initam persolvendi pro manutentione formali uniuscujusque lecti usque ad praefinitum numerum, scutata quinquaginta quinque quotannis iisdem modo et forma in praecitata deliberatione expressis, auctoritate Nostra apostolica confirmes, ratam, validamque declares, et quatenus memorata summa scutatorum quinquaginta quinque pro manutentione annua cujusque lecti, aegrotis minime sufficiat, illam usque ad scutata sexaginta, si id expedire censueris, ac durante tantum necessitate absque novo administratorum dictae piae operae del Ponte Metauro, ed Ospedaletto nuncupatae consensu, dicta Nostra auctoritate ad tempus adaugeas.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac praedicti hospitalis prioribus, seu deputatis in praemissis plenissime suffragari, ac ab omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac S.R.E. cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae piae operae del Ponte Metauro, ed Ospedaletto nuncupatae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae sub annulo piscatoris die vicesima octava aprilis millesimo octingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

---

## DCCXXVII.

Dat. die 29 aprilis 1817, anno XVIII.

Ampliatio honorum, privilegiorum, et emolumentorum senatoris pro tempore civitatis Bononiensis.

### Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Etsi per alias Nostras in simili forma brevis die sexta superioris quintilis expeditas literas civitatem Nostram Bononiensem, ejusque magistratum praecipuis praerogativis, titulisque decoravimus, expleri tamen adhuc minime posse videtur peculiare quoddam Nostrum in iis ornandis studium, et cura. Motu igitur proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine ipsam civitatem, et magistratum amplioris gratiae favoribus prosequi volentes, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, statuimus, atque praecipimus. Primo senatorium munus, quod antea ad biennium tantum duraturum decrevimus, ad quadriennium extendi, et ampliari. Secundo. Quemcumque senatorio munere per quadriennium hujusmodi rite functum excellentiae titulo ad sui vitam frui: Tertio senatori nunc, et pro tempore in perpetuum exercenti eosdem praestari publice militares honores, qui vice legato Nostro Bononiensi praestari solent: Quarto. Familias illas Bononienses, ex quibus senator prodierit, senatorias in posterum nuncupari, et ha-

beri: Quinto demum: exercenti senatori nunc et pro tempore existenti mille, et quingenta scutata monetae romanae ex communi aerario Bononiensi annuatim solvi, ut ipse, quo par est splendore degat.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 2. Decernentes praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes propterea omnibus, et singulis, ad quos pertinet, et pro tempore pertinebit, ut senatori praedicto exercenti summam scutatorum mille, et quingentorum hujusmodi ex communi aerario Bononiensi quotannis realiter, et cum effectu responderi curent, et faciant.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus praemissis, caeterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima nona aprilis millesimo octigentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.



DCCXXVIII.

Dat. die 23. maii 1817 anno XVIII

Confirmatio statutorum confraternitatis tertii ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo in civitate sancti Sebastiani in Brasilia Lusitaniae.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In summi pontificatus apice, meritis licet imparibus, constituti quidquid ad majorem Dei gloriam, et Christi pauperum levamen bene, sapienterque constitutum apparet, adprobamus.

Expositio precum.

§. 2. Ex parte dilectorum filiorum officialium, et confratrum confraternitatis tertii ordinis beatae Mariae virginis de Monte Carmelo in civitate sancti Sebastiani in Brasilia Lusitaniae canonice ( ut asseritur ) erectae exhibita Nobis nuper fuerunt ejusdem confraternitatis statuta septem et triginta capitibus descripta, ut ea lecta, et perpensa apostolica Nostra confirmatione munire dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur, auditis etiam desuper relationibus, et commendationibus dilecti filii Josephi Bartoli Carmelitarum ordinis vicarii generalis in urbe, ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, statutorum praedictorum capita praesentibus pro insertis habentes omnia, et singula in eis contenta, et praescripta auctoritate apostolica, tenore praesentium confirmamus, et adprobamus, illisque perpetuae, et inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, atque etiam, quantum cum Domino possumus, commendamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac respective a

confratribus, et consororibus inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum in arce Gandulphi sub annulo piscatoris die vicesima tertia maii millesimooctingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

---

## DCCXXIX.

Dat. die 23. maji 1817 anno XVIII.

Concessio juris privativi construendi cujusvis generis canalia plumbea fusa, et non ferruminata.

Bartolomeo del titolo di s. Silvestro in Capite cardinal Pacca della Santa Romana Chiesa camerlengo.

Edictum eminentissimi camerarii super publicatione chirographi. §. 1. Volendo la santità di Nostro Signore far sentire gli effetti di sua ripromessa protezione a Giuseppe Antonio Multedo come introduttore della fabbricazione delle lamine di piombo ad uso dell' amministrazione de' tabacchi, non che delle lastre di piombo cilindrate ad uso d' Inghilterra e di Germania, delle quali ottenne privativa con sovrano chirografo dei 20. giugno 1816., e i cui risultati sono stati riconosciuti proficui assai per varj interessantioggetti, ha estimato nella sua clemenza estendere la di lui privativa alla fabbricazione dei condotti di piombo a getto senza saldatura, trafilati entro e fuori, di qualunque diametro e dimensione per lo spazio di anni diciotto in tutto lo stato ecclesiastico, sotto alconi patti però e condizioni, che si trovano espressi nello speciale chirografo segnato il di 29. aprile del corrente anno, e a noi diretto per l'esecuzione del seguente tenore, cioè,

Reverendissimo cardinal Bartolomeo Pacca della Santa Romana Chiesa camerlengo.

Tenor chirographi. §. 2. Inclinati Noi ad incoraggiar mai sempre l' industria nazionale, e pagli assai dei prosperi risultati della privativa fabbricazione delle lamine di piombo cilindrate ad uso d'Inghilterra e di Germania, d' onde pria si traevano per le cuppole, loggie e condotti; la qual privativa accordammo già con Nostro chirografo dei 20. giugno 1816. a Giuseppe Antonio Multedo, domiciliato e stabilito in Roma, e la cui relativa fabbricazione è stata tanto vantaggiosamente impiegata in varj interessanti usi, abbiamo determinato di clementemente accogliere le nuove suppliche del medesimo Giuseppe Antonio Multedo, dirette ad ottenere l' estensione della suddetta privativa alla fabbricazione dei condotti di getto senza saldatura, trafilati entro e fuori, di qualunque diametro e dimensione, affinchè dall' invida rivalità non venga frastornata la di lui intrapresa, e compromessi i non meno vistosi capitali, che deve necessariamente impiegare per l' esecuzione ed esercizio della medesima. Tale manifattura ignorata generalmente nei Nostri pontificj dominj, e conducente alla sempre desiata maggior perfezione delle arti, aggiunge molto pregio e utilità somma nella fabbricazione dei condotti, la cui mano d' opera va ad essere tanto sensibilmente risparmiata sopra l'ordinaria lavorazione, non meno che sopra le stesse lastre tirate a cilindro.

Ratio concessionis. §. 3. Avendo Noi pertanto commesso a voi l' esame dell' affare, ed avendoci riferito che la progettata intrapresa sarebbe per riuscire realmente utile all' interesse generale del Nostro stato, e che oltre i mentovati rimarchevoli rillessi quello havvi ancora della solidità maggiore dei condotti, evitandosi nella lunghezza de' medesimi le saldature, le quali secondo il presente costume aprendosi con facilità costringono ad una continua e dispendiosa manutenzione, e permettono di più l' introduzione di materie eterogenee, che nella non sempre conoscinta necessità delle riparazioni possono recar nocumento alla purezza, e salubrità delle acque, siamo venuti nella benigna determi-

nazione di concedere come col presente Nostro chirografo, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserto il tenore di qualunque più necessaria, e consueta cosa ad esprimersi, di moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà, concediamo al ricorrente Giuseppe Antonio Multedo l'implorato privilegio esclusivo di fabbricare i condotti di piombo trafilati entro e fuori, di qualunque diametro e dimensione in tutta l' estensione del medesimo Nostro stato ecclesiastico, colli seguenti obblighi, patti, e condizioni cioè;

Conditiones concessioni adjectae.

§. 4. 1°. Che dalla presente concessione al solo Giuseppe Antonio Multedo competa il diritto privativo di fabbricare i condotti di piombo trafilati entro e fuori di qualunque diametro e dimensione in tutta l'estensione del Nostro stato ecclesiastico, rimanendo a qualunque altro impedito di eriggere, e costruire a quest' effetto nuove macchine ed ordigni. 2°. Che essendo la presente concessione limitata, e ristretta al solo diritto di privativa fabbricazione, e non mai estesa a quello ancora della privativa di vendita, sia lecito a chiunque d' introdurre, e vendere tanto all' ingrosso, che al minuto in qualunque luogo, e parte del Nostro stato ecclesiastico i suddetti condotti come sopra trafilati, provenienti dall' estero pagati che abbiano le dovute gabelle. 3.° Che debba essere lecito, e permesso a chiunque di fabbricare come al presente i condotti di piombo derivanti da lastre con saldatura nella sua lungezza, ossia nella stessa guisa che è stato praticato finora da tutti i fabbricatori di tal manifattura, e questi vendere all'ingrosso, ed al minuto non che trasportare in qualunque luogo del medesimo Nostro stato ecclesiastico. 4.° Che sebbene dalle informazioni accuratamente prese risulti che non esista alcuna fabbrica nei Nostri dominj pontificj atta a formare i condotti di piombo trafilati entro e fuori, pur tuttavolta qualora altri potesse provare di aver prevenuto l' intraprendente Giuseppe Antonio Multedo in questo genere d' industria, e di essere in attuale lavorazione, e vendita di detta manifattura, possa continuare nel suo esercizio nulla ostante la privativa. A godere peraltro di questo beneficio dovrà entro il termine di mesi due legalmente giustificare avanti di voi medesimo, e con prove superiori ad ogni eccezione i supposti titoli di anteriorità: e passato che sia detto termine non si darà ulteriormente luogo a ricorsi, e pretensioni su questo particolare. 5.° Che questa temporanea concessione, e privativa s' intenda limitata a soli anni diciotto, che dovranno computarsi a decorrere dalla data del presente chirografo. 6.° Che sia obbligato l' intraprendente Giuseppe Antonio Multedo di eriggere una o più fabbriche con l'opportune macchine, ed altri necessarj ordigni, al qual effetto dovrà giustificare avanti di voi nel decorso di un anno dalla presente concessione dell' effettivo esercizio del precisato metodo, esibendo i campioni di varie dimensioni e grandezze di questi condotti, oltre quei a Noi presentati, sotto pena della caducità della privativa, nella qual pena incorrerà ancora se l' esercizio della lavorazione fosse interrotto, e trascurato per lo spazio di un anno intero. 7.° Che non possa l' intraprendente traslocare il suo domicilio fuori del Nostro stato, nè cedere la manifattura ad altre persone, senza un vostro special permesso durante il tempo della privativa. 8.° Che finalmente in ricognizione della presente grazia debba in ogni anno il detto privatario Giuseppe Antonio Multedo presentare in camera de' tributi nella vigilia o festa de' santi apostoli Pietro e Paolo il canone di dodici libre di cera bianca lavorata sotto le pene contenute nella bolla della sa. me. di Gregorio XIII.

§. 5. A forma pertanto delle disposizioni contenute nei precedenti articoli, e colle condizioni, e patti in essi esistenti, e descritti in nome Nostro concederete al ridetto Giuseppe Antonio Multedo per il lasso di anni diciotto da incominciare dalla data del presente Nostro chirografo la privativa lavorazione dei condotti di piombo trafilati entro e fuori, di qualunque dimensione e diametro in tutta l'estensione del Nostro stato ecclesiastico, concederete inibizioni, publicarete editti anche penali, e farete tutt' altro, che reputarete espediente per la migliore esecuzione della pro-

Deputatio executoris apostolici.

sente Nostra grazia, poichè tale è mente, e volontà Nostra espressa.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 6. Volendo, e decretando, che al presente Nostro chirografo benchè non esibito, nè registrato in camera, e nei suoi libri, non possa mai darsi, nè opporsi di orrezione, surrezione, nè di alcun' altro vizio, e difetto della Nostra volontà, ed intenzione, e che così, e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, e tribunale benchè collegiale, e congregazione composta di reverendissimi cardinali, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpretare diversamente, dichiarando Noi fin d' adesso nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che scientemente, o ignorantemente fosse per giudicarsi, o si tentasse di giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirografo, quale vogliamo, che vaglia, e debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, ancorchè non vi sia stato chiamato, citato, nè sentito monsignor commissario della Nostra camera, nè qualsivoglia altra persona, o corpi, ancorchè privilegiatissimi, che vi avessero, o pretendessero di avervi interesse, e che per comprenderli fossebisogno di farsi menzione, non ostante la bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, e qualunque altra costituzione, ed ordinazione apostolica Nostra, e de' Nostri predecessori, bandi, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualsivoglia altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il di loro tenore qui per espresso, e di parola in parola registrato, e supplendo Noi colla pienezza della suprema Nostra podestà ad ogni vizio, e difetto, che potesse intervenirvi, per questa volta sola, ed all' effetto premesso amplamente, e espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo dì 29. aprile 1817.

PIUS PP. VII.

Executio chirographi.

§. 7. Deducendo pertanto noi a notizia del pubblico questa sovrana disposizione, non ommettiamo inculcarne a ciascuno la più rigorosa osservanza; e rispettivamente proibiamo che veruno in tutta l' estensione dello stato pontificio sotto qualsivoglia titolo, causa, capo o ricercato colore ardisca nel decorso del tempo determinato eriggere nuove macchine ed ordigni per l' effetto di fabbricare i sudetti condotti di getto senza saldatura, traffilati entro e fuori, di qualunque diametro e dimensione, ne impedire o molestare il privatario Giuseppe Antonio Multedo nell' esercizio libero di questa privilegiata facoltà a termini del sovrainserto chirografo, ed in caso di contravvenzione, a quanto si è disposto ed ordinato, sia ciascun contravventore tenuto, oltre l' emenda dei danni, alla pena pecuniaria di scudi cento per cadauna volta da applicarsi per una terza parte alla reverenda camera apostolica, per l'altra al tribunale, e per la terza al Multedo concessionario.

Praefinitio termini ad deducenda jura ob alia quaesita.

§. 8. Sebbene poi nel suddetto chirografo siasi stabilito da Nostro Signore all' articolo 4. che qualora vi fossero degl' intraprendenti della sud detta lavorazione antecedenti al mentovato privatario, dovessero giustificare tal loro diritto entro il termine di due mesi dalla data dello stesso chirografo, ciò non ostante in vigore delle facoltà comunicateci dalla stessa Santità Sua abbiamo ordinato, conforme ordiniamo, che detto termine di due mesi debba decorrere dalla data del presente.

Sanctio poenalis.

§. 9. Avverta pertanto ognuno di uniformarsi esattamente a quanto si contiene nel presente editto, mentre contro i delinquenti si procederà irremisibilmente alle pene, come sopra comminate, anche per inquisizione e per officio, ed in ogni altro modo più confacente al fisco.

Publicatio.

§. 10. Vogliamo finalmente che il presente Nostro editto affisso, e pubblicato che sia nei luoghi soliti e consueti di Roma e dello stato pontificio astringa ciascuno, come se personalmente gli fosse stato intimato.

Dato in camera apostolica li 29. maggio 1817.

B. cardinal Pacca camerlengo di Santa Chiesa

Luigi Salvatori segretario e cancelliere della R.C.A.

Dat. die 31 maii 1817 anno XVIII.

DCCXXX.

Erectio novi suffraganeatus episcopatus Canariensis in insula nuncupata de Tenerife ejusdem Canariensis dioecesis.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Assidua, quam Ecclesiae universae ex divina institutione dependimus, sollicitudine urgemur, ut quidquid ad utiliorem Dominicae vineae procurationem conferre dignoscamus, tradita Nobis a Christo potestate omni studio comparemus. Hac sane de causa praedecessores Nostri suffraganeos antistites, absque successionis jure iis per Christianum orbem episcopis adsignare consueverunt, quorum dioeceses tam late paterent, ut ope indigerent alterius, qui sibi ad episcopalis ordinis munera in grandi locorum intervallo obeunda, essent adjumento.

Expositio precum porrectarum a rege christianissimo pro erectione hujus suffraganeatus.

§. 2. Cum vero amplioribus id genus dioecesis Canariensis episcopatus accenseatur, carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus Hispaniarum rex catholicus impensissima suae pietatis, ac religionis officia desiderari haud passus est in iis remediis corrogandis, quibus populorum ibidem extantium saluti utiliter consulatur: idcirco dilectus filius eques Antonius Vargas y Laguna ipsius Ferdinandi regis apud Nos et apostolicam Sedem minister plenipotentiarius preces ad Nos regio nomine attulit, quibus efflagitavit, ut in insula Tenerife ad praefatam dioecesim Canariensem spectante suffraganeatus a Nobis erigeretur, ad quem ex ejusdem regis ejusque successorum nominatione ecclesiasticus vir ad legeretur in episcoporum ordinem titulo alicujus ecclesiae in partibus infidelium positae a Nobis cooptandus, qui in memorata insula Tenerife stabiliter residendo suffraganeus auxiliarius de Tenerife nuncupetur, ac nomine, et vice moderni, et pro tempore existentis episcopi Canariensis in praefata Tenerife, inque sex aliis circum adiacentibus insulis, totum districtum, et circumdarium hujusmodi suffraganeatus efformantibus ea omnia peragat, quae episcopalis sunt characteris, ad fideles praesertim sacramento confirmationis roborandos, ad clericos promovendos, ad olea rite benedicenda, cuique propterea suffraganeo expresso venerabilis fratris Emmanuelis moderni episcopi Canariensis, jam ad hoc habito consensu annua summa milleseptingentorum octodecim ducatorum auri de camera cum juliis duodecim et tribus quartis monetae Romanae respondens quinque millibus ducatis de Vellon nuncupatis monetae Hispanicae singulis annis libere, et integre persolvenda super episcopalis mensae Canariensis fructibus titulo congruae perpetuo adsignetur. Dignam profecto tanto rege, quem supra rerum temporalium curam religiosae providentiae famulatum divinis, et aeternis dispositionibus perseveranter impendere gratulamur, postulationem nacti sumus, eamque apostolicis constitutionibus, ac praesertim concilii Lateranensis quinti statutis, aliisque de titularibus episcopis per Romanos pontifices praedecessores Nostros latis decretis apprime consentaneam deprehendimus.

Tenor concessionis.

§. 3. Obsequentes itaque, ut Leonis magni verbis utamur, ac libenter assentientes sanctis regiae pietatis supplicationibus ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine suffraganeatum dioecesis Canariensis in insula Tenerife ab ejus nomine nuncupandum harum tenore erigimus, et constituimus, ita ut qui ad catholici regis nominationem titulo alicujus episcopalis ecclesiae in partibus infidelium a Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostris fuerit insignitus, ac suffraganeus ut supra deputatus statim atque consecrationis munus susceperit in memorata Tenerife insula continuo residere, ac in ea, inque sex aliis circumjacentibus minoribus insulis, una videlicet Laguna, altera Sanctae Crucis, alia Garrico, altera sancti Cristophari et Rialcio, alia montis de Pico, ac reliqua de Teida nuncupatis, ea quae ordinis characterem postulant, ac omnia, et singula pontificalia munia, vice, ac nomine, et in auxilium pro tempore existentis episcopi Canariensis exercere teneatur, servatis tamen

apostolicis constitutionibus, statutis, et decretis circa jura, privilegia, et praeeminentias in episcopos titulares suffraganeos collata. Pro congrua vero hujusmodi suffraganeatus annuam summam ducatorum auri de camera mille septingentorum octodecim, et juliorum duodecim cum tribus quartis monetae Romanae respondentem ducatis quinque millibus de Vellon nuncupatis monetae Hispaniae libere et integre persolvendam super omnibus, et singulis antedictae mensae episcopalis Canariensis fructibus, ac redditibus perpetue attribuimus, et assignamus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 4. Praesentes autem literas et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, et quovis alio etiam substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, seu alias quomodolibet infringi, retardari, annullari, aut quidquam aliud in contrarium disponi nullatenus unquam posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque, et non alias per quoscumque judices quavis potestate fungentes, sublata cuilibet aliter judicandi, et interpetrandi facultate judicari, et definiri debere: et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus antedictae episcopalis ecclesiae Canariensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis, et indultis, nec non in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis forsan editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae erectionis, constitutionis, attributionis, assignationis, mandati, decreti, ac voluntatis infringere, eique ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octigentesimo decimo septimo, pridie kalendas junii pontificatus Nostri anno decimooctavo.

---

## DCCXXXI.

Dat. die 5 junii 1817 anno XVIII.

**Conventio inter sanctissimum Dominum Pium VII. summum pontificem et majestatem suam Maximilianum Josephum Bavarie regem inita.**

In nomine sanctissimae Trinitatis

Nominatio plenipotentiariorum ad ineundam conventionem

§. 1. Sanctitas sua summus pontifex Pius VII., et majestas sua Maximilianus Josephus Bavariae rex debita sollicitudine cupientes, ut in iis, quae ad res ecclesiasticas pertinent, certus stabilisque in Bavariae regno, terrisque ei subjectis constituatur ordo, solemnem propterea conventionem inire decreverunt.

Hinc Sanctitas sua summus pontifex Pius VII. in suum plenipotentiarium nominavit eminentissimum dominum Herculem Coosalvi Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem diaconum sanctae Agathae ad Suburram suum a secretis status;

Et majestas sua Maximilianus Josephus Bavariae rex excellentissimum dominum baronem Casimirum de Haeffelin episcopum Chersonesi suum ministrum plenipotentiarium apud sanctam Sedem.

Qui post sibi mutuo tradita respectivae plenipotentiae instrumenta in sequentes articulos convenerunt.

### ARTICULUS I.

De catholica religione servanda in toto regno

§. 2. Religio catholica apostolica Romana in toto Bavariae regno terrisque ei subjectis sarta tecta conservabitur cum iis juribus, et praerogativis, quibus frui debet ex Dei ordinatione, et canonicis sanctionibus.

ARTICULUS II.

De efformatione dioecesium in regno Bavariae.

§. 3. Santitas sua, servatis servandis, Bavariae regni dioeceses sequenti ratione constituet.

Sedem Frisingae Monachium transferet, eamque eriget in metropolitanam, quae pro dioecesi sua habebit territorium actuale Frisingensis dioecesis; ejus tamen ecclesiae antistites, ejusque successores archiepiscopi Monachii, et Frisingae nuncupandi erunt.

Eidem antistiti episcopales ecclesias Augustanam, Passaviensem, et Ratisbonensem praevia metropoliticae qualitatis suppressione, in suffraganeas assignabit. Antistes tamen Passaviensis ecclesiae actu vivens exemptionis privilegio, quoad vixerit, gaudebit.

Bambargensem cathedralem ecclesiam in metropolitanam eriget, illique in suffraganeas assignabit ecclesias episcopales Herbipolensem, Eichstettensem, et Spirensem.

Territorium Aschaffenburgense olim ad Moguntinam, nunc ad Ratisbonensem dioecesim pertinens, et partem Bavaricam Fuldensis dioecesis Herbipolensi dioecesi adjunget.

Partem autem Bavaricam Constantiensis dioecesis cum exempto territorio Campidunensi Augustanae dioecesi uniet.

Simili modo partem Bavaricam dioecesis Salisburgensis, et territorium exemptae praepositurae Berchtolgadensis partim Passaviensi, partim Monacensi dioecesi uniet, qui quidem dioecesi, praevia suppressione sedis Chiemensis, hujus quoque ecclesiae dioecesim assignabit.

Novi singularum dioecesium fines, in quantum necesse erit, designabuntur.

ARTICULUS III.

De capitulis, et dignitatibus ecclesiarum metropolitanarum

§. 4. Capitula metropolitanarum ecclesiarum habebunt duas dignitates, nempo praepositum, ac decanum, et decem canonicos: capitula vero cathedralium ecclesiarum habebunt pariter duas dignitates, scilicet praepositum, ac decanum, et octo canonicos. Quodlibet praeterea capitulum tam metropolitanum, quam cathedrale habebit praebendatos, seu vicarios saltem sex. Si vero in posterum ecclesiarum istarum redditus per novas fundationes, aut bonorum augmentationes incrementum tale perceperint, ut plures praebendae erigi possint, canonicorum, et vicariorum numerus ultra augebitur.

In quovis capitulo archiepiscopi et episcopi ad formam sacri concilii Tridentini duos ex canonicis designabunt, qui partes theologi, et partes poenitentiarii respective agent.

Dignitates et canonici omnes, praeter chori servitium, archiepiscopis in administrandis dioecesibus suis a consiliis servient. Archiepiscopis tamen et episcopis plane liberum erit ad specialia munia et negotia officii sui illos pro beneplacito applicare. Simili modo vicariorum officia archiepiscopi et episcopi assignabunt.

Majestas tamen regia iis qui officio vicarii generalis fungentur quingentos florenos annuos, iis vero, qui secretarii episcopalis partes agent biscentos florenos assignabit.

ARTICULUS IV.

De redditibus mensarum archiepiscopalium et episcopalium.

§. 5. Redditus mensarum archiepiscopalium et episcopalium in bonis fundisque stabilibus liberae archiepiscoporum et episcoporum administrationi tradendis constituentur.

Simili bonorum genere et administrationis jure gaudebunt capitula metropolitanarum, et cathedralium ecclesiarum, et vicarii seu praebendati praedictarum ecclesiarum servitio addicti.

Quantitas redditium annnorum, deductis oneribus, erit ut sequitur.

*Dioecesis Monacensis*

Redditus dioecesis Monacensis.

§. 6. Pro archiepiscopo florenorum viginti millium

Pro praeposito florenorum quatuor millium

Pro decano florenorum bis millium

Pro quolibet e quinque canonicis senioribus florenorum bis millium

Pro quolibet e quinque canonicis junioribus florenorum mille sexcentorum

Pro quolibet e tribus vicariis senioribus florenorum octingentorum

Pro quolibet e tribus vicariis junioribus florenorum sexcentorum.

*Dioecesis Bambergensis*

Idem pro dioecesi Bambergensi

§. 7. Pro archiepiscopo florenorum quindecim millium

Pro praeposito florenorum trium millium quingentorum

Pro decano florenorum trium millium quingentorum

Pro quolibet e quinque canonicis senioribus florenorum millium octingentorum

Pro quolibet e quinque canonicis junioribus florenorum millium quadringentorum

Pro quolibet e tribus vicariis senioribus florenorum octingentorum

Pro quolibet e tribus vicariis junioribus florenorum sexcentorum.

*Dioeceses Augustana, Ratisbonensis, et Herbipolensis*

Idem pro dioecesibus Augustano, Ratisbonensi, et Herbipolensi.

§. 8. Pro quolibet episcopo florenorum decem millium

Pro quolibet praeposito florenorum trium millium

Pro quolibet decano florenorum trium millium

Pro quolibet e quatuor canonicis senioribus florenorum mille sexcentorum.

Pro quolibet e quatuor canonicis junioribus florenorum mille quadringentorum

Pro quolibet e tribus vicariis senioribus florenorum octingentorum.

Pro quolibet e tribus vicariis junioribus florenorum sexcentorum.

*Dioeceses Passaviensis, Eichstettensis, et Spirensis.*

Idem pro dioecesibus Passaviensi, Eichstettensi, et Spirensi.

§. 9. Pro quolibet episcopo florenorum octo millium

Pro quolibet praeposito florenorum bis mille quingentorum

Pro quolibet decano florenorum bis mille quingentorum

Pro quolibet e quatuor canonicis senioribus florenorum mille sexcentorum

Pro quolibet e quatuor canonicis junioribus florenorum mille quadringentorum

Pro quolibet e tribus vicariis senioribus florenorum octingentorum

Pro quolibet e tribus vicariis junioribus florenorum sexcentorum

De conservatione reddituum

§. 10. Quorum omnium reddituum summae salvae semper et integrae conservandae erunt, et bona fundique, ex quibus provenient nec distrahi, nec in pensiones mutari poterunt. Tempore autem vacationis archiepiscopalium et episcopalium sedium, dignitatum, canonicatuum, praebendarum seu vicariatuum, praedictae reddituum summae in utilitatem respectivarum ecclesiarum percipiendae et conservandae erunt.

De habitationibus episcoporum, et capitularium.

§. 11. Habitatio insuper tam archiepiscopis et episcopis, quam dignitatibus, canonicis senioribus, et vicariis pariter senioribus, illorum dignitati et statui respondens assignabitur.

De curiis, et archiviis.

§. 12. Pro curia archiepiscopali et episcopali, pro capitulo et archivio majestas sua domum aptam assignabit.

De exemplaribus assignationum localium tradendis.

§. 13. Ad negotium hujusmodi redditunm, fundorum, et bonorum assignationis intra trimestre post ratificationem praesentis conventionis, si fieri poterit, vel ad summum intra semestre perficiendum utraque contrahentium pars commissarios nominabit, ac de formali praedictae assignationis actu tria exemplaria in autentica forma expediri jubebit regia majestas unum pro archivio regio, alterum pro nuntio apostolico, tertium denique pro archivio singularum ecclesiarum.

De conservatione beneficiorum

§. 14 Alia beneficia, ubi extant, conservabuntur.

De redditibus dioecesis Spirensis

§. 15. Quod pertinet ad dioecesim Spirensem, quoniam ob speciales circumstantias ei nunc fundi ac bona stabilia assignari non possunt, interea usque dum haec assignatio fieri valeat, providebitur a majestate sua per assignationem praestationis annuatim solvendae in summa

Pro episcopo florenorum sex millium

Pro praeposito florenorum mille quingentorum

Pro decano florenorum mille quingentorum

Pro quovis ex octo canonicis florenorum mille

Pro quovis sex vicariis florenorum sexcentorum.

De conservatione fabricae ecclesiarum

§. 16. Fabricarum denique, ipsarumque ecclesiarum fundi, redditus, bona mobilia et immobilia conservabuntur, et nisi pro ecclesiarum manutentione, pro divini cul-

tus expensis, et inserventium necessariorum salariis sufficiant sua majestas supplebit.

ARTICULUS V.

De erectione, et dotatione seminariorum in qualibet dioecesi

§. 17. Sua singulis dioecesibus seminaria episcopalia conserventur, et dotatione congrua in bonis fundisque stabilibus provideantur: in iis autem dioecesibus in quibus desunt, sine mora cum eadem pariter dotatione in bonis fundisque stabilibus fundentur.

In seminariis autem admittentur atque ad normam sacri concilii Tridentini efformabuntur atque instituentur adolescentes, quos archiepiscopi et episcopi pro necessitate vel utilitate dioecesium in iis recipiendos judicaverint. Horum seminariorum ordinario, doctrina, gubernatio, et administratio archiepiscoporum et episcoporum auctoritati pleno liberoque jure subjectae erunt juxta formas canonicas.

Rectores quoque et professores seminariorum ab archiepiscopis et episcopis nominabuntur, et quotiescumque necessarium aut utile ab ipsis judicabitur, removebuntur.

Cum episcopis incumbat fidei ac morum doctrinae invigilare, in hujus officii exercitio etiam circa scholas publicas nullo modo impedientur.

ARTICULUS VI.

De asylis pro infirmis instituendis.

§. 18. Majestas sua regia, collatis cum archiepiscopis et episcopis consiliis, assignabit pariter cum sufficienti dote domum, in qua infirmi ac senes clerici benemeriti solamen et asylum reperiant.

ARTICULUS VII.

De instauratione monasteriorum regularium utriusque sexus.

§. 19. Insuper majestas sua considerans quot utilitates ecclesia, atque ipse status a religiosis ordinibus perceperint, ac percipere in posterum possint, et ut promptam suam erga sanctam Sedem voluntatem probet, aliqua monasticorum ordinum utriusque sexus coenobia ad instituendam in religione, et literis juventutem, et in parochorum sussidium, aut pro cura infirmorum, inito cum sancta Sede consilio, cum convenienti dotatione instaurari curabit.

ARTICULUS VIII.

De conservatione bonorum ad ecclesiam quomodolibet spectantium

§. 20. Bona seminariorum, parochiarum, beneficiorum, fabricarum, omniumque aliarum ecclesiasticarum fundationum semper et integre conservanda erunt, nec distrahi, nec in pensiones mutari poterunt.

Ecclesia insuper jus habebit novas acquirendi possessiones, et quidquid de novo acquisierit faciet suum, et censebitur eodem jure ac veteres fundationes ecclesiasticae, quarum, uti et illarum quae in posterum fient, nulla vel suppressio, vel unio fieri poterit absque Sedis apostolicae auctoritatis interventu, salvis facultatibus a sacro concilio Tridentino episcopis tributis.

ARTICULUS IX.

De nominatione archiepiscoporum, et episcoporum

§. 21. Sanctitas Sua, attenta utilitate, quae ex hac conventione manat in ea, quae ad res Ecclesiae et religionis pertinent, majestati regis Maximiliani Josephi, ejusque successoribus catholicis, per literas apostolicas statim post ratificationem praesentis conventionis expediendas, in perpetuum concedet indultum nominandi ad vacantes archiepiscopales et episcopales ecclesias regni Bavarici dignos et idoneos ecclesiasticos viros iis dotibus praeditos, quas sacri canones requirunt. Talibus autem viris Sanctitas Sua canonicam dabit institutionem juxta formas consuetas. Priusquam vero eam obtinuerint, regimini seu administrationi ecclesiarum respectivarum ad quas designati sunt nullo modo sese immiscere poterunt. Annatarum vero et cancellariae taxae proportionaliter ad uniuscujusque mensae annuos redditus de novo statuentur.

ARTICULUS X.

De collatione dignitatum, canonicatuum aliarumque provisionum ecclesiasticarum absque

§. 22. Praeposituras tam in metropolitanis quam in cathedralibus ecclesiis conferat sanctitas Sua; ad decanatus nominabit regia majestas, quae etiam ad canonicatus in sex mensibus apostolicis sive papalibus no-

cura animarum minabit. Quoad alios autem sex menses, in eorum tribus archiepiscopus et episcopus, in reliquis vero tribus capitulum nominabit.

In capitula ecclesiarum tam metropolitanarum quam cathedralium in posterum alii non admittentur, quam indigeni, qui praeter qualitates, a sacro concilio Tridentino requisitas, in animarum cura, et sacris ministeriis cum laude versati sint, aut archiepiscopo vel episcopo in administranda dioecesi adjutricem operam praestiterint, vel virtutis ac scientiae meritis conspicuos sese reddiderint. Vicariatus vero in iisdem metropolitanis et cathedralibus ecclesiis libere ab archiepiscopo vel episcopo conferentur.

Pro hac vice tamen, quoniam, capitulis nondum constitutis, omnia ea quae hoc articulo statuta sunt servari non possunt, nuntius apostolicus, collatis cum majestate sua consiliis, et auditis iuteresse habentibus, nova capitula constituet. Idem circa vicarios praebendatos observabitur.

Dignitates, canonici, et beneficiati omnes residentiales uti a pluralitate beneficiorum et praebendarum juxta sacros canones prohibentur, ita ad residentiam secundum eorum canonum rigorem, salva semper Sedis apostolicae auctoritate, adstringuntur

ARTICULUS XI.

De praesentatione parochorum §. 23. Rex Bavariae ad ea beneficia tam parochialia, quam curata, ac simplicia praesentabit, ad quae ex legitimo jure patronatus sive per donationem, sive per fundationem, sive per constructionem acquisito ejus antecessores duces et electores praesentabant.

Praeterea majestas sua praesentabit ad ea beneficia, ad quae corporationes ecclesiasticae actu non existentes praesentabant.

Subditi majestatis suae qui jure patronatus legitime, ut supra, gaudent, ad beneficia respectiva tam parochialia, quam curata, ac simplicia hujusmodi juri patronatus subjecta praesentabunt.

Archiepiscopi vero et episcopi praesentatis debita requisita habentibus, praemisso circa doctrinam et mores examine ab ipsis ordinariis instituendo, si de parochialibus, aut de curatis beneficiis agatur, canonicam dabunt institutionem.

Praesentatio autem ad omnia ista beneficia intra tempus a canonibus praescriptum fiet, secus ea libere ab archiepiscopis et episcopis conferentur.

Reliqua vero beneficia omnia tam parochialia, quam curata, ac simplicia, quae antecessores antistites octo ecclesiarum regni Bavariae conferebant, libere ab archiepiscopis et episcopis, personis majestati suae gratis conferentur.

ARTICULUS XII.

De jurisdictione ordinariorum §. 24. Pro regimine dioecesium archiepiscopis et episcopis id omnes exercere liberum erit, quod in vim pastoralis eorum ministerii sive ex dispositione sacrorum canonum secundum praesentem, et a sacta Sede adprobatam Ecclesiae disciplinam competit, ac praesertim;

(*a*) Vicarios, consiliarios, et adjutores administrationis suae constituere ecclesiasticos quoscumque, quos ad praedicta officia idoneos judicaverint;

(*b*) Ad statum clericalem assumere, et approbatis a sacris canonibus titulis ad ordines etiam majores, praevio examine ab ipsis archiepiscopis et episcopis, aut eorum vicariis cum examinatoribus synodalibus instituendo, promovere quos necessarios, aut utiles suis dioecesibus judicaverint, et e contrario quos indignos censuerint a susceptione ordinum arcere, quin ab ullo quovis obtentu impediri queant;

(*c*) Causas ecclesiasticas, atque in primis causas matrimoniales, quae juxta canonem 12. sess. 24. sacri concilii Tridentini ad judices ecclesiasticos spectant in foro eorum cognoscere, ac de iis sententiam ferre, exceptis causis mere civilibus clericorum, exempli gratia, contractuum, debitorum, haereditatum, quas laici judices cognoscent et definient;

(*d*) In clericos reprehensione dignos, aut honestum clericalem habitum eorum ordini, et dignitati congruentem non deferentes, poenas a sacro concilio Tridentino statutas, aliasque quas convenientes judicaverint, salvo canonico recursu, infligere, eosque in seminariis, aut domi-

bus ad id destinandis custodire: censuris quoque animadvertere in quoscumque fideles ecclesiasticarum legum, et sacrorum canonum trasgressores;

(*e*) Cum clero, et populo dioecesano pro munere officii partoralis communicare, suasque instructiones, et ordinationes de rebus ecclesiasticis libere publicare; praeterea episcoporum, cleri, et populi communicatio cum sancta Sede in rebus spiritualibus et negotiis ecclesiasticis prorsus libere erit;

(*f*) Collatis cum regia majestate, praesertim pro convenienti redditunm assignatione, consiliis, parochias erigere, dividere, vel unire;

(*g*) Praescribere vel indicare preces publicas, aliaque pia opera, cum id bonum Ecclesiae, vel status, aut populi postulet, et invigilare ut in ecclesiasticis functionibus, praesertim autem in missa, et in administratione sacramentorum, Ecclesiae formulae in lingua latina usurpentur.

ARTICULUS XIII.

De libris vetitis.

§. 25. Quoties archiepiscopi et episcopi libros aut in regno impressos, aut in illud introductos gubernio indicabunt, qui aliquid fidei, bonis moribus, aut Ecclesiae disciplinae contrarium contineant, gubernium curabit ut eorum divulgatio debito modo impediatur.

ARTICULUS XIV.

De conservatione ritus catholici, et liturgia

§. 26. Majestas sua prohibebit, ne catholica religio, ejusque ritus vel liturgia sive verbis, sive factis, sive scriptis contemnatur, aut ecclesiarum antistites vel ministri in exercendo munere suo, pro custodienda praesertim fidei ac morum doctrina, et disciplina Ecclesiae impediantur. Desiderans praeterea ut debitus, juxta divina mandata, sacris ministris honor servetur, non patientus quidquam fieri, quod dedecus ipsis afferre, aut eos in contemptum adducere possit, imo vero jubebit, ut in quacumque occasione ab omnibus regni magistratibus peculiari reverentia atque honore eorum dignitati debito cum ipsis agatur.

ARTICULUS XV.

De juramento ab archiepiscopis, et episcopis praebendo

§. 27. Archiepiscopi, et episcopi coram regia majestate juramentum fidelitatis emittent sequentibus verbis expressum « Ego juro et promitto ad « sancta Dei evangelia obedientiam, « et fidelitatem regiae majestati; item « promitto, me nullam communica« tionem habiturum, nullique con« silio interfuturum, nullamque su« spectam unionem neque intra, ne« que extra conservaturum, quae tran« quillitati publicae noceat, et si tam « in dioecesi mea quam alibi nove« rim aliquid in status damnum tra« ctari, majestati suae manifestabo »

ARTICULUS XVI.

De abrogatione decretorum

§. 28. Per praesentem conventionem leges, ordinationes, et decreta in Bavaria huc usque lata, in quantum illi adversantur, abrogata habebuntur.

ARTICULUS XVII.

De rebus, et personis specialiter non contemplatis.

§. 29. Caetera quae ad res et personas ecclesiasticas spectant, quorum nulla in his articulis expressa facta est mentio, dirigentur omnia et administrabuntur juxta doctrinam Ecclesiae, ejusque vigentem et approbatam disciplinam. Si vero in posterum supervenerit difficultas, Sanctitas Sua, et regia majestas secum conferre, et rem amice componere sibi reservant.

ARTICULUS XVIII.

De sponsionibus contrahentium.

§. 30. Utraque contrahentium pars spondet se, successoresque suos, omnia, de quibus in his articulis utrinque conventum est, sancte servaturos, et a majestate regia praesens conventio lex status declarabitur.

Praeterea majestas sua regia spondet, nihil unquam se, successoresque suos, quavis de causa, articulis hujus conventionis additurus, neque in iis quidquam immutaturos, vel eosdem declaraturos esse absque Sedis apostolicae auctoritate, et cooperatione.

ARTICULUS XIX.

De ratificatione conventionis. §. 31. Ratificationum hujus conventionis traditio fiet intra quadraginta dies ab ejusdem data, aut citius si fieri poterit.

Datum Romae die 5. junii anni 1817.

Hercules cardinalis Consalvus »
Casimirus Haeffelin episcopus Chersonensis.

---

Confirmatio conventionis initae a sancta Sede cum rege Bavariae

Pius Episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Benedictus Deus et pater Domini Nostri Jesu Christi, pater misericordiarum, et Deus totius consolationis cui tandem placuit magnum angustiis Nostris levamen afferre. Nam quum ab ea die, qua nullis meritorum suffragiis ad episcopalis officii Nos principatum evexit, ut aeterni pastoris vicariam procurationem gereremus in terris, cibati perpetuo fuerimus pane lacrymarum, tum magnam in primis doloris Nostri partem sibi vindicavit calamitas ecclesiasticae rei, quam superioribus annis Germaniam passam esse conspeximus. In luctuosa enim illa perturbatione rerum qua universa etiam regio illa florentissima et magna concussa est, ejusdem regionis ecclesiae, quarum tanta erat anteactis temporibus dignitas ac majestas, praeclaris juribus et spectabilibus honorificentiis orbatae sunt, illarumque non modo attenuatae, et imminutae opes, a majoribus summa illis pietate ac liberalitate donatae, quarum possessio per tot saecula integre servata fuerat, sed omni etiam penitus patrimonio, uno propemodum ictu, spoliatae. Ex hac autem spoliatione tot praesidiis adjumentisque destituta ecclesia, tantis eidem praeterea inflictis vulneribus, episcopali jurisdictioni impedimentis ac difficultatibus undequaque paratis, ecclesiasticae disciplinae vigore fracto ac labefactato, magnum in discrimen Orthodoxam fidem, magnumque fideles in aeternae salutis amittendae periculum adductos fuisse intelleximus.

Gravissima haec mala, quibus magna illa cummissi Nobis Dominici gregis portio premebatur, intimo cordis Nostri dolore considerantes, atque ad Deum conversi, nullo unquam tempore a precibus gemitibusque cessavimus, quibus divinam miserationem inflecteremus, ut afflictis Germaniae ecclesiis opem afferret, a misero statu in quem collapsae fuerant eas revocaret, dignosque viduatis pastores concederet, a quibus in catholicae fidei professione secundum Dei, et Ecclesiae leges directi fideles ad aeternam salutem adducerentur, atque una publico instaurato ordine, ac populorum erga suos principes obedientia ac fidelitate confirmata, solida pace Ecclesia, et respublica perfruerentur, atque ita concordibus exultantibusque animis debito majestati divinae universa Germania laudis canticum personaret.

At si nunquam Nos inter vestibulum et altare, Germaniae mala plorare destitimus, nihil praeterea eorum, quae in Nostra potestate essent omisimus, ut religionis, et Ecclesiae negotia in illis regionibus componeremus, atque ut a miserrimo naufragio, quae adhuc supererant eriperemus. Hanc in rem studia omnia Nostra contulimus, et quidquid expostulationibus, officiis, hortationibus, precibus praestare poteramus effecimus ab ea ipsa die qua tantarum calamitatum exordia in Germaniae regionibus prodierunt.

Intelligentes autem agendum Nobis harum rerum causa directe cum principibus esse, qui summae rerum in temporibus praeerant, ad has partes explendas, et ut jura Ecclesiae ac ministrorum ejus, praesertim illa quae ad ordinem spiritualem pertinent, sarta tecta in posterum servarentur, et perturbata regiminis et administrationis ratio componeretur, venerabilem fratrem Hannibalem archiepiscopum Tyri, nunc S.R.E. cardinalem della Genga nuncupatum nuntium Nostrum Ratisbonam a decem et amplius annis ablegavimus, a quo tractationes cum aliquibus Germaniae principibus institutae, summaque fide ac studio feliciter perductae quidem fuerunt, uc tamen ad optatum exitum perducerentur, no-

vum, quod exarsit in Germania bellum, ac politicae rerum commutationes misere prohibuerunt. Tractationes hujusmodi cum nonnullorum principum legatis, in hac ipsa alma urbe Nostra non multo post curavimus instaurari: at quum in tam salutare opus incumbere iterum caeperamus; Deo sic permittente, ex hac Nostra Sede erepti, et in captivitatem ducti, nulla tunc ratio explendi vota Nostra, et ecclesiasticas Germaniae res ordinandi, Nobis omnino superfuit.

Vix autem pristinae liberati, nostraeque huic Sedi Deo misericordiarum patri Nos placuit restituere, oculos confestim Nostros in Germaniam convertimus, et paulo post Vindobonae indicto principum supremorum conventu, dilectum filium Nostrum Herculem S. R. E. diaconum cardinalem Consalvi nuncupatum illuc ablegavimus, quo in conventu etsi de componendis publicis Europae rebus, inter quas temporalia etiam Romanae Ecclesiae jura locum habebant, agendum esse cognosceremus, tamen ecclesiasticas quoque, legati praesertim Nostri studio atque opera, juxta instructiones et mandata Nostra, instaurari posse confidebamus. Quod si (temporaria etiam pacis perturbatione denuo sequuta) studiorum Nostrorum fructum capere non potuimus, brevi tamen facto cognovimus, non inanem fuisse spem Nostram illam, quam in consistorio diei quartae septembris anni MDCCCXV. solemniter declaravimus, fore ut, Europae rebus pacatis, Germaniae principes probe sentientes, de quam gravi, et quam necessaria re agatur; primas eorum sollicitudines in rationes Ecclesiae conferrent, atque id tandem efficerent, ut in Germania universum catholicae rei statum componere ac restituere valeremus. Charissimus enim in Christo filius Noster Maximilianus Josephus Bavariae rex illustris, vota in primis Nostra cognoscens, et gloriosissimorum majorum suorum pietatem ac zelum imitatus, qui non minus virtutibus istis, quam belli laude, ac relatis etiam pro defensione fidei victoriis emicuerunt, interceptas jamdiu tractationes iterum instituit, atque in hac alma urbe ad exitum perduci gratissimo Nobis studio, postulavit. Huic Nos prompto, alacrique animo, nulla mora interposita, respondere eo magis properavimus, quo praefatum regem potiori amore complectimur, et Bavariae populos religionis amore, omnique virtute praestantes, de catholica religione optime meritos, et a sancta hac Sede dilectos semper, charosque habitos, peculiari et Nos prosequimur benevolentia. Quare cum ad id negotii praedictus rex venerabilem fratrem Casimirum episcopum Chersonensem suum plenipotentiarum ministrum destinasset, Nos vicissim ex parte Nostra atque hujus sanctae Sedis, praefatum cardinalem Consalvi Nostrum a secretis status elegimus ac deputavimus, illique jussimus, ut summa diligentia ac studio huic tractationi manum apponeret, omnemque, quam negotii gravitas pati posset, in eo explicando conficiendoque celeritatem adhiberet, illud autem in ea tractatione ineunda Nobis proposuimus, plenipotentiario Nostro in mandatis dedimus, ut quoniam a Nobis, qui boni pastoris vices in terris agimus, aeterna animarum salus prae omnibus spectanda est ad eam, ut par erat, potissimum referret omnia, et quidquid ad illam procurandam, promovendamque conduceret, omni ope curaret: efficeret propterea in primis, ut religio catholica apostolica Romana in toto Bavariae regno ita poneretur in tuto, ut ne ei ullum detrimentum aut praejudicium injuria temporum inferri possit; ut ecclesiae, et dioeceses, quod jam ipse Maximilianus rex Nobis obtulerat, necessaria, et congrua dotatione instruerentur; ut viduatis ecclesiis, brevi possemus dignos pastores praeficere; ut augumento, et rectae cleri educationi consultum esset; ut jura, et praerogativae ecclesiae ad spiritualem ordinem pertinentia, atque antistitum sacrique ministerii libertas, pro custodienda praesertim fidei ac morum doctrina, et disciplina Ecclesiae, remotis difficultatibus, impedimentisque omnibus, asseretur; ut, sublatis controversiis, pax, et concordia inter sacerdotium, et imperium confirmaretur; ut prospero demum felicique catholicae religionis statui, perpetuis futuris temporibus consultum esset.

Quod vero ad ecclesiarum Germaniae, earumque capitulorum tem-

porales rationes, et jura spectat (quae quantopere Nobis cordi essent jam ostenderamus, nec muneri Nostro bac in re, quantum in Nobis erat defueramus) si quid circumstantiae temporum postulare viderentur, tanta Ecclesiae necessitate urgente, paratos, Nos exbibuimus, quoad ministerii Nostri ratio sineret, ad habendum eorum rationem, quae ex parte regis optari postularique possent.

Omnibns igitur qnae oportebant, hinc inde discussis, et coram selecta venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalinm congregatione mature perpensis, ex utraque tandem parte conventum est, et a duobus praefatis plenipotentiariis conventionis articuli subscripti snnt die qniuta junii hujus anni. Ad eos Nos diligentissime expendendos, animum Nostrum adjecimns, ac propositae conventioni duximns annuendum. Per apostolicas igitur has literas nota facimus ea omnia, qnae ad catholicae religionis bonum, ad divini honoris, et ecclesiasticae disciplinae incrementnm in Bavariae regno concorditer suut constituta, juxta modum, et formam sequentem.



## DCCXXXII.

Encyclica ad episcopos, et archiepiscopos regni Galliarum. Datum die 12. junii 1817. anno XVIII.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis capitulis, et canonicis ecclesiarum vacantinm regni Galliarum.

Pius PP. VII.

Venerabiles fratres, ac dilecti filii

Salntem, et apostolicam benedictionem

Vineam, quam plantavit Dominus in florentissimo Galliarnm regno, respicientes, post tot, tantaque asperrimorum temporum discrimina, nihil sane ad utiliorem ipsius procurationem certius conducere agnovimus, quam multiplicare operarios qui in ipsa collaborent. Id carissimus etiam in Christo filius Noster Ludnvicus rex christianissimus probe animadvertit, cupiensque suffulcire domnm, quam venti vebementes concusserunt, sua Nobis vota significavit, ut, novis dioecesium limitibus praefinitis, episcopatuum numerus in primis augeretur, cognoscens quam ad ceteras omues ecclesiae res in amplissimo regno feliciter deinde componendas id mirifice expediat.

Non est equidem, venerabiles fratres, ac dilecti filii, cur multo vobis sermoue explicemus, quo gaudio, et quam incenso studio animum appulerimus, ut pia haec vota religiosissimi regis apostolica auctoritate Nostra complerentur. Non enim ad mobilitatem humanarum rerum, ut inquiebat s. Innocentius I, de Ecclesia hoc pacto commutanda cogitavimus, sed quod jamdiu optabamus, et pro temporum ratione assequi numquam potnimus, prospere nunc, ac feliciter, Deo juvante, confici posse gratulamur.

Cum itaque servatis sedibus archiepiscopalibus, et episcopalibus, quae in praesens extant, alias plures ex iis, quae ante annum 1801. numerabantur, denuo erigere decreverimus, nova proinde dioecesium divisio peragenda erit, quam iis fi-

nibus designare statuimus, qui in majus Dominici gregis commodum redundent.

Nostis profecto vestra experientia, quam magnae id utilitatis ad rectam dioecesium administrationem futurum sit, ideoque minime dubitamus, quin in propositam dioececesium divisionem lubentem animum praebeatis. Hoc a vobis singulis Nostris hisce literis animo fidenti requirimus, siquidem de animarum lucro res est, venerabiles fratres, ac dilecti filii, cui nullum nimium potest esse dispendium, quando eas servator Noster sanguinis sui pretio redemit. Haud ergo pigeat Nostris hisce curis, optimisque christianissimi regis consiliis celeri responso obsecundare, ne quae pie, salubriterque disponenda sunt, ulla contentione turbentur, neve nulla parentur obstacula in iis exequendis, quae a Nobis postulat sollicitudo, quam Ecclesiae universae ex divina institutione dependimus. Omne interim donum perfectum a largitore cunctorum bonorum vobis adprecantes, apostolicam benedictionem paternae Nostrae benevolentiae testem peramanter impertimur. Datum Romae apud s. Mariam Majorem die decima secunda junii millesimo octigentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.



## DCCXXXIII.

Dat. die 14. junii 1817 anno XVIII.

Confirmatio dispositionis testamentariae Joannis Baptistae de saint Laurent militis de justitia hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani.

### Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius canonicus Bernardus Espagnet executor testamentarius bonae memoriae Joannis Baptistae de saint Laurent, qui frater miles de justitia hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani expresse professus extiterat, quod praedictus Joannes Baptista antequam e vivis decederet, gravi morbo correptus, vita periclitans, ut personis sibi benevisis, ac suis praecipue nepotibus, qui de eo benemeriti miserrimis transactis temporum perturbationibus, in quibus ob illius constantem catholicae religioni, ac hospitali praedicto adhaesionem, complures vexationes, et mala pertulerat, opem ei humaniter tulerunt, gratum se reddere posset, de omnibus bonis tam mobilibus, quam immobilibus, et semoventibus, legitime tamen acquisitis, sibique quocumque spectantibus, facultatem testandi, ac disponendi a Nobis humiliter expostulavit, quae ei ob rationabiles deductas causas, et sinceram suam fidem, et singularia officia, quae in hanc sanctam Sedem, et ordinem praedictum praebuerat, nec non praemissorum intuitu; per alias Nostras in simili forma brevis die vicesima tertia maii proxime elapsi expeditas literas benigne certis modo, et forma in illis expressis concessa fuit; ast, cum aliquid temporis, licet necessarii in iis pertractandis, a die scilicet praesentationis supplicis libelli ad praedictarum usque literarum executionem effluxerit, morte praeoccupatus fuit extra almam urbem Nostram infeliciter vespere ejusdem diei, quo mane praedictae literae in forma brevis Romae expeditae fuerant, quin concessae facultatis beneficio frui valeret; sub spe tamen

Expositio precum.

ei non defuturum apostolicae facultatis indultum jam a Nobis expostulatum, die vicesima prima ejusdem mensis maii nuper elapsi testamentariam suam dispositionem per acta Petri Anselmi publici notarii Viterbiensis condidit, quae, ut valida sit, summque sortiatur effectum, per Nos illam confirmari, et approbari praedictus exponens, nomine etiam nepotum defuncti summopere desiderat, humiliterque a Nobis efflagitat.

Tenor concessionis

§. 2. Nos igitur ob praemissa defuncti merita, et causas Nobis allatas, te, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, praedictam testamentariam dispositionem a bonae memoriae Joanne Baptista de saint Laurent confectam, ac omnia in ea contenta, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, ratam, validamque declaramus, ac omnes, et singulos defectus, si quos intervenisse contigerit, plenarie sanamus, atque supplemus, ut suum in omnibus sortiatur effectum, perinde ac si defunctus opportuna apostolica facultate munitus valide illam confecisset, detracta tantum quinta ejusdem haereditatis parte favore praedicti hospitalis aerarii applicanda, atque eroganda.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas Nostras firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus in dicto testamento contentis, et expressis plenissime suffragari, atque ab omnibus, in omnibus, et per omnia plenissime observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 4. Nonobstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non professione a defuncto emissa, ac dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis subquibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae in arce Gandulphi sub annulo piscatoris die decima quarta junii millesimo octingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.



Dat. die 19. junii 1817 anno XVIII.

DCCXXXIV.

Conversio peculiaris redditutum congregationis Spoliorum, favore alterius congregationis de Propaganda Fide.

Pius PP. VII.

*Motu Proprio*

Ratio, et tenor concessionis

§. 1. Catholicae fidei propagationi tanto studio, tantaque sollicitudine praedecessores Nostri perpetuo incubuerunt, ut negocium hujusmodi veluti sanctae Sedis proprium, et maximum merito semper judicaverint. Hinc felicis recordationis Gregorius XV. celebri sua constitutione *Inscrutabili divinae providentiae arcano* anno lata 1622. decimo kalendas julii peculiarem congregationem instituit de Propaganda Fide nuncupatam, eique nonnullos camerae apostolicae redditus attribuit, ut res tanti momenti celerius progrederetur, et novum de die in diem christiana religio incrementum acciperet. Sed ob anteactas temporum procellas adeo nunc imminuti sunt ejusdem congregationis redditus, ut nequeat amplius, ut antea, episcopis, et apostolicis vicariis pensiones persolvere, evangelicae messis operariis stipendia suppeditare, neque urbanum collegium pro alumnorum eruditione restituere, idque genus alia onera perferre, non sine maximo catholicae fidei propagationis detrimento. Cum primum itaque horum malorum notitiam accepimus, animum intendimus, quomodo illis occurrere, ac negocio tam gravi prospicere possemus. Animadvertentes tandem, spoliorum jura a pluribus praedecessoribus Nostris camerae apostolicae applicata, potissimum respicere vel fructus beneficiorum ecclesiasticorum de tempore eorum vacationis, vel bona personarum aut regularium extra claustra, aut ecclesiasticarum extra residentiam, aut absque testandi facultate decedentium, Nobis visum est, huic sanctae Sedi majori laudi futurum, si in posterum spoliorum redditus in sumptus propagationis catholicae fidei saltem in parte converterentur. Quamobrem audito dilecto filio Caesare Guerrerio Nostro vigilantissimo thesaurario, ac collectore generali spoliorum, vestigia Gregorii XV. sectantes, ac apostolicas literas felicis recordationis Pauli III., Pii IV, Pii V., Gregorii XIII., aliorumque Romanorum pontificum jura spolii concernentes, earumque tenorem, et datas hic pro expressis habentes, motu proprio, non ad alicujus instantiam, sed certa scientia, ac de apostolicae Sedis plenitudine, spolii jura eodem modo, et forma, quibus nunc ad cameram apostolicam pertinent, eidem congregationi de Propaganda Fide ad Nostrum, et successorum Nostrorum beneplacitum addicimus, incorporamus, applicamus cum eodemmet privilegio manus regiae, aliisque omnibus fiscalibus juribus, et privilegiis, quibus in eorum spoliorum exactione usque adhuc camera apostolica gavisa est, et gaudet, ita ut eadem congregatio in camerae apostolicae locum ad libitum Nostrum, et successorum Nostrorum, ut praemisimus, ad omnes, et quoscumque juris effectus subrogata, et suffecta omnino censeatur. Excipimus autem ab hac applicatione, ac favore Nostrae camerae perpetuo reservamus tum haereditates quarumcumque personarum decedentium ab intestato absque legittimis haeredibus, aliaque bona vacantia, tum bona jura, et actiones quascumque ad eamdem cameram apostolicam vel jam delatas, vel imposterum deferendas per suppressionem, siqua fortasse eveniret, quorumcumque episcopatuum, abbatiarum, cappellaniarum, et aliorum quorumcumque beneficiorum. Excipimus pariter bona abbatiae trium fontium, quorum administrationem durante illius vacatione prosequi volumus, ut antea, per dilectum filium thesaurarium Nostrum generalem, ejusque successores ad Nostrum, et hujus sanctae Sedis arbitrium.

§. 2. Volumus etiam, quod congregatio de Propaganda Fide debeat de triennio in triennium dilecto filio thesaurario Nostro generali pro tempore rationes exhibere fructuum omnium, sive annui redditus eorumdem spoliorum, ac praefatae apostolicae camerae in fine cujuslibet triennii solvere summam excedentem scuta nonaginta mille, compensandam cum fructibus LL. MM. non vacabilium ad praedictam congregationem spectantium, licet spoliorum redditus prae- Declaratio specialis.

cedentis triennii ad eamdem nonaginta millium scutorum quantitatem non pervenissent, sed imo fuissent longe minores. Denique, ut eadem congregatio teneatur nedum pensiones exsolvere, aliaque onera ferre, quae actu spoliorum arcae incumbunt, verum etiam in eorumdem spoliorum administratione uti opera ratiocinatoris, aliorumque ministrorum cameralium, qui modo eidem administrationi sunt addicti, iisdemmet stipendiis, quae nunc accipiunt, et senioribus decedentibus, alios juxta eorum antianitatis gradus sufficere cum eo majori emolumento, quod defunctus obtinebat, et hoc observari praecipimus, quoadusque alter supererit ex dictis cameralibus officialibus. Quocirca reverendissimo cardinali Scotti quoad rem familiarem oeconomicam saepedictae congregationis praefecto, ejusque in eodem officio successoribus committimus, et mandamus, quatenus exactioni, et recuperationi spoliorum hujusmodi sedulo incumbant, caeteraque omnia fideliter exequantur, quae a Nobis superius disposita sunt.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Decernentes omnia, et singula in praesenti Nostro motu proprio, quousque a Nobis, vel a successoribus Nostris revocatus non fuerit, contenta, et expressa, valida, et firma fore, ac ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et in futurum quomodolibet spectabit, firmiter, et inviolabiliter perpetuo observari debere. Sicque, et non aliter per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales, ubique judicari, ac definiri debere, ac irritum, et inane quidquid secus super his a quolibet quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstante quod commissarius apostolicae Nostrae camerae vocatus non fuerit, ac non obstantibus literis apostolicis felicis recordationis Pii IV. de gratiis interesse camerae apostolicae quomodolibet concernentibus infra certum expressum tempus in eadem camera registrandis. Ita quod congregatio de Propaganda Fide, aut alii ejus ministri ad hujusmodi insinuationem minime teneantur, aliisque literis apostolicis Nostris, vel praedecessorum Nostrorum quorumcumque Romanorum pontificum quibusvis efficacissimis, et insolitis clausulis roboratis, et confirmatis. Quibus omnibus etiamsi de illis specialis, specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, latissime hac vice derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum ex castro Gandulpho die decima nona junii millesimo octigentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

---

## DCCXXXV.

Dat. die 3 julii 1817 anno XVIII.

Dismembratio duodecim terrarum a nimis extensa Cathaniensi dioecesi, et in illarum praecipua civitate nuncupata Platiensi erectio unius episcopatus hujus nominis in insigni colegiata sanctae Mariae in coelum Assumptae.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Pervetustam locorum originem, et pervulgatam de eximia eorum celebritate famam ut plurimum fuisse causas, quae Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum operosam excitarunt sollicitudinem, ut istiusmodi loca aliquando mere honorifico civitatum titulo, quandoque vero (praevia illorum a quibus prius suberant praesulibus perpetua segregatione) episcopalium quoque sedium honore, ac dignitate apostolica dignarentur auctoritate condecorare, compertum satis, et pluribus eorumdem praedecessorum testatum habemus literis. Hoc sane Nos quoque more utentes, et instituto, nec minori, qua ipsi tunc erant, sollicitudine affecti, ad nonnullas temporali pientissimorum regum dominio subiectas terras, quae hoc ipso civitatum titulo decoratae fore noscuntur, Nostrae considerationis aciem

convertentes, operae praetium ducimus, et quidem meliori jure, dum id a Nobis religiosis ipsorum regum animi sensibus obsequentissime expostulatur, novas illic pastorum locare sedes, et tabernacula plantare, ut terrae ipsae exoptatum illud, quod eis deerat, decoris, et insignitatis complementum cum spirituali populorum utilitate apostolicae auctoritatis Nostrae ministerio plenarie consequantur.

Ratio decernendae dismembrationis.

§. 2. Alias siquidem, et postquam Nos usque et de anno Domini millesimo octingentesimo quinto ex regiis charissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi, hoc nomine, primi utriusque Siciliae, et Hyerusalem regis literis acceperamus, quod ipse pro ingenita sua pietate, ac singulari zelo ne dum temporalis, sed et spiritualis suorum subditorum salutis procurandae, super amplissimo florentissimoque Siciliae regno, temporali illius jurisdictioni subjecto extendens oculos, et animarum numerum ita in eo excrescere inspiciens, ut quindecies centena millia circiter (exacto peracto calculo) jam tum continerentur: ac uno eodemque tempore plane instructus, quod in tam lato refertoque Siciliae insulae terrarum ambitu novem tantum antistites essent, pergrave tot animarum curae pondus ultra vires sustinentes, quorum singulis, praesertim vero Cathaniensi episcopo, ob populosam, protensamque illius dioecesim permagnam terrarum, atque locorum ab episcopali ejus sede longinquitatem, viarum asperitates, quae hyeme ingruente difficillima efficiunt itinera, et nimium periculosum eodem tempore trajectum praesertim amborum fluminum, quorum alteri Dittajni, alteri vero Simoethi nomen inditum, nisi raro, et incommodo pastoralis visitationis causa ad universa loca suae episcopali jurisdictioni subjecta pro sacramento maxime confirmationis populis illis, qui ea incolunt, administrando datum esset accedere: proindeque vehementer expeteret, a dioecesi Cathaniensi praedicta, intra cujus fines quadraginta, et ultra consistunt loca, et plusquam ducenta incolarum millia adnumerantur, undecim terras, locaquo infrascripta (in quorum pene centro terra civitas nuncupata Platiae non sine magna accessus commoditate spectatur veluti caput eminere) ab episcopali ejus sede longiori dissita intervallo apostolica auctoritate distrahi, et segregari, ac in memorata Platiae terra, utpote infrascriptis, quibus gaudet, praerogativis vel maxime commendata, novam sedem, cathedramque episcopalem institui, atque locari. Nos gravissimis hisce rationibus permoti, tam piis ejusdem Ferdinandi regis instantiis, et votis pro viribus obsecundare vehementer exoptantes, aub die xxix. mensis januarii anni ejusdem Domini MDCCCVI. bo. me. Raphaeli Mormilo tunc et dum viveret archiepiscopo Panormitano, Nostro, et Sedis apostolicae hac in parte specialiter delegato, per organum congregationis venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium rebus consistorialibus praepositae commisimus, ut de reali expetiti episcopatos necessitate rem penitus inquireret, omnesque, et singulos, quorum hoc negotii interesset, vocaret, atque audiret, collectisque, et singillatim documento roboratis omnibus ad id pertinentibus, processum de more super hujusmodi episcopatus erectione construeret; et deinde ob ipsius Raphaelis archiepiscopi obitum in praemortui archiepiscopi locum, dilectom similiter filium vicarium a dilectis etiam filiis capitulo, et canonicis metropolitanae ecclesiae Panormitanae, illius sede archiepiscopali vacante, legitime deputatum, ac postremo eo similiter vita functo, venerabilem fratrem Nostrum Gabrielem Gravina tunc episcopum Flavionopolitanum, qui praedefuncti vicarii quoque munus suscepit, in ejusdem vicarii vicem pro istiusmodi processu prosequendo, perficiendoque in vim peculiarium facultatum unicuique eorum per organum ejusdem congregationis diversis, et successivis temporibus tributarum, suffecimus, et subrogavimus.

De utilitate, et necessitate dismembrationis.

§. 3. Ubi autem processus hic rite digestus perfectusque est, et per infranominatum canonicom Rosarium di Angelo specialom in hoc negotio procuratorem deputatum ad praefatam congregationem remissus, necessitas ipsa atque utilitas exoptatae erectionis ad medelam corruptorum temporum ex illo evidenter eluxit. Quapropter Nos ex relatis a vene-

rabili quoque fratre Nostro moderno Athenarum archiepiscopo dictae congregationis rebus consistorialibus hujusmodi, ut praefertur praepositae secretario compertum habentes, quod praedicta Platiae terra ab antiquissimis usque temporibus (ut fertur) originem repetens suam, et a proximo ejusdem nominis flumine, primum Gela, dein a Graecis Plutia ab ejus opulentia; postremo vero ab sequioris aevi historicis Platia dicta, sub ipso Romanorum imperio ita armorum gloria floruit, ut cum ipsis foedere jungi promeruerit, et Marco Marcello consuli praesertim in altero bello punico suppetias tulerit, ac pariter a regibus adeo peculiaribus aucta privilegiis est, ut supremum procerum totius Siciliae regni consilium tempore Friderici, hoc nomine secundi, Platiae fuerit coactum, et Romanorum imperator ac utriusque Siciliae rex Fridericus praedictus illi prae omnibus civitatibus regni praefati honorificentissimum, et admodum singulare (ut ajunt) privilegium, ut generalia romitia totius regni Siciliae bis in quolibet anno inibi haberentur, benigne concesserit.

Laudes terrae Platiae.

§. 4. Jam vero ipsa Platiae terra, quam scriptores ipsi ante barbarorum irruptiones episcopali dignitate, atque honore insignitam fuisse referunt, quaeque amplissimis pariter singularibusque privilegiis, et immunitatibus pro tempore existentium Siciliae regum munificentia, et benignitate identidem adaucta, et cumulata existit, refertissima populo est, cum septemdecim millia, et quadraginta octoginta circiter incolarum complectatur: in eminenti consistit loco, salubris, lenisque aeris, ad prospectum maris, in puncto fere medio, seu centrali undecim locorum, et terrarum, quae a Cathaniensi abscindendae, et novae sedi adjudicandae erunt, ad quas providus futurus pastor suum viseudi causa gregem, ovesque sibi concreditas agnoscendi percommode accedere, et aeque simul illae suum pastorem ad Platiensem ecclesiam adire libere poterunt: frugiferis illa abundat vallibus, ac ridentibus, uberrimisque collibus: originis autem vetustate, nominis celebritate, territorii latitudine, commerciique opulentia, caeteris forsan aliis praedictae insulae etiam illustrioribus terris simili civitatum titulo, et honore gaudentibus facile antecellit. Adsunt in ea plures nobiles, et permultae itidem inferioris ordinis, honesto tamen, civilique cultu viventes familiae, quae suis, quibus potiuntur opibus, et facultatibus, nil prorsus abesse videntur a cultu, et humanitate provinciae: magnificae aedes publicae, splendida, et eleganter extructa privatorum palatia, amplissima templa adnumerantur. Inclytus inibi senatus residet, et triumviralis magistratus, florentissimaque curia: copiosus admodum clerus est, et in ecclesiasticis disciplinis versatus, morumque probitate, et vitae integritate spectatissimus, cum spirituali fructu, populique aedificatione in vinea Domini laudabiliter adlaborans. Neque minori cum laude florescit studiorum generalium universitas, ubi septem diversarum facultatum institutae reperiuntur cathedrae, quae sane universitas una ex quatuor praeclaris admodum, et insignibus in ipso Siciliae regno actu existentibus esse dignoscitur, ubi summa diligentia, sedulaque lectissimorum facultatis cujusque doctorum opera, adolescentes permulti ad humaniores literas primum optime informati, severioresque deiu disciplinas aggressi, viri virtute, atque doctrina praestantissimi facti sunt, quorum aliqui in philosophicis, et theologicis, alii vero in utriusque juris facultatibus apprime versati non christianae modo, sed civili etiam reipublicae maximo et ornamento, et usui fuere: sunt praeterea in primodicta terra quatuor bibliothecae, et bini pietatis montes in pauperum subsidium, eique multum decoris atque splendoris adiiciunt sex monialium diversorum respective ordinum monasteria, unum pauperum puellarum hospitium, unumque itidem pro eisdem puellis parentibus orbatis provide institutum orphanotrophium: octo regularium virorum coenobia, praeclarum monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis montis Cassinensis monasterium, cui unus ex pro tempore existentibus abbatibus parlamentariis nuncupatis ordinis, et congregationis hujusmodi praeesse consuevit: unus etiam ordi-

nis clericorum regularium Theatinorum nuncupatorum conventus; eximiae, atque magnificae regalis accademiae studiorum aedes, ac demum binae saeculares et insignes collegiatae ecclesiae, quarum altera sanctissimo Crucifixo dicata, altera vero beatae Mariae virgini in coelum Assumptae sacra, quae parochialis simul, et matrix existit, cuique infrascriptae aliae filiales, et ab ea dependentes, una scilicet sancti Martini, ac alia sanctorum angelorum custodum, ac alia sanctae Venerandae virginis, et martyris, ac alia sancti Stephani prothomartyris, nec non reliqua sancti Philippi confessoris in peimodicta terra respective consistentes subsunt parochiales ecclesiae, quarum omnium, et singularum ecclesiarum memorata ejusdem beatae Mariae virginis in coelum Assumptae absque ulla prorsus dubitatione princeps, eo noscitur esse jure, quo qui optimo. Ipsa enim collegiata in umbilico primodictae terrae superbo atque eleganti molimine extructa; planitiem habet ante vestibulum templi se late protendentem, tholumque superpositum ingentis magnitudinis, internam illius majestatem indicantis, ac praeter amplitudinem, et elegantiam interioris ornatus egregii operis, et marmorei pavimenti, quo soli ejusdem templi superficies obtegitur, aram maximam durioribus pulcherrimisque lapillis undique praefulgentem ostentat, eximiamque ex aegento urnam, in qua mirandum illud pie colitur vexillum Deiparae virginis imaginem manu divi Lucae (ut ajunt) depictam praeseferens, cujus patrocinio confisus olim invictissimus comes Rogerius, fusis, profligatisque Saracenis, eorum simul ab insula tota ejecit, erasitque nomen. Duplex in templo est chorus ad vernam, aestivamque psalmodiam; binaque organa splendidis anaglifis exornata, sacrarium satis amplum, ac sacrarum supellectilium ea copia instructum, quae ad pontificalia munia, et officia debite, decenterque peragenda satis esse queat: palatium insuper futuro episcopo pro comoda, decentique illius habitatione designatum eidem adhaeret templo, nec procul absunt aedes, in quibus clericorum seminarium ad tramites decretorum concilii Tridentini institui potest, atque locari. Sui autem ipsius usque et ab antiqua erectione partem sibi condidit famam, et singularem commendationem ad gloriam secundodicta haec collegiata ecclesia, quam a felicis recordationis Clemente pp. VIII. praedecessore Nostro de anno ejusdem Domini MDCIII. factam fuisse, eaedem praefati pontificis testantur literae.

§. 5. Illius enim capitulum quatuor primoribus dignitariis, uno scilicet praeposito, unam praeposituram inibi principalem; et cantore, unum cantoratum in ea secundam; ac thesaurario, unum thesaurariatum inibi tertiam; nec non decano, unum decanatum inibi quoque quartam respective dignitates existentes, quorum singulis earumdem dignitatum possessoribus pro tempore respective existentibus universa animarum dilectorum etiam filiorum, tam dictae collegiatae, quae etiam parochialis ut praefertur, existit ecclesiae, quam supradictarum aliarum filialium, et ab ipsa, ut praefertur, dependentium parochialium ecclesiarum universae terrae praedictae parochianorum cura cumulative, absque ulla distinctione est concredita, cujus quidem ratione ipse quatuor dignitates praevio concursu, illarum vacatione pro tempore occurrente, conferri consueverunt: ac viginti quatuor canonicis primariis, totidem primarios, et presbyterales, inter quos nonnulli etiam jurispatronatus laicorum ex fundatione vel dotatione existentes adnumerantur; necnon novemdecim secundariis nuncupatis quoque canonicis, aut mansionariis, sive beneficiatis, totitem secundarias respective nuncupatas praebendas, aut mansionariatus, sive beneficia ecclesiastica respective obtinentibus componitur. Congrua, atque sufficiens cuilibet ex dignitatibus, singulisque, tam primariis, quam secundariis canonicatibus, et praebendis, seu mansionariatibus, vel beneficiis hujusmodi dotatio constituta reperitur, atque assignata. Ita quod, tam saepe dicta Platiae terra ut ad civitatis vere episcopalis gradum, et honorem evehatur, quam ipsa beatae Mariae virginis in coelum Assumptae parochialis simul, et matrix collegiata eccle-

Praestantia capituli, et ecclesiarum parochialium illius terrae.

sia, ad cathedralis ecclesiae statum, et dignitatem promoveatur, respective dignae, et accommodae reputentur.

Erectio dioecesis Platiae.

§. 6. Hinc Nos, hujusmodi relatione pronis auribus audita, ac praemissis omnibus, quae ad rem tam gravem, sacramque pertinent, debita, ac matura meditatione pensatis, intercedente etiam consilio, et voto ejusdem congregationis rebus consistorialibus, ut praefertur, praepositae, ad quam hujusmodi negotium sub variis dubiis in causa hujusmodi dismembrationis, et erectionis (quas in postrema Cathaniensis ecclesiae provisione sub die xxiii. mensis septembris anni ejusdem Domini proxime elapsi Nobis, Sedique apostolicae jam reservaveramus), ex oppositionibus conceptis discutiendum traditum fuit, ut religiosus populus spiritualia haec consequatur auxilia, piissimi Ferdinandi regis praedicti votis, et desideriis annuere volentes, praevia (quatenus opus sit) sanatione, et suppletione quorumcumque consensuum omnium, et singulorum interesse habentium, ac defectuum si unquam in constructione memorati processus, ejusque legalitate ex notariorum incuria, vel inscitia, aut alias ex quocumque capite in co quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici, censeri, vel intelligi possent, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine a dioecesi Cathaniensi praefata, cui proprio jam viduata pastore novus episcopus, et pastor nuperrime datus est, infrascriptas duodecim terras, saepedictam videlicet civitatem, ut praefertur, nuncupatam Platiae, ac aliam Aidone, ac aliam Asaro, ac aliam Barafranca, ac aliam Caropipi, ac aliam Castrogiovanni, ac aliam sancto Filippo di Argirò, ac aliam Imbaccari, ac aliam Leonforte, ac aliam Nissoria, ac aliam Pietraperzia, et reliquam terras hujusmodi Villarosa respective nuncupatas, cum omnibus, et singulis in eis contentis, quaeque omnes intra fines novae dioecesis juxta mappam topographicam in eodem processu conjunctam consistunt, ac quorum ambitus ad septemtrionem cum nova Nicosiae Herbitensis, ad orientem cum Cathaniensi, ad meridiem cum Calata-heronensi, ad occasum cum Agrigentina respective dioecesibus finitimus, et conterminus est, apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo dismembramus, dividimus, et separamus.

Civitas Platiensis in episcopalem erigitur.

§. 7. Dictasque terras sic dismembratas, divisas, et separatas, et in eis respective consistentes, et consistentia parochiales, et collegiatas, aliasque ecclesias, et monasteria (non tamen exempta), praeposituras, praepositatus, prioratus, conventus, et alia quaecumque, quotcumque, et qualiacumque cum cura, et sine cura saecularia, et quorumvis ordinum regularia beneficia ecclesiastica, omniumque pariter, et singularum terrarum hujusmodi utriusque sexus personas, habitatores, et incolas, tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos quoscumque, cujusvis status, gradus, ordinis, et conditionis existant, ab ordinaria jurisdictione, potestate, et superioritate, moderni, et pro tempore existentis Cathaniensis episcopi, eadem apostolica auctoritate quoque perpetuo sejungimus, et eximimus. Jubentes propterea, omnes et singulas chartas, scripturas, instrumenta, piorum operum, et beneficiorum ecclesiasticorum fundationes, eorumque dotationes, testamenta, et quaevis alia documenta sive acta quocumque nomine nuncupata, ad terras praefatas quovis modo spectantes, et pertinentes, sive spectantia, et pertinentia, dictasque in eis respective incolentes saeculares, et regulares personas praedictas, quomodolibet concernentes, et concernentia, ab episcopali cancellaria, seu alio peculiari archivio Cathaniensi itidem separari, et extrahi, et ad cancellariam Platiensem noviter ut infra instituendam, perpetuo quoque transferri, atque deponi, et respective asservari debere. Praeviis autem dismembratione, divisione, separatione, sejunctione, exemptione, et jussione praefatis, primodictam Platiae terram civitatis mere titulo, ut praefertur, decoratam, in civitatem vere episcopalem Platiensem, ut prius, nuncupandam, cum suis seminario puerorum ecclesiastico, cancellaria episcopali, omnibusque honoribus, privilegiis, et praerogativis, quibus aliae civitates dicti regni Siciliae ultra pharum, pontificali sede insignitae, earumque cives utuntur, et

gaudent; secundo dictam vero collegiatam ecclesiam beatae Mariae virginis in coelum Assumptae, unicam supradictarum omnium parochialium ecclesiarum in eadem primodicta terra consistentium matricem, (praevia in ea collegialitatis tantum perpetua suppressione, et extinctione) in cathedralem ecclesiam Platiensem nuncupandam sub eodem ipso praefatae Deiparae virginis in coelum Assumptae titulo, seu eadem ipsa invocatione, archiepiscopo Montis Regalis pro tempore existenti suffraganeam, eique metropolitico jure subjectam respective extituram, et in ea sedem, cathedram, et dignitatem episcopalem, pro uno deinceps episcopo Platiensi similiter nuncupando, qui eidem ecclesiae, illiusque civitati, et dioecesi Platiensi sibi, ut infra, assignandae praesit, abbates inferiores, et alios ad synodum convocet, ac omnia, et singula jura, officia, et munia episcopalia habeat, et exerceat; cum suis infrascipto capitulo, arca, sigillo, mensa episcopali, caeterisque cathedralibus, et pontificalibus insigniis, jorisdictionibus praeeminentiis, praerogativis, privilegiis, et indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus coeterae cathedrales ecclesiae praefati Siciliae regni ultra pharum praedictum, earumque praesules (non tamen titulo oneroso, vel privilegio particulari) gaodent, et gaudere debebunt.

Auctio capituli cathedralis, et concessio privilegiorum.

§. 8. Atque ut capitulum, et canonici novae hujus cathedralis ecclesiae erigendae in praesenti rerum immutatione ecclesiasticorum ministrorum illi diversis ministeriis, et officiis inservitororum adaucto numero magis elucescant (praevia unius ex saepedictis viginti quatuor canonicatibus, et unius itidem ex primariis nuncupatis praebendis per liberam dimissionem dilecti etiam filii Rosarii di Angelo presbyteri, illos nuper obtinentis in manibus nostris ad infrascriptum tamen effectum sponte factam, per Nos hodie admissam apud Sedem apostolicam vacantium perpetua suppressione, et extinctione), praeter memoratas quatoor dignitates, de quibus praevio concursu, ut antea, semper, et perpetuo disponi debeat, unum archidiaconatum, qui quinta etiam inibi dignitas erit, nulli tamen curae animarum oneri obnoxius, nec ille, qui oculus episcopi dicitur; existat, ac oni ex canonicis inter primarios in ordine antianitatis seniori semper, et perpetuo debitos, pro hac prima vice, videlicet, primodicto Rosario, dictae collegiatae ecclesiae, ut praefertur, suppressae et extinctae (ut accepimos) canonico seniori, ut praefertur dimisso, cui Nos archidiaconatum praedictum cum eadem ipsa praebenda sui canonicatus suppressi, et extincti, semper, et perpetuo dicto archidiaconatui, ut infra, erigendo annexa extitura, in praesens earumdem praesentium vigore dicta apostolica auctoritate conferimus, et de illo etiam providemus; deinde vero pro uno presbytero ex primariis canonicis, supradicta tamen qualitate praedito, futuro pro tempore existente dictae cathedralis ecclesiae noviter erigendae archidiacono, qoi eisdem honoribus, privilegiis, insigniis, indultis, et gratiis, quibus caeteras alias dignitates in eadem, ut praefertur, erigenda cathedrali in praesens obtinentes gaodent, ex pro tempore quomodolibet in futurum gaudere possunt, et poterunt, libere quoque perfruator, et gaudeat. Nec non octo perpetua simplicia, personalem tamen residentiam requirentia beneficia ecclesiastica choralia nuncupanda pro totidem clericis Jaconelli nuncupandis, ad ea respective consequenda tam pro hac prima vice, quam in posterum per perpetuos fidecommissarios dictae cathedralis ecclesiae, et praefertur, erigiendae, uti illius honorum administratores respective deputandis, et ad eorum quoque nutum amovibilibus extituris, qnibus omnia et singula, dictae cathedralis ecclesiae, ut praefertur, erigendae, illiusque chori etiam manuale servitiom undequaqoe concernunt faciendi, et exequendi, onus incumbat, ad omnipotentis Dei laudem et ejusdemqoe beatae Mariae Virginis honorem, fideique et Ecclesiae catholicae exaltationem, motu pari dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo respective erigimus et istituimus, ac respective etiam perpetuo adjungimos. Capitulum vero, et canonicos secundodictae collegiatae ecclesiae (illios collegialitate tantum suppressa remanente) in capi-

tulum, et canonicos, sicut praefertur, erectae cathedralis ecclesiae, nec non praeposituram, quae hactenus in ipsa collegiata ecclesia, ut praefertur, suppressa et extincta principalis fuit, in majorem post pontificalem sic erectam hujusmodi, ac cantoratum, ut antea, in secundam, et thesaurariatum etiam, ut prius, in tertiam, ac decanatum similiter in quartam, nec non archidiaconatum noviter, ut praefertur, erectum, et respective collatum in quintam respective etiam dignitates, easque nunc et pro tempore respective obtinentes in praepositum, et cantorem, ac thesaurarium, et decanum, necnon archidiaconum, eosdemque vigintitres primarios ab ipsa superius exacta suppressione exemptos superextantes, et novemdecim secundarios respective canonicatus, et respective primarias, ac secundarias respective nuncupatas praebendas, seu mansionariatus, vel beneficia ecclesiastica hujusmodi, ac nunc et pro tempore existentes illorum respective possessores in totidem primarios, et respective secundarios canonicos, sive mansionarios, vel beneficiatos: itemque dicta octo beneficia Jaconelli, ut praefertur, nuncupata noviter etiam, ut praefertur, erecta, atque pro tempore respective obtinentes clericos Jaconelli respective nomine oppellandos, dictae cathedralis ecclesiae noviter, ut praefertur, erectae, atque institutae, eadem apostolica auctoritate perpetuo quoque substituimus, et subrogamus.

De ordine inter canonicos servando.

§ 9. Et quoad praefatos novemdecim auctu existentes canonicos secundarios seu mansionarios hujusmodi ex iisdem, tres in ordine antianitatis priores, personatorum titulo et honore apostolica auctoritate praefata perpetuo quoque insignimus, et decoramus. Ita tamen ut eorum primus sive senior in ipso antianitatis ordine sub cantoris, ac alter (praevio concursus experimento idoneus renunciatus) scholae cantus magistri, tertius vero, qui ab episcopo semper eligetur, sacrarum caeremoniarum etiam magistri respective, munera, et officia libere et licite gerere valeant, atque exercere. Volentes insuper, et futuro episcopo Platiensi expresse injungentes, ut ipse delectis prius per enm duobus quos maluerit, et idoneos repererit, ex eisdem viginti tribus primariis canonicatibus, et praebendis dictae noviter, ut praefertur, erectae, atque institutae cathedralis ecclesiae, et quatenus ambo, seu eorum alter de jurepatronatus laicorum existant, seu existat, accedente tamen pro tempore existentium patronorum consensu, eorum respective praebendas, alteram scilicet in theologalem, alteram vero in poenitentiariam, dicta apostolica sibi ad id specialiter et expresse delegata auctoritate pariter erigat, atque instituat.

Praeceptum de erigendis praebendis theologali, et poenitentiaria

§. 10 Dilectis tamen filiis modernis illorum possessoribus, quorum praebendis haec injuncta fuerint onera, atque officia ex nunc scilicet prout et ex tunc in hujusmodi eventum, ut ipsi absque ullo desuper habendo examine, et suscipiendo in aliqua facultate gradu, suos canonicatus, et praebendas ut prius, quoad vacaverint valeant retinere, dicta apostolica auctoritate respective concedimus, et indulgemus, quodque in futurum cum primum istiusmodi duo canonicatus, et praebendas per illorum respective possessorum obitum, aut alias quovis modo ex eorum personis vacaverint, theologalis videlicet in theologia magistro, poenitentiaria vero praebendae hujusmodi in eadem theologia itidem magistro, vel in utroque aut saltem canonico jure licentiato respective presbyteris in concursu desuper ad formam constitutionis felicis recordationis Benedicti pp. XIII praedecessoris Nostri habendo approbatis semper, et perpetuo respective conferri debeant

Assignatio bonorum pro beneficiatis, et aliis capitularibus.

§. 11. Et quoniam ratio exigit, suadetque justitia, ut ecclesiasticorum ministrorum labores in graviorum munerum, et officiorum exercitio per ipsos impendendi congrua mercede rependantur, unaque simul alii noviter adsciti clerici inferioribus ministeriis ecclesiae inservituri congruum itidem stipendium consequantur; hinc Nos praefatis duobus ex viginti tribus canonicatibus, quorum respective praebendae, altera scilicet in theologalem, altera vero in poenitentiariam fuerint erectae, uncias sex pro quolibet monetae illarum partium, illique ex supradictis novem-

decim canonicatibus, et secundariis nuncupatis praebendis, seu mansionariatibus personatorum titulo decoratis, cui munus scholae cantus magistri per illum pro tempore obtinentem exercendi est annexum, alias sex uncias similes, quae in augumentum harum solum cedant praebendarum; ita ut theologalis, atque poenitentiarii primariorum, et scholae cantus magistri, ut praefertur, secundarii canonicatuum praedictorum respective possessores pro tempore existentes tantum, hujus augumenti beneficio ratione horum respective munerum utrique eorum, ut praefertur, injunctorum supra caeteros alios capitulares valeant gaudere. Dictis vero octo beneficiis in dicta, ut praefertur, erecta, atque instituta cathedrali ecclesia etiam, ut praefertur, noviter institutis, illaque respective pro tempore obtinentibus, clericis Jaconelli, ut praefertur, nuncupandis, et eorum cuilibet, sex itidem uncias paris monetae ex fructibus, redditibus, et proventibus bonorum ad cathedralem ecclesiam praefatam sic ut praefertur erectam, atque institutam spectantium, juxta obligationem per fideicommissarios praedictos, uti eorumdem bonorum administratores legitime deputatos in partibus in forma juris validam jam factam; annuatim absque ulla etiam minima diminutione persolvendas, eadem apostolica auctoritate perpetuo respective constituimus atque assignamus. Uno tantum ex saepe dictis canonicatibus primariis del Ciccio nuncupato, qui sicut accepimus, de jurepatronatus laicorum ex fundatione, vel dotatione existit, cuique nulli in praesens sunt redditus, ex nunc pro tunc, postquam tamen ille per moderni illius possessoris obitum vacaverit (nisi congrua a patronis ei constituatur dotatio) ex ipso perpetuo quoque suppresso, et extincto remansuro. Salvis tamen, et firmis in reliquis remanentibus favore capituli, et canonicorum dictae, ut praefertur erectae, atque institutae cathedralis ecclesiae, etiam ut praefertur, subrogatorum suarum dignitatum, ac singulorum suorum canonicatuum, et praebendarum fructus, redditus, et proventus, ut antea percipiendi, aliisque optionis juribus; praesertim dignitariis concuratis competentibus, de posteriori, videlicet, ad superiorem itidem concuratam ex dictis quatuor dignitatibus, absque ullo desuper habendo concursu gradatim ascendendi; praepositura dumtaxat excepta, super qua pro tempore vacante concursus de more semper, et perpetuo erit habendus, servataque quoad collationem, tam dignitatum, quam canonicatuum, et praebendarum praefatorum eadem ipsa lege in perantiqua secundodictae collegiatae ecclesiae ut praefertur, suppressae, et extinctae erectione per memoratas dicti Clementis praedecessoris literas jam tum sancita, cui per subrogationem praedictam non censeatur in aliquo derogatum.

Conservatio privilegiorum

§. 12 Et in suo quoque robore permansuris omnibus, et singulis privilegiis, indultis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, insigniis, praerogativis, honoribus, indulgentiis, aliisque juribus, et gratiis eisdem capitulo, et canonicis secundo dictae collegiatae ecclesiae, ut praefertur, suppressae, et extinctae apostolica, vel alia quavis, legitima tamen, auctoritate concessis, ac etiam de jure, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet competentibus; dummodo tamen illa sint in usu, nec revocata existant, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis non repugnent, in omnibus, et per omnia, perinde ac si status collegialitatis hujusmodi minime immutatus fuisset.

Concessio vestium insignium pro capitularibus.

§. 13 Ac tam modernis, quam futuris ejusmodi cathedralis ecclesiae, ut praefertur, erectae, atque institutae praeposito, ac cantori, et thesaurario, ac decano et archidiacono illis noviter, ut praefertur, adjuncto, nec non singulis viginti tribus primariis, ac novemdecim secundariis canonicis, sive mansionariis, vel beneficiatis, ut tam ipsi praepositus, videlicet, ac cantor, et thesaurarius, et decanus, et archidiaconus, ac canonici primarii praedicti, praeter cappam magnam sericam violacei coloris, cum pellibus armellinis, necnon rocchetum, et mozzetam violaceam, et nigram, et quoad cantorem praefatum, usum gestandi in publicis processionibus argenteum baculum, quo, et quibus hactenus ex concessione apo-

stolica ipsi respective gravisi sunt, et archidiaconus ipse noviter ejusdem dignitariis adjunctus gaudebit, pro majori dictorum capituli, et canonicorum decore, etiam palmatoria, sive lycneolo, vulgo bugia nuncupato uti, quam novemdecim canonici secundarii, sive mansionarii, vel beneficiati praedicti praeter almutiam nigram supra cottam per eos hactenus gestari solitam, ex nunc deinceps cappam magnam violacei coloris, pellibus tamen leucophaei, vulgo di varo, nuncupatis cinerei coloris subsutam; et quoad tres in ordine antianitatis priores personatorum titulo, ut praefertur, decoratos tantum, etiam cingulum sive fasciam sericam dicti violacei coloris, tam in dicta cathedrali ecclesia ut praefertur, erecta, quam extra eam, ac tam in processionibus, quam aliis actibus, et functionibus quibuscumque publicis, et privatis, etiam extra civitatem Platiensem praefatam, ac ubique locorum, etiam in synodalibus, provincialibus, et universalibus conciliis, ac etiam in praesentia S. R. E. cardinalium, etiam de latere legatorum, archiepiscoporum, episcoporum, et aliorum quorumcumque quibusvis anni temporibus, ac diebus: eisdem vero octo clericis Jaconelli, ut praefertur, nuncupatis vestem talarem violaceam, cum cingulo rubri coloris, et superpelliceo intra praefatam cathedralem ecclesiam, ac etiam in quibusvis functionibus, et eisdem processionibus respective deferre, et gestare, illisque respective uti libere, et licite possint, et valeant; eadem apostolica auctoritate respective perpetuo etiam concedimus, et indulgemus.

Jus capitulo concessum condendi statuta

§. 14. At praeterea eisdem capitulo, et canonicis ipsius cathedralis ecclesiae Platiensis, ut praefertur, erectae nunc et pro tempore existentibus, ut ipsi capitulariter congregati pro novo (quatenus immutatio status collegialitatis hujusmodi id requirat) ejusdem sic erectae cathedralis ecclesiae, illiusque chori, eorumque rerum, et jurium, tam spiritualium, quam temporalium prospero, felicique regimine, gubernio, ac directione, nec non onerum eis respective incumbentium supportatione, divinorum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum, et suffragiorum celebratione, distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, et divisione, ac poenarum per absentes, et divinis officiis suis loco, et tempore non interessentes, seu onera et ministeria eis, et eorum cuilibet incumbentia subire negligentes incurrendarum incursu, ac singulorum praesentiis, et absentiis notandis, caeremoniis, et ritibus in dicta sic erecta cathedrali ecclesia, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus hujusmodi servandis, ac quibusvis aliis rebus in praemissis, et circa praemissa quomodolibet necessariis, et opportunis, quaecumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta, licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini minime adversantia, sub praesidentia, et approbatione futuri episcopi Platiensis, seu donec et quousque dicta episcopalis ecclesia post exequutam illius erectionem de primo suo pastore provisa non fuerit, per infrascriptum vicarium apostolicum examinanda, edere, atque edita declarare et interpretari, ac in meliorem formam redigere, et reformare, seu alia de novo ex integro, eisdem tamen sacris canonibus, et constitutionibus, ac decretis concilii Tridentini praefati non contraria, et ut praefertur per futurum episcopum praefatum similiter examinanda, et approbanda, ac per eos ad quos nunc spectat, et pertinet, ac pro tempore quomodolibet spectabit, et pertinebit observanda, sub poenis in contrafacientes statuendis, quoque edere libere, et licite possint, et valeant, plenam, liberam, et omnimodam facultatem, potestatem, et auctoritatem, eadem apostolica auctoritate pariter perpetuo concedimus, et impartimur.

Concessio usus postergalis, vulgo Soglietta.

§. 15 Rursum vero easdem quinque dignitates respective obtinentibus, ac viginti tribus canonicis dictae sic erectae cathedralis ecclesiae, in turno celebrationis missarum solemnium pro tempore extituris, usum, quem de praesenti habent in celebratione praedicta ligni, videlicet, suppedanei, cum postergali, vulgo in illis partibus Soglietta nuncupato, parvulis gradibus elevati, et lanea culcitra cooperti simili modo dicta

apostolica auctoritate praeservamus, ac perpetuo itidem confirmamus.

Declaratio jurisdictionis episcopi Cathaniensis.

§. 16. Caeterum, hac totali supradicti capituli nova constitutione praemissa, ad hoc ut propria dioecesis eidem primofuturo, et pro tempore respective existenti episcopo Platiensi, ut praefertur, nuncupando efformari, et statui possit, primodictam, videlicet, Platiae, in civitatem episcopalem, ut praefertur, erectam, ac aliam Aidone, et aliam Asaro, ac aliam Barafranca, ac aliam Caropipi ac aliam Castrogiovanni, ac aliam s. Filippo di Argirò, ac aliam Imbacari, ac aliam Leonforte, ac aliam Nissoria, et aliam Petrapersia, ac reliquam terras de Villarosa respective nuncupatas, juxta confinia supradicta respective sitas, cum omnibus, et singulis in eis contentis, a praefata Cathaniensi dioecesi per Nos, ut praefertur, dismembratas, divisas, atque divulsas, ac in eisdem terris respective, ut praefertur, consistentes, et consistentia parochiales, collegiatas, et alias ecclesias, monasteria, (non tamen exempta) praepositurae, praepositatus, prioratus, conventus, et alia quaecumque, quotcumque, et qualiacumque cum cura, et sine cura secularia, et quorumvis ordinum regularia beneficia ecclesiastica, etiam si saecularia, videlicet, canonicatus, et praebendae, dignitates, personatus, administrationes, et officia etiam curata, et electiva etiam in collegiatis, aliisque ecclesiis, regularia vero beneficia hujusmodi, praepositatus, praepositurae, dignitates, etiam conventuales, personatus, administratores, et officia etiam claustralia, cappellaniae, et cappellae sint, et ad dignitates, prioratus, praepositatus, et praepositura hujusmodi cousneverint, qui per electionem assumi, omniumque pariter, et singularum terrarum hujusmodi utriusque sexus personas, habitatores, et incolas, tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos quoscumque, cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis, ut praefertur, existant, ab ordinaria dicti moderni, et pro tempore existentis episcopi Cathaniensis jurisdictione, potestate, et superioritate etiam, ut praefertur, disjuncta, et exempta, ac disjunctas, et exemptas, novae ecclesiae episcopali Platiensi, illiusque futuro praesuli pro suis civitate, territorio, et dioecesi, ac clero, et populo dicta apostolica auctoritate motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus perpetuo quoque concedimus, et assignamus, ac respective ordinariae ipsius moderni, et pro tempore futuri episcopi Platiensis jurisdictioni, potestati, et superioritati; ita quoad liceat personae eidem ecclesiae Platiensi, tam nunc a primaeva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutae in episcopum praeficiendae per se, vel alium, seu alios, ejus nomine veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi administrationis spiritualis, et omnimodi juris dioecesani in primodicta Platiae in civitatem episcopalem per Nos, ut praefertur, erecta, ac in omnibus aliis superius expressis terris propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam hujusmodi perpetuo retinere, ejusdemque, ut praefertur, moderni, et pro tempore existentis episcopi Cathaniensis, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, pari apostolica auctoritate similiter perpetuo supponimus atque subiicimus.

Dotatio episcopi Platiensis.

§. 17. Cupientes autem Nos episcopali ecclesiae, sic ut praefertur, erectae de congrua dotatione providere, unde futurus, et pro tempore existens Platiensis episcopus suam decenter tueri valeat dignitatem, eidem mensae episcopali Platiensi summam trium millium et sexcentorum ducatorum monetae regni Neapolitani per Platiensis civitatis senatum, seu civicum consilium, et fideicommissarios administratores praefatos annuatim persolvendam, dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo assignamus. Ad quam quidem dotationem perpetuo sustinendam cum praefati Ferdinandi regis annuentia, pro duabus ex tribus partibus duorum millium, et quadrigentorum ducatorum similium videlicet, idem senatus, interveniente etiam praedicto civico consilio, universitatem populi ejusdem civitatis repraesentante, sponte sua tot bona stabilia in fundis, et latifundis consistentia, huic supportando oneri capacia perpetuo, et irrevocabilis donationis

actu solemniter stipulato jam constituit; pro tertia vero parte mille, et ducentorum ducatorum parium fideicommissarii praedicti uti administratores bonorum ad memoratam ecclesiam cathedralem, ut praefertur, erectam, etiam ut praefertur spectantium deputati, alia quoque bona, ad onus sic susceptum perferendum itidem capacia, perpetua quoque, et irrevocabili adstipulata dotatione, in praefatae mensae episcopalis dominium, et proprietatem lubentissime transtulere; quorum quidem bonorum, sive fundorum vocabula in instrumento per acta dilecti similiter filii Josephi Mariae Calamaro publici, regiique notarii praefatae civitatis Platiensis sub die tertia mensis novembris anni ejusdem Domini millesimi octingentesimi decimi sexti indictione quinta speciatim reperiuntur expressa, eadem ipsa bona unum, videlicet, di Ciapazzo, ac aliud di Cono nuncupato, ad senatum, et civicum consilium praedictos libere spectantia, ac nonnullas terras pariter in territorio di Scalisa consistentes, cum annexis horreis ad cathedralem ecclesiam ut praefertur erectam pertinentes juxta notissimos eorum confines per peritos in illarum mensuratione juxta artis regulas facta descriptos, eaque omnia a quocumque onere, canone, aliaque quavis speciali, sive particulari hypothera libera, immunia, et exempta, quae quidem bona, sic ut praefertur constituta, donata, et respective translata in primofuturi, et pro tempore existentis episcopi Platiensis favorem, dominium, et potestatem, ejusque in episcopatu successorum ab infrascripto earumdem praesentium exequutnre ante hujusmodi episcopatus erectionem erunt attente verificanda. Cui etiam verificationi subjaceat obligatio a praefatis senatu, et fideicommissariis administratoribus solemniter facta satisfaciendi omnia, et singula onera, quae tam in praesens, quam in posterum ex quibusvis causis, atque rationibus illas etiam de novo oriri, et super illas quavis auctoritate injungi, vel imponi contingat, eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo attribuimus, atque appropriamus.

Assignatio domus habitationis pro episcopo Platiensi.

§. 18. Itemque eidem primofuturo, et pro tempore existenti episcopo Platiensi pro sui commoda, et sufficienti habitatione satis amplum, et decens palatium, quod a memoratis fideicommissariis, dictae cathedralis ecclesiae bonorum administratoribus legitime, ut praefertur, deputatis, huic usi est reservatum; nec non conventum ad fratres ordinis fratrum sancti Dominici Praedicatorum nuncupatorum olim pertinens jamdiu legitime suppressum, ab ipsa cathedrali ecclesia, et respective palatio episcopali praedicto non longe dissitum, ubi commode clericorum seminarium institui potest, cujus quidem palatii, et memorati conventus ad seminarii usum convertendi aedium restaurationes, et suo quaeque usi inservire valeant, aere proprio pro duabus ex tribus partibus, videlicet, civicum consilium, pro tertia vera expensarum parte fideicommissarii administratores praedicti per stipulationes, legalesque hypothecas jam in partibus valide, et efficaciter se obligarunt ( obligationis hujusmodi sic ut praefertur, assumptae adimplemento, tam pro inchoandis, quam perficiendis operibus hujusmodi illis expresse per Nos vigore praesentium demandato ) apostolica auctoritate praefata perpetuo pariter attribuimus, et assignamus. Volentes praeterea, ut pro praedicti ecclesiastici seminarii constituenda dotatione, in tam pium sanctumque opus summa ducentarum unciarum monetae Neapolitanae, quas eadem superius expressa proportione contributi civicum consilium praedictum et memorati fideicommissarii administratores in praedicto, ut supra, rogato instrumento jam decreverunt, et adstipularunt, annuatim fideliter convertantur, et erogentur; in alias vero expensas fabricae ejusdem cathedralis ecclesiae, atque sacrarum supellectilium, aliorumque ad divinum cultum pertinentium alia summa quadringentarum unciarum monetae Neapolitanae praefatae, quae ex decimali dictae, ut praefertur erectae cathedralis ecclesiae congeruntur cumulo, provide, prudenterque, ut res postulabit, insumatur. Quod si aliquid aliud istbic opus erit, id ex annualibus redditibus, ingentibusque creditis, quae praefatae cathedralis fideicommissariis administratoribus

adhuc remanent exigendi erui, colligique debeant.

*Jus nominandi episcopum ad ecclesiam Platiensem regi Siciliarum reservatur.*

§. 19. Ac postremo eidem Ferdinando regi, ejusque in regno utriusque Siciliae successoribus regibus, jus nominandi infra tempus a jure praefixum ad episcopalem ecclesiam Platiensem sic erectam, tam pro hac prima vice a primaeva illius erectione, et institutione, ut praefertur, factis, pastoris solatio destitutam, quam deinceps illius vacationibus pro tempore quomodolibet (non tamen apud Sedem apostolicam) contingentibus, personam idoneam per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem in episcopum praeficiendam, quae ad urbem pro apostolica obtinenda provisione de more accedere teneatur, eodem prorsus modo, quo praefati reges ex simili concessione apostolica ad alias ejusdem Siciliae regni ultra pharum episcopales ecclesias hactenus nominare consueverunt, eadem apostolica auctoritate perpetuo quoque reservamus, concedimus, et assignamus; dictumque jus nominandi regium existere, eidemque Ferdinando regi, ejusque successoribus regibus ex Nostra concessione hujusmodi competere; illudque vim, essentiam, qualitatem, validitatem, et roboris firmitatem juris nominandi regii hujusmodi obtinere; ac uti tale sub quacumque derogatione, etiam cum quibusvis efficacioribus, efficacissimis clausulis, et decretis in quacumque dispositione, etiam per viam constitutionis, legis, regulae cancellariae apostolicae, aut alias quomodocumque facta nullatenus comprehendi, neque illi ullo unquam tempore, et ex quavis causa derogari posse, dicta apostolica auctoritate decernimus.

*Electio novi episcopi Platiensis.*

§. 20. Interim vero postquam praesentes Nostrae literae plenarie exequutae fuerint, ac donec, et quousque dicta episcopalis ecclesia Platiensis per Nos, ut praefertur, erecta de primo suo praesule provisa non fuerit, absque uno capite, et rectore remaneat, hinc Nos huic deficientiae supplere volentes, motu simili dilectum pariter filium, egregium virum, Cajetanum Mariam Trigona, et Parisi, actu canonicum ipsius noviter, ut praefertur, erectae cathedralis ecclesiae, ut praefertur, subrogatum, de cujus vitae integritate, honestate morum, scientia, aliisque virtutum meritis, fide digna perhibentur testimonia, in vicarium apostolicum in ecclesia, civitate, et dioecesi Platiensi, per Nos, ut praefertur, erectis, et institutis hujusmodi, cum plena, libera, et omnimoda facultate, potestate, et auctoritate, ea omnia, et singula, quae ordinariae jurisdictionis sunt, vice, et loco futuri episcopi Platiensis praefati, et quamdiu ipsa episcopalis ecclesia sic, ut praefertur, erecta primo suo pastore caruerit libere, et licite faciendi, statuendi, disponendi, atque ordinandi apostolica auctoritate praefata specialiter, et expresse constituimus, et deputamus.

*Clausulae salutares, et irritantes.*

§. 21. Nec non easdem praesentes semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis ad quos spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore, ex quocumque capite, vel qualibet causa, quamtumvis juridica, et legitima, etiam ex eo quod causae, propter quas eaedem praesentes emanarunt, adductae, verificatae, et justificatae non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, aut intentionis Nostrae, seu quopiam alio, quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in praemissis, eorumque aliquo, solemnitates, et quaevis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite, de jure vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, totalisque laesionis, aut quocumque alio colore, praetextu, aliaque ratione, vel causa, etiam quamtumvis justa, rationabili, juridica, legitima, pia, privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut ad

viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu pari concesso, et impetrato, vel emanato, quempiam uti, seu se juvari in judicio, et extra illud posse, neque easdem praesentes literas, sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, ac constitutiones apostolicas, aut cancellariae apostolicae praefatae regulas, quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostrae, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem, etiam motu simili, etiam consistorialiter, ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam si in eisdem praesentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, editas, et in posterum edendas comprehendi, sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas esse, et fore; sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, ac honore, et praeeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, et si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, motu pari eadem apostolica auctoritate decernimus. Non obstantibus Nostra, et cancellariae praefatae regula de jure quaesito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati dismembrationes, et uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri, et ab ecclesiis membra distingui, ac dividi prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinibus apostolicis, dictaeque Cathaniensis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu pari concessis, et concedendis; quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione, alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata etiam inserti forent, eisdem praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum omnium, et singulorum validissimum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Deputatio executoris apostolici.

§. 22. Nos enim, ut praemissa omnia, sic per Nos, ut praefertur, disposita suum valide sortiri possint effectum, venerabilem fratrem Nostrum Philippum Mariam Trigona modernum episcopum Syracusanum, in exequutorem praesentium literarum Nostrarum, dicta apostolica auctoritate similiter deputamus, eidemque Philippo Mariae episcopo facultatem subdelegandi quamcumque personam in ecclesiastica tamen dignitate constitutam; ac tam eidem episcopo, quam subdelegando praedicto aliam quoque facultatem etiam definitive pronunciandi, servatis tamen de jure servandis super quacumque oppositione in actu exequutionis praedictae quomodolibet oritura, dicta apostolica auctoritate respective tribuimus, atque concedimus.

Praeceptum de inscribendis fructibus mensae in libris camerae.

§. 23. Volumus etiam, quod fructus, redditus, et proventus praefatae cathedralis ecclesiae Platiensis per Nos, ut praefertur, erectae in futu-

ra illius provisione, jnxta redditus praefatae mensae episcopali attributos de more taxari, et hnjusmodi taxa in libris camerae apostolicae, et sacri eorumdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium collegii describi debeat.

Fides habenda transumptis.

§. 24. Volumus praeterea, quod earumdem praesentium literarum transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio et extra illud adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Sanctio poenalis.

§.25. Nulli ergo omnino hominum liceat has paginas Nostrarum dismembrationis, divisionis, separationis, sejunctionis, exemptionis, jussionis, collationis, provisionis, erectionis, institutionis, adjunctionis, substitutionis subrogationis, decorationis, prioris voluntatis, injunctionis, constitutionis, assignationis, concessionum, indultorum, facultatum impartitionis, praeservationis, confirmationis, posterioris concessionis, assignationis, suppositionis, subjectionis, attributionis, posteriorum voluntatum, juris reservationis, decreti posterioris, deputationis, et derogationis infringere, vel eis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo septimo, quinto nonas julii, pontificatus Nostri anno decimo octavo.



## DCCXXXVI.

Dat. die 4. julii 1817. anno XVIII.

Concessio juris nominandi curatos cum nonnullis reservationibus pro ecclesiis ruralibus in ecclesia cathedrali Manliani.

Venerabili fratri Nostro Laurentio episcopo Sabinensi S. R. E. cardinali Litta nuncupato.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater Noster
Salutem, et apostolicam
benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit venerabilis frater Anselmus episcopus Lidensis in partibus infidelium, ac tuus in civitate, et dioecesi Sabinensi suffraganeus, quod cum sibi ex suffraganeatus hujusmodi munere jus nominandi, et praesentandi ordinario vicarios curatos pro duabus ruralibus vacantibus paraeciis in ecclesia cathedrali Manliani erectis auxiliatricibus archipresbytero ipsius ecclesiae pro tempore existenti, inhaereat, non modo nllum ad id idoneum saecularem presbyterum adhuc reperire potuit, verum etiam nulla spes sibi affulget, fore, ut tandem aliquando reperiat. Quare, ne vicariarum praedictarum incolae gravibus diuturnioris vacationis incommodis sint obnoxii, easdem vicarias curatas conventui Gratiarum ibi existenti fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum cum singulis honoribus, et oneribus attribuere, atque ad eorum superiores jus nominandi praedictum etiam in perpetuum transferre, et cedere optat, si Nostra sibi desuper suffragetur licentia, et facultas. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere debenignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsum suffraganeum, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus

tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae per praesentes injungimus, ut, cognita prius narratorum veritate, duas vicarias praedictas memorato Gratiarum conventui eum omnibus, et singulis respectivis parochialibus juribus, proventibus, et pertinentiis universis auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et prudentia in perpetuum addicas, et incorpores, atque eorumdem fratrum superioribus idem nominandi jus, et praesentandi tibi, tuisque successoribus duos ipsius ordinis professores habiles, et idoneos, transferas, et tribuas; itemque ejusdem conventus syndaco nunc, et pro tempore existenti, aut alias prout melius cum superioribus praedictis conciliandum esse duxeris, curatos proventus, et bona hujusmodi quaecumque etiam stabilia administrari, fructusque percipi, atque pro conventu, et fratribus in eleemosynam erogari libere, et licite possint, et valeant, dicta Nostra auctoritate indulgeas. Quoniam autem, sicut in eadem expositione additum erat, parochiales bujusmodi redditus adeo imminuti ob temporum vicissitudines reperiantur, ut impares omnino sint sustinendo missae quotidianae oneri sibi praescripto, et adhuc perlato, Nos eidem fraternitati tuae quamcumque necessariam, et opportunam facultatem, missam hanc quotidianam, et alias praescriptas, si quae fuerint, ad aequabilem cum actualibus fructibus, et consentaneum numerum redigendi pariter in perpetuum de apostolicae potestatis plenitudine tribuimos, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoqnam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non vicariarum, et ordinis hujusmodi etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statotis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta julii millesimo octingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.



Dat. die 8 julii 1817 anno XVIII.

DCCXXXVII.

Confirmatio superioris electi a monialibus B. M. virginis de monte Carmelo excalceatarum sub reformatione sanctae Theresiae in civitate Burdegallensi.

Dilecto filio Gabrieli Morel canonico cathedralis ecclesiae Burdegallensis.

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectae in Christo filiae priorissa, superiorissa, depositaria, et electrices moniales ordinis beatae Mariae virginis de monte Carmelo excalceatarum nuncupatarum sub reformatione sanctae Theresiae in civitate Burdegallensi existentes, quod ipsae utendo facultatibus a felicis recordationis Alexandro pp. VII. praedecessore Nostro per alias in simili forma brevis die xxvi. septembris MDCLXI. expeditas literas, prout asseritur, concessis, quarum tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, aliisque Romanis pontificibus praedecessoribus itidem Nostris pariter confirmatis, te, qui canonicus cathedralis ecclesiae praedictae civitatis existis, et de praedictis monialibus ita benemeritus es, ut transactis temporum perturbationibus illis e propriis monasteriis expulsis, aere tuo non solum domum pro illarum habitatione emeris, quae ad formam monasterii praedicti instituti redacta est, sed etiam tuo zelo in ea regularem observantiam in ordinem redigere curaveris, in superiorem ordinarium, et immediatum praedicti monasterii ob praemissa, aliaque tua merita, rite, prout asseritur, elegerunt; ut autem hujusmodi electio jam ab ordinario approbata firma, et valida subsistat, suumque sortiatur effectum, per Nos confirmari vehementer desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur te specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, te jam in superiorem immediatum, et ordinarium praedicti erecti monasterii rite, prout asseritur, electum, modo, forma, et conditionibus servatis alias in memoratis praedecessorum Nostrorum literis circa hujusmodi officii exercitium praescriptis, atque expressis, auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, ac confirmamus. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis Nostrae, aliisque arbitrii Nostri poenis, omnibus, et singulis memorati monasterii monialibus, et personis, caeterisque, ad quos spectat, et spectabit quovis modo in futurum, ut te in superiorem ordinarium et immediatum recipiant, et admittant, tibi in omnibus officium hujusmodi concernentibus, respective pareant, et obediant, faveantque, et assistant.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quae in praedecessorum Nostrorum literis concessa sunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava julii millesimo octingentesimo decimoseptimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 8 julii 1817 anno XVIII.

DCCXXXVIII.

Facultas nominandi extraneum sacerdotem in parochum ecclesiae sancti Michaelis civitatis Volaterranae in defectu clerici consanguinei fundatoris.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Ex parte dilecti filii moderni provincialis Hetrusci clericorum regularium congregationis Pauperum matris Dei Scholarum Piarum nuncupatarum expositum Nobis nuper fuit, quod per felicis recordationis Clementem pp. XI. praedecessorem Nostrum sub certis modo, et forma tunc expressis auctoritate apostolica in perpetuum concessa dictae congregationi fuit parochialis ecclesia sancti Michaelis civitatis Volaterranae, addita pro tempore existenti provinciali facultate, et conditione nominandi ordinario, et praesentandi unum idoneum ipsius congregationis clericum ad paraeciam hujusmodi regendam, atque administrandam, prout ex memoratis Clementis literis desuper expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis haberi volumus, fusius asseritur contineri. Quoniam autem sicut in eadem expositione additum erat, ob notissimas temporum calamitates tanta est in congregatione clericorum, et oblatorum penuria, ut vix, aut ne vix quidem actuales alumni sufficiant ad explenda reliqua congregationis munia, Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, moderno, et pro tempore existenti provinciali hujusmodi, ut donec, et quandocumque alumnorum penuria in sua provincia viguerit, ipse loco alicujus sui clerici, idoneum, habilemque presbyterum saecularem ad paraeciam praedictam administrandam sive ad nutum, et amovibiliter eodem modo, quo suos ipsos clericos nominare, ut supra, et praesentare, atque praesentatus hujusmodi post obtentam ab eodem ordinario adprobationem et immissionem praedictam paraeciam, animarumque curam gerere libere, et licite possit, et valeat, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, et indulgemus, servata in reliquis praedictarum Clementis praedecessoris literarum forma, et dispositione.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava julii millesimo octingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.



Dat. die 15 julii 1817 anno XVIII.

## DCCXXXIX.

Suppressio, et divisio inter patronos beneficii simplicis sub invocatione sanctae Mariae in territorio Aquae Sanctae dioecesis Asculanae

### Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Joannes Baptista Cappello, et Carolus Ciucci istius Asculanae civitatis vel dioecesis, quod, cum ad illorum familias cujusdam beneficii simplicis sub titulo s. Mariae in territorio Aquae Sanctae istius memoratae dioecesis erecti, nullamque personalem residentiam requirentis, laicale patronatum pertineat, quod per obitum bonae memoriae Dominici Mariae Ciucci ultimi illius, dum viveret, possessoris, viginti circiter ab hinc annis vacavit, actuque vacet; ad extinguendas lites et controversias, quae inter praefatas familias circa nominationem et praesentationem ad dictum beneficium hucusque exarserunt, et ad suppeditanda necessaria ad vitam praedictis familiis, quas aerumnae quam maxime premunt, memorati beneficii bona alienare, et ad illarum utilitatem convertere summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris sententiis, et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, attentis favorabilibus relatione et voto tuis, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus praenarratis, et quatenus id in Domino expedire censueris, iisdem exponentibus, dummodo omnes praedicti beneficii patroni ad id expresse consentiant, licentiam, et facultatem, cujus vigore bona memorati beneficii inter praefatas familias, ac omnes, et singulos ad praedictum patronatum jus habentes, vel in re, vel in pretio dividi, ac in illarum utilitatem converti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica indulgeas, atque concedas, expressa tamen sub conditione, ut aliqua summa arbitrio, et prudentia tua praefinienda, alicui ecclesiae, vel pio loco a te eligendo applicari debeat, ac quotannis praedicti patroni aliquam missam pro anima fundatoris celebrari facere teneantur, ac propterea fundum opportunum pro dicto addendo onere, aliisque, si quae sint praedicto beneficio adnexa, assignari cures.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac praedictis patronis, eorumque successoribus plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non lege fundationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Ceterum per praesentes non intendimus praedictum juspatronatus in aliquo approbare. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta julii millesimo octingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 17 julii 1817 anno XVIII.

## DCCXL.

Erectio decem episcopalium sedium in provincia Pedemontana, et nova omnium ejusdem provinciae dioecesium circumscriptio.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium.

§. 1. Beati Petri apostolorum principis, cui unigenitus Dei filius pascendas tradidit oves suas, licet immeriti tenentes locum; propterea-que ecclesiarum omnium spirituali gubernio cum vicaria ipsius Jesu Christi potestate debentes incumbere, ad munus Nostrum pertinere agnoscimus dioeceses per orbem erigere, dividere, vel abolere prout commissi Nobis dominici gregis utilitatem poscere, aut inspecta temporum et circumstantiarum ratione, ad magnum aliquod bonum assequendum, vel ad gravius aliquod ab Ecclesia Dei malum propulsandum respective necessarium esse judicemus. Haec Nos prae oculis semper habuimus quandocumque auctoritatem hac in re Nostram exercere officii Nostri ratio postulavit, atque inter procellas ipsas et multiplicium difficultatum scopulos, in quibus huc usque versati fuimus, animarum christifidelium saluti per diversa loca eo meliori modo providere studuimus, quo conditio temporum passa est, et quo iis omnibus, quorum habenda ratio erat, mature perpensis, de venerabilium etiam fratrum Nostrorum sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium consilio duximus expedire. Porro inter caetera a Nobis ob extraordinariarum rerum exigentiam antea constituta, dioecesium Pedemontanae provinciae nova recensetur circumscriptio facta per Nostras sub plumbo literas datas kalendis junii anno Domini millesimo octingentesimo tertio, et pro executione commissas bonae memoriae Joanni Baptistae, dum viveret, Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Caprara nuncupato archiepiscopo Mediolanensi tunc Nostro et hujus sanctae Sedis de latere legato apud gubernium Gallicanum, cujus armis occupata dicta provincia Pedemontana, eidem eo tempore parebat.

Memorantur literae apostolicae latae Kalendis junii 1803. super nova dioecesium distributione.

§. 2. Quarum quidem literarum vigore ab eodem Joanne Baptista cardinali, per sua decreta diebus vigesima tertia januarii, et decima septima julii mensium anni millesimi octingentesimi quinti plenariae executioni demandatarum, sancitum auctoritate Nostra fuit, ut praevia suppressione, extinctione, ac perpetua annullatione episcopalium ecclesiarum Secusinae, Pineroliensis, Fossanensis, Albanensis, Derthonensis, Bobiensis, Bugellensis, Augustanae, simulque Casalensis, quae subinde, praevia itidem suppressione sedis episcopalis Alexandrinae, illius loco, in pristinum episcopalis ecclesiae statum fuit restituta, pariterque abbatiarum nullius dioecesis existentium sancti Benigni de Fructuaria, sancti Michaelis de Clusa, sanctorum Victoris et Constantii, sancti Mauri, et de Caramagna respective nuncupatarum, una cum illarum capitulis cathedralibus et abbatialibus, nec non seminariis puerorum ecclesiasticis, salvis caeteroquin et integris manentibus omnibus ac singulis cujusvis generis et ubicumque existentibus bonis, redditibus et proventibus ad supradictas ecclesias episcopales et abbatiales, illarumque capitula, cleros, fabricas, ac seminaria respective spectantibus, civitates episcopales et abbatiales sic suppressae, una cum suis dioecesanis territoriis, ecclesiis parochialibus et collegiatis, monasteriis, clero et populo universo, superextantibus metropolitanae Taurinensi, et episcopatibus ejus suffraganeis Aquensi, Astensi, Casalensi, Ipporegiensi, Montis Regalis, Vercellensi, et Salutiarum ecclesiis, in quantitate magis respective opportuna unirentur atque incorporarentur; pariterque quaecumque bona, redditus et proventus ad antedictas suppressas ecclesias episcopales et abbatiales, illarumque capitula, cleros, fabricas, et seminaria pridem pertinentia, proviso tamen ipsarum jam cathedralium decenti manutentioni, itemque jam dignitatum et canonicorum, aliarumque ecclesiasticarum personarum congruae substentationi, enunciatis metropolitanae ac septem episcopalibus ecclesiis, illarumque capitulis, cleris, fabricis, et semi-

nariis, inspecta prius cujuslibet necessitate atque utilitate, appropriarentur et applicarentur, prout in memoratis literis et decretis plenius continetur; quae quidem circumscriptio, modo et forma praemissis, apostolica Nostra auctoritate integrum effectum jam sortita, in pleno suo robore perseverat.

Preces a rege Sardiniae porrectae pro restitutione vete rum sedium, et erectione alterius novae.

§. 3. Quoniam vero carissimus in Christo filius Noster Victorius Emmanuel Sardiniae rex illustris, idemque Sabaudiae, Montisferrati, ac Genuae dux, et Pedemontii princeps, pro eximia sua religione ac pietate vehementer cupiens id ipsum quod Nos quoque continuo optabamus, Christi-fidelibus videlicet temporali ejus dominationi subjectis uberiora comparare spiritualia subsidia, summo studio a Nobis petiit per dilectum filium comitem Josephum Barbaroux, ab eodem Victorio Emmanuele extraordinaria apud Nos atque hanc sanctam Sedem missione decoratum, ut non modo novem antea suppressas, verum etiam decimam episcopales sedes in eadem Pedemontana provincia de novo erigeremus et institueremus; utque perspectis omnium et singulorum locorum distantiis, positionibus, ac circumstantiis, novos in unaquaque tam actu existente, quam in praesentiarum erigenda dioecesi diversos a veteribus fines statueremus, qui et singulorum antistitum, et respectivorum dioecesanorum commodo ac utilitati magis accommodati dignoscantur. Ad haec autem aliaque omnia, quae in Nostris hisce literis continentur rite, atque e majori Ecclesiae utilitate peragenda, de pluribus cum praefato Victorio Emmanuele rege conferenda consilia fuerunt: quod cum pro rei gravitate plurium mensium spatio actum sit, concordibus tandem animis ex utraque parte de singulis conventum est, quae ad totum hoc negotium feliciter conficiendum pertinerent.

Creatio decem sedium episcopalium.

§. 4. Cum igitur pro Nostri apostolatus munere nihil magis optemus, nihilque majori studio curandum existimemus, quam ut animabus Christi sanguine redemptis abundantiora salutis aeternae subsidia, afflante Spiritus Sancti aura, comparare studeamus, cumque tam piis votis et postulationibus spectatissimi regis, quem illustrioribus Nostrae benevolentiae testimoniis prosequi semper exoptamus, quique summa cum laude suae pietatis ac religionis impensissima officia in subditorum suorum spirituale solatium haud passus est desiderari, libentissime annuere decreverimus, exquisitis prius consensibus omnium interesse habentium, ac de consilio nonnullorum ex venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium, quibus totum hoc negotium commisimus discutiendum, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, firmis ut antea manentibus praedictis sedibus metropolitana Taurinensi, et episcopalibus Aquensi, Astensi, Casalensi, Epporegiensi, Montisregalis, Vercellensi, et Salutiarum, quarum dioecesibus novi ambitus ut infra constituentur, ad majorem omnipotentis Dei gloriam, et catholicae religionis incrementum, decem infrascriptas civitates, ac sedes episcopales, ac totidem ecclesias cathedrales cum respectivis capitulis, utraque praebenda theologali et poenitentiaria gaudentibus, ac seminariis, videlicet Albanensem sub titulo sancti Laurentii martyris, cujus capitulum ex quinque dignitatibus, ac tresdecim canonicis efformabitur; Augustanam sub titulo beatae Mariae virginis et sancti Grati, cujus capitulum constabit duabus dignitatibus et novem canonicis; Bugellensem sub titulo sanctae Mariae Majoris cum capitulo efformato a quatuor dignitatibus et quindecim canonicis; Bobiensem sub titulo beatae Mariae virginis et sancti Petri apostolorum principis cum suo capitulo duabus dignitatibus et decem canonicis constante; Fossanensem sub titulo beatae Mariae virginis et sancti Juvenalis episcopi cujus capitulum conflabit unica dignitas cum novem canonicis; Pinerolienscm sub titulo sancti Donati cum suo capitulo a tribus dignitatibus et novem canonicis efformando; Secusinam sub titulo sancti Justi cujus capitulum constabit duabus dignitatibus atque undecim canonicis; Derthonensem sub titulo beatae Mariae virginis in coelum Assumptae cum suo capitulo a quatuor dignitatibus ac novem canonicis ef-

formato; Alexandrinam vero quam Nos in ecclesia decentis atque amplae structurae, pridem spectante fratribus ordinis sancti Dominici Praedicatorum, habito etiam generalium superiorum ipsius ordinis consensu, praevia status regularis hujusmodi suppressione et annullatione, cathedralem cum ei adnexis aedibus ecclesiam sub antiquae destructae cathedralis titulo sancti Petri principis apostolorum designamus, cujus capitulum quatuor dignitatibus et decem constabit canonicis; ac demum Cuneensem in insigni collegiata simulque parochiali ecclesia beatae Mariae virginis, *del Bosco* nuncupata, elegantis structurae, aris marmoreis, plurimaque supellectili, non modo ad sacra peragenda, sed etiam ad pontificalia exercenda prout aliae supradictae novem cathedrales ecclesiae sufficienter instructa, et capitulo tribus dignitatibus ac quindecim canonicis constante; quam similiter, praevia qualitatis collegialitatis suppressione et extinctione, ad cathedralis ecclesiae gradum ducimus evehendam sub eodem titulo beatae Mariae virginis cum cathedrali capitulo ab ipsis tribus dignitatibus ac quindecim canonicis theologali, et poenitentiaria juxta sacrorum canonum praescriptionem erigendis, praebendis comprehensis efformando. In civitate item episcopali Cuneensi, provinciae hujus nominis capite, quae, sicut accepimus, inter praecipuas Pedemontii urbes numerata, duodecim circiter mille, ob sufficientem amplitudinem aedificiorum, splendorem et decorem familiarum, continet habitatores, pluribus honoribus ac privilegiis a Sabaudiae ducibus aucta fuit, ac nonnulla habet regularium coenobia, nec non hospitalia, conservatoria, et laicorum sodalitates, perpetuo erigimus et constituimus.

Dismembratio, et distributio respectivorum territoriorum.

§. 6. Ut autem spirituali regimini omnium et singulorum Christifidelium in antedicta Pedemontana provincia degentium commoda atque utili methodo, jam a Nobis ex authenticis tabulis ac documentis opportune cognito atque probato, consulamus, praesentem metropolitanae Taurinensis, et episcopalium Aquensis, Astensis, Casalensis, Ipporegiensis, Montisregalis, Salutiarum, et Vercellensis dioecesium integrum respective statum atque ambitum, quem hic pro expresse ac distincte enunciatum haberi volumus, ad effectum de illis libere ut infra disponendi, perpetuo similiter cassamus, extinguimus, et annullamus. Hac itaque peracta cassatione, extinctione, et annullatione, Nos ex pari scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine metropolitanae Taurinensi, et cuilibet ex episcopalibus tam antea existentibus, quam in praesentiarum de novo erectis ecclesiis loca inferius distinctim recensenda, cum suis parochialibus, collegiatis et aliis ecclesiis, beneficiis, monasteriis, et locis piis, pro earum respective dioecesium circuitu ac finibus, modo et forma prout sequitur nempe:

Distributio territorii dioecesis Taurinensis.

§. 6. Taurinensi metropolitanae ecclesiae urbes oppida et loca vulgo respective nuncupata Ajrali, Ajrasca, Ala, Alpignano, Altesano, Andezeno, Aramengo, Ariguano, Aviglia, na, Avuglione, Balangero, Baldissero, Balme, Baratonia e Varisella, Barbania, Bardassano, Beinasco, Bersano, Bonzo, Borgaro Torinese, Bra, Brandizzo, Brione, Bruino, Busano, Bussolino, Buttigliera d'Asti, Buttigliera Uriola, Caccia, Cafasse, Camagna, Cambiano, Candiolo, Canischio, Cantoira, Caramagna, Carignano, Carmagnola, Casalborgone, Casalgrasso, Casanova, Caselle, Caselette, Castagneto, Castagnole, Castelnuovo, Castiglione, Cavallerleone, Cavallermaggiore, Cavoretto, Cavour, Cercenasco, Ceres, Chialamberto, Chiaves, Chieri, Cinzano, Ciriè, Coazze santa Maria del Pino, Colle di s. Giovanni, Collegno, Cordova, Corio, Courgnè, Cumiana, Druento, Faule, Favria, Fiano, Forno di gros Cavallo, Forno di Rivara, Front, Garzigliana, Gassino, Germagnano, Giaveno, Gisola, Givoletto, Grange di Noli, Gros Cavallo, Grosso, Grugliasco, La Loggia, Lanzo, Lavriano, Lemmie, Levone, Leynì, Lombriasco, Marene, Marentino, Marmorito, Mati, Mezzenile, Mombello, Monastero, Monasterolo di Lanzo, Monasterolo di Savigliano, Moncalieri, Moncucco, Mondrone, Montaldo, Moretta, Moriondo, Moriondo, Murello, Nichelino, Nole, None, Oglianico, Oliva, Orbassano, Osasio, Paucalieri, Passerano, Pavarolo, Pe-

cetto, Pertusio, Pessinetto, Pianezza, Piazzo, Pino Torinese, Piobesi, Piscesna, Piossasco, Poirino, Polonghera, Pratiglione, Prato Scorzano, Primeglio, Quazzolo, Racconiggi, Reano, Revigliasco, Riva di Chieri, Rivalba, Rivalta, Rivara, Rivarossa, Rivoli, Robassomero, Rocca di Corio, Salazza, s. Colombano, Sanfrè, Sangano, s. Giacomo dell' indiritto, s. Maurizio, s. Mauro, s. Ponzio, s. Raffaele, s. Salvatore, s. Sebastiano, s. Maria Maddalena, s. Egidio, Santena, Savigliano, Scalenghe, Schierano, Sciolze, Settimo Torinese, Sommariva del Bosco, Stupinigi, Ternavasio, Trana, Traves, Truffarello, Usseglio, Val della Torre, Valgioja, Vallo, Valperga, Vauda di Front, Vauda S. Morizio, Vauda superiore, Veneria, Vergnano, Vernone, Vigone, Villafranca di Piemonte, Villanova di Mati, Villar di Basso, Villastellone, Vinovo, Virle, Viù, Volpiano, Volvera.

Similis pro dioecesi Aquensi. §. 7. Aquensi ecclesiae, praeter ipsam Aquensem episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis, urbes, oppida et loca vulgo respective nuncupata Alice, Altare, Alba Martina, Belforte, Bergamasco, Bistagno, Brovida e Niosa, Bruno, Bubbio, Cagna e Lodisio, Cairo, Calamandrana, Campofreddo, Canelli, Carcare, Carretto, Cartosio, Casaleggio, Carpenetto, Cassinasco, Cassine, Cassinelle, Castelferro, Castelletto d'Erro, Caselletto Molina, Castel nuovo Belbo, Castel nuovo Bulmida, Castel Rocchero, Castelvero, Cavatore, Cessole, Corticelle, Cremolino, Dego, Denice, Fontanile, Giusvalla, Grognardo, Incisa, Lerma, Loazzolo, Malvicino, Maranzana, Masone, Melazzo, Merana, Mioglia, Moasca, Molare, Mombaldone, Mombaruzzo, Monastero, Montabone, Montaldo, Montaldo detto volgarmente Montaldo di Spino, Montechiaro, Morbello, Mornese, Morzasco, Nizza, Olmo, Orsara, Ovada, Pareto, Perlotto, Pinna, Ponti, Pontinorea, Ponzone, Prasco, Quaranti, Ricaldone, Rivalta, Roboaro, Rocca Grimalda, Roccaverano, Rocchetta Cairo, Rocchetta Palafea, Rossiglione inferiore, Rossiglione superiore, Sassello, Serole, Sessame, Sezzè, s. Giorgio, s. Giulia, s. Marzano, s. Pietro d' Olba, Spigno, Strevi, Tagliolo, Terzo, Toglietto, Trisobbio, Turpino, Vaglio, Vesime, Visone.

Similis pro dioecesi Astensi. §. 8. Astensi ecclesiae, praeter ipsam Astensem episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis, urbes, oppida, et loca vulgo respective nuncupata Agliano, Albugnano, Annone, Antignano, Azano, Bagnasco, Baldichieri, Belvedere, Calianello, Calosso, Camerano, Cantarana, Capriglio, Casabianca, Casasco; Castagnole di Monferrato, Castellalfero, Castellero, Castelnuovo Calcea, Castelvero, Castiglione, Cellarengo, Celle, Cerretto, Cerro, Chiusano, Cinaglio, Cisterna, Corsiglione, Cortendone, Cortanze, Cortazone, Cossombrato, Castigliole, Cuuico, Dusino, Ferrere, Frinco, Isola, Isolabella, Maretto, Masio, Migliandolo, Mombarone, Mombercelli, Monale, Mondonio, Mongardino, Montafia, Montaldo Scarampo, Montechiaro, Montegrosso, Monte Marzo, Piea, Pino, Piovà, Portacomaro, Pralormo, Quarto, Quattordio, Redabue, Refrancore, Revigliasco, Revignano, Roatto, Rocca d' Arazzo, Rocchetta Tanaro, s. Damiano, s. Martino, s. Marzanotto, s. Michele, s. Paolo della Valle, Scursolengo, Serravalle, Sessant, Settime, Sollio, Solbrito, Tigliole, Vaglierano, Valenera, Valgorera, Valgozzano, Valle d' Andona, Variglié, Viale Viarigi, Villiano, Villafranca, Villanova, Villa s. Secondo, Vinchio.

Similis pro dioecesi Albensi. §. 9. Albensi ecclesiae, praeter ipsam Albensem episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis urbes, oppida, et loca vulgo respective nuncupata Albaretto, Alguero, Baldissero, Barolo, Benevello, Bergolo, Borgomale, Bosia, Bossolasco, Camo e Valdivilla, Canale, Carpellazzo, Castagnito, Castagnole delle Lanze, Castellinaldo, Castelletto d' Uzzone, Castion Tinella, Castino, Castiglione, Fallcto, Ceresole, Cerretto, Cherasco, Cissone, Coassolo, Cornegliano, Corlemiglia, Cossano, Cravanzana, Diano e Grinzane, Feisoglio, Gurzegno, Gorrino, Gotta secca, Govone, Guarene, Lequio d' Alba, Lerice, Magliano, Mango, Monchiero, Monforte, Montelupo, Montaldo Roero, Montà, Monteu Roero, Monticelli, Morra, Narzole, Neive, Neviglie, Niella di Belbo, Novello,

formato; Alexandrinam vero quam Nos in ecclesia decentis atque amplae structurae, pridem spectante fratribus ordinis sancti Dominici Praedicatorum, habito etiam generalium superiorum ipsius ordinis consensu, praevia status regularis hujusmodi suppressione et annullatione, cathedralem cum ei adnexis aedibus ecclesiam sub antiquae destructae cathedralis titulo sancti Petri principis apostolorum designamus, cujus capitulum quatuor dignitatibus et decem constabit canonicis; ac demum Cuneensem in insigni collegiata simulque parochiali ecclesia beatae Mariae virginis; *del Bosco* nuncupata, elegantis structurae, aris marmoreis, plurimaque supellectili, non modo ad sacra peragenda, sed etiam ad pontificalia exercenda prout aliae supradictae novem cathedrales ecclesiae sufficienter instructa, et capitulo tribus dignitatibus ac quindecim canonicis constante; quam similiter, praevia qualitatis collegialitatis suppressione et extinctione, ad cathedralis ecclesiae gradum ducimus evehendam sub eodem titulo beatae Mariae virginis cum cathedrali capitulo ab ipsis tribus dignitatibus ac quindecim canonicis theologali, et poenitentiaria juxta sacrorum canonum praescriptionem erigendis, praebendis comprehensis efformando. In civitate item episcopali Cuneensi, provinciae hujus nominis capite, quae, sicut accepimus, inter praecipuas Pedemontii urbes numerata, duodecim circiter mille, ob sufficientem amplitudinem aedificiorum, splendorem et decorem familiarum, continet habitatores, pluribus honoribus ac privilegiis a Sabaudiae ducibus aucta fuit, ac nonnulla habet regularium coenobia, nec non hospitalia, conservatoria, et laicorum sodalitates, perpetuo erigimus et constituimus.

Dismembratio, et distributio respectivorum territoriorum.

§. 5. Ut autem spirituali regimini omnium et singulorum Christifidelium in antedicta Pedemontana provincia degentium commoda atque utili methodo, jam a Nobis ex authenticis tabulis ac documentis opportune cognito atque probato, consulamus, praesentem metropolitanae Taurinensis, et episcopalium Aquensis, Astensis, Casalensis, Ipporegiensis, Montisregalis, Salutiarum, et Vercellensis dioecesium integrum respective statum atque ambitum, quem hic pro expresse ac distincte enunciatum haberi volumus, ad effectum de illis libere ut infra disponendi, perpetuo similiter cassamus, extinguimus, et annullamus. Hac itaque peracta cassatione, extinctione, et annullatione, Nos ex pari scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine metropolitanae Taurinensi, et cuilibet ex episcopalibus tam antea existentibus, quam in praesentiarum de novo erectis ecclesiis loca inferius distinctim recensenda, cum suis parochialibus, collegiatis et aliis ecclesiis, beneficiis, monasteriis, et locis piis, pro earum respective dioecesium circuitu ac finibus, modo et forma prout sequitur nempe:

Distributio territorii dioecesis Taurinensis

§. 6. Taurinensi metropolitanae ecclesiae urbes oppida et loca vulgo respective nuncupata Ajrali, Ajrasca, Ala, Alpignano, Altesano, Andezeno, Aramengo, Arignano, Avigliana, Avglione, Balangero, Baldissero, Balme, Baratonia e Varisella, Barbania, Bardassano, Beinasco, Bersano, Bonzo, Borgaro Torinese, Bra, Brandizzo, Brione, Bruino, Busano, Bussolino, Buttigliera d'Asti, Buttigliera Uriola, Caccia, Cafasse, Camagna, Cambiano, Candiolo, Canischio, Cantoira, Caramagna, Carignano, Carmagnola, Casalborgone, Casalgrasso, Casanova, Caselle, Caselette, Castagneto, Castagnole, Castelnuovo, Castiglione, Cavallerleone, Cavallermaggiore, Cavoretto, Cavour, Cercenasco, Ceres, Chialamberto, Chiaves, Chieri, Cinzano, Ciriè, Coazze santa Maria del Pino, Colle di s. Giovanni, Collegno, Cordova, Corio, Courgnè, Cumiana, Druento, Faule, Favria, Fiano, Forno di gros Cavallo, Forno di Rivara, Front, Garzigliana, Gassino, Germagnano, Giaveno, Gisola, Givoletto, Grange di Noli, Gros Cavallo, Grosso, Grugliasco, La Loggia, Lanzo, Lavriano, Lemmie, Levone, Leynì, Lombriasco, Marene, Marentino, Marmorito, Mati, Mezzenile, Mombello, Monastero, Monasterolo di Lanzo, Monasterolo di Savigliano, Moncalieri, Moncucco, Mondrone, Montaldo, Moretta, Moriondo, Moriondo, Murello, Nichelino, Nole, None, Oglianico, Oliva, Orbassano, Osasio, Pancalieri, Passerano, Pavarolo, Pe-

cetto, Pertusio, Pessinetto, Pianezza, Piazzo, Pino Torinese, Piobesi, Piscsna, Piossasco, Poirino, Pologhera, Pratiglione, Prato Scorzano, Primeglio, Quazzolo, Racconiggi, Reano, Revigliasco, Riva di Chieri, Rivalba, Rivalta, Rivara, Rivarossa, Rivoli, Robassomero, Rocca di Corio, Salazza, s. Colombano, Sanfrè, Sangano, s. Giacomo dell' indiritto, s. Maurizio, s. Mauro, s. Ponzio, s. Raffaele, s. Salvatore, s. Sebastiano, s. Maria Maddalena, s. Egidio, Santena, Savigliano, Scalenghe, Schierano, Sciolze, Settimo Torinese, Sommariva del Bosco, Stupiniggi, Ternavasio, Trana, Traves, Truffarello, Usseglio, Val della Torre, Valgioja, Vallo, Valperga, Vauda di Front, Vauda S. Morizio, Vauda superiore, Veneria, Verguano, Vernone, Vigone, Villafranca di Piemonte, Villanova di Mati, Villar di Basso, Villastellone, Vinovo, Virle, Viù, Volpiano, Volvera.

Similis pro dioecesi Aquensi.

§. 7. Aquensi ecclesiae, praeter ipsam Aquensem episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis, urbes, oppida et loca vulgo respective nuncupata Alice, Altare, Alba Martina, Belforte, Bergamasco, Bistagno, Brovida e Niosa, Bruno, Bubbio, Cagna e Lodisio, Cairo, Calamandrana, Campofreddo, Canelli, Carcare, Carretto, Cartosio, Casaleggio, Carpenetto, Cassinasco, Cassine, Cassinelle, Castelferro, Castelletto d'Erro, Castelletto Molina, Castel nuovo Belbo, Castel nuovo Bolmida, Castel Rocchero, Castelvero, Cavatore, Cessole, Corticelle, Cremolino, Dego, Denice, Fontanile, Giusvalla, Grognardo, Incisa, Lerma, Loazzolo, Malvicino, Maranzana, Masone, Melazzo, Merana, Mioglia, Moasca, Molare, Mombaldone, Mombaruzzo, Monastero, Montabone, Montaldo, Montaldo detto volgarmente Montaldo di Spino, Montechiaro, Morbello, Mornese, Morzasco, Nizza, Olmo, Orsara, Ovada, Pareto, Perletto, Pinna, Ponti, Pontinorea, Ponzone, Prasco, Quaranti, Ricaldone, Rivalta, Roboaro, Rocca Grimalda, Roccaverano, Rocchetta Cairo, Rocchetta Palafea, Rossiglione inferiore, Rossiglione superiore, Sassello, Serole, Sessame, Sezzè, s. Giorgio, s. Giulia, s. Marzano, s. Pietro d' Olba, Spigno, Strevi, Tagliolo, Terzo, Toglietto, Trisobbio, Turpino, Vaglio, Vesime, Visone.

Similis pro dioecesi Astensi.

§. 8. Astensi ecclesiae, praeter ipsam Astensem episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis, urbes, oppida, et loca vulgo respective nuncupata Agliano, Albugnano, Annone, Antignano, Azano, Bagnasco, Baldichieri, Belvedere, Calianetto, Calosso, Camerano, Cantarana, Capriglio, Casabianca, Casasco, Castagnole di Monferrato, Castellalfero, Castellero, Castelnuovo Calcea, Castelvero, Castiglione, Cellareogo, Celle, Cerretto, Cerro, Chiusano, Cinaglio, Cisterua, Corsiglione, Cortendone, Cortanze, Cortazone, Cossombrato, Castigliole, Cunico, Dusino, Ferrere, Frinco, Isola, Isolabella, Maretto, Masio, Miglian-dolo, Mombarone, Mombercelli, Monale, Mondonio, Mongardino, Montafia, Montaldo Scarampo, Montechiaro, Montegrosso, Monte Marzo, Piea, Pino, Piovà, Portacomaro, Pralormo, Quarto, Quattordio, Redabue, Refrancore, Revigliasco, Revignano, Roatto, Rocca d' Arazzo, Rocchetta Tanaro, s. Damiano, s. Martino, s. Marzanotto, s. Michele, s. Paolo della Valle, Scursolengo, Serravalle, Sessant, Settime, Sollio, Solbrito, Tigliole, Vaglierano, Valenera, Valgorera, Valgozzano, Valle d' Andona, Variglié, Viale Viarigi, Villiano, Villiafranca, Villanova, Villa s. Secondo, Vinchio.

Similis pro dioecesi Albensi.

§. 9. Albensi ecclesiae, praeter ipsam Albensem episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis urbes, oppida, et loca vulgo respective nuncupata Albaretto, Alguero, Baldissero, Barolo, Benevello, Bergolo, Borgomale, Bosia, Bossolasco, Camo e Valdivilla, Caoale, Carpellazzo, Castagnito, Castagnole delle Lanze, Castellinaldo, Castelletto d' Uzzone, Castion Tinella, Castino, Castiglione, Falletto, Ceresole, Cerretto, Cherasco, Cissone, Coassolo, Cornegliano, Corlemiglia, Cossano, Cravanzana, Diano e Grinzane, Feisoglio, Gorzegno, Gorrino, Gotta secca, Govone, Guarene, Lequio d' Alba, Lerice, Magliano, Mango, Monchiero, Monforte, Montelupo, Montaldo Roero, Montà, Monteu Roero, Monticelli, Morra, Narzole, Neive, Neviglie, Niella di Belbo, Novello,

Perno e Castellettò, Pezzolo, Piobesi, Pocapaglia, Pollenzo, Priocca, Rochetta Belbo, Rodello, Roddi, Rodino, Roreto, s. Benedetto, Scaletta, Serralunga, Serravalle, s. Gio. di Sarmasso, Sinio, Somano, Sommariva Perno, s. Stefano Belbo, s. Stefano Roero, s. Vittoria, Torre di Bormida, Torre d' Uzzone, Trezzo, Veglia, Verduno, Vezza,

Similis pro dioecesi Cuneensi.

§. 10. Cuneensi ecclesiae praeter ipsam Cuneensem episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis, urbes, oppida, et loca vulgo respective nuncupata Aisone, Andorno, Argentera, Bagni di Vinadio, Bernezzo, Berzesio, Borgo s. Dalmazzo, Boves, Caraglio, Castagneretta, Castelmagno, Castelletto Stura, Cervasca superiore, Cervasca inferiore e Vigoolo, Demonte, Entraques, Festiona, Gajola, Limone, Mojola, Montanera, Montemale, Monterosso, Passatore, Pietraporzio, Ponte Bernardo, Pradleves, Rilana, Roaschia, Robilante, Roccavione, Roccasparviera, Ronchi, Sambucco, s. Benigno, s. Pietro di Monterosso, Spinetta, Valdieri, Valgrana, Valloria, Vernante, Vinadio.

Similis pro dioecesi Ipporegiensi.

§. 11. Ipporegiensi ecclesiae praeter ipsam Ipporegiensem episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis, urbes, oppida, et loca vulgo respective nuncupata Agliè, Albiano, Alice inferiore, Alice superiore, Alpette, Andrate, Azeglio, Bajo, Bajro, Baldissero, Banchette, Barone, Bollengo, Borgiallo, Borgofranco, Borgo Masino, Boschetto di Chivasso, Boschi di s. Martino, Bosco nero, Brozzo, Burolo, Caluso, Campiglia, Campo, Candia, Caravino, Carema, Carone, Castellamonte, Castel Rosso, Ceresole, Chiaverano, Chivasso, Ciconio, Cintano, e Sale, Colleretto Parella, Cossano, Cuceglio, Druzacco, Felletto, Fiorano Foglizzo, Frassinetto, Ingria, Issiglio, Lezzolo, Locana, Lombardore, Lorenzè, Lugnaco, Lusigliè, Maglione, Maodria, Mercenasco, Masino, Mazzè Montalto, Montalenza, Montestruto, Montanaro, Muriaglio, Noasca, Nomaglia, Orio, Ozegna, Palazzo, Parella, Pavone, Pecco, Perosa, Piverone, Pont, Priacco, Quagliuzzo, Quassolo, Quincinetto, Ribordone, Rivarolo, Rodallo, Romano, Ronco, Rondizzone, Roeglio, Salto, Samone, s. Benigno, s. Martino, s. Giorgio, s. Giusto, Scarmagno, Settimo Rottaro, Settimo Vittone, Strambinello, Strambino, Sparone, Succinto, Tavagnasco, Tina, Torre di Bayro, Traversella, Trausella, Valle Chiusella, Valprato, Verolengo, Vestignè, Vialfrè, Vidracco, Villareggia, Villate, Vische, Vistorio, Vico.

Similis pro dioecesi Montis Regalensis.

§. 12. Montis Regalensi ecclesiae praeter ipsam Montis Regalensem episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis, urbes, oppida, et loca vulgo respective nuncupata Bagnasco, Bardinetto, Bastia, Batifollo, Belvedere, Bene, Beynette, Biestro, Bonvicino, Bormida, Briaglia, Calissano, Camerana, Carrù, Castellino, Castelnuovo, Cengio, Ceva, Chiusa, Cigliè, Clavesana, Cossaglia, Cosseria, Dogliani, Farigliano, Fontane, Frabosa soprana, Frabosa sottana, Garessio, Igliano, Isola di Bene, Lequio, Lesegno, Lisio, Magliano, Mallere, Malpotremo, Margarita, Marsaglia, Massimino, Millesimo, Moline, Mombarcaro, Mombasiglio, Monastero di Vasco, Monasterolo, Monesiglio, Montaldo, Montefreddo, Montezomolo, Morozzo, Murazzano, Murialdo, Niella di Tanaro, Nuceto, Ormea, Ossiglia, Pallare, Pamparato, Paroldo, Perlo, Peveragno, Pianfei, Pievetta, Piozzo, Plodio, Pra Roburento, Prea, Priero, Priola, Prunetto, Roascio, Robnrento, Rocca Cigliè, Rocca de' Baldi, Roccaforte, Rocca Vignale, Rocchetta Cengio, s. Albano, Sale, Salicetto, s. Biagio, Scagnello, Serra Frabosa, Serra Pamparato, s. Michele, Torre, Torricella Trinità, Truchi, Val di Casotto, Val di Pesio, Vetria, Vico, Villannova, Viola.

Similis pro dioecesi Pinaroliensi.

§. 13. Pineroliensi ecclesiae praeter ipsam Pineroliensem episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis urbes, oppida et loca vulgo respective nuncupata Abbadia, Angrogna, Bibbiana, Bobbio, Bodenasca, Bourcet, Bricherasco, Buriasco, Campiglione, Cantalupa seu Monastero, Chateau de Bois, Chabrans, Faetto, Fenestrelle, Fenile, Frossasco, Grandubbione, Inverso Pinasca, La Ruà, La Valle, Lucernar, Lusernetta, Macello, Massello, Mean, Mentoulles, Miradolo, Osasco, Perrero, Perosa, Pinasca, Pomaretto, Porte, Pourrieres, Pralis, Pramolo, Rad-

doretto, Rolletto, Riva, Rorà, s. Bartolommeo, s. Germano, s. Giovanni di Luserna, s. Martino, s. Pietro di Lemina, s. Secondo, Tagliaretto, Talucco, Torre, Traverses, Torrina, Villaret, Villar Luserna, Villar Perosa, Usseaux.

Similis pro dioecesi Salutiensi.

§. 44. Salutiensi ecclesiae praeter ipsam Salutiensem episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis, urbes, oppida, et loca vulgo respective nuncupata Acceglio, Albaretto, Alma, Baguolo, Barge, Becetto, Bellino, Brondello, Brosasco, Busca, Canosio, Cardetto, Cartignano, Castellaro, Castelletto, Casteldelfino, Celle, Celle di Bellino, Cervignasco, Chiapera, Chianale, Costigliole, Crissolo, Dronero, Envie, Elva, Famolasco, Frassino, Gambasca, Gilba, Isasca, Lagnasco, La Manta, Lemma, Lottoro, Marmora, Martiniana, Mele, Morra, Moschieres, Oncino, Ostana, Paesana, Pagliero, Pagno, Payeres, Piasco, Ponte, Prasso, Pratavecchia, Preit, Revello, Riffredo, Robella, Rocchetta, Roccabruna, Rore, Rossana, Ruffia, Sanfront, s. Antonio di Dronero, Scarnafiggi, s. Damiano, s. Michele, s. Peyre, Staffarda, Stoppo, Tarantasia, Tetti di Dronero, Torre di s. Giorgio, Ussolo, Valmala, Verzuolo, Vernasca, Villar di s. Peyre, Villar s. Costanzo, Villanovetta, Villanova Solara.

Similis pro dioecesi Secusina.

§. 45. Secusinae ecclesiae praeter ipsam Secusinam episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis, urbes, oppida, et loca vulgo respective nuncupata Almese, Arnauds, Bardonèche, Beaularde, Borgone, Bousson, Brussoln, Bussolino, Celle, Cesane, Chaumont, Chateau Boulard, Chianocco, Chiavrie, Chiusa, Condove, Deserts, Exilles, Fenile e Solomine, Ferriera, Foresta, Frassinere, Giaglione, Gravere, Mattie, Meana, Meleret, Millaurd, Mocchie, Moncenisio, Novalesa, Novaretti, Oulx Rivera, Rochemolles, Rubbiana, Salbetrand, s. Ambrogio, s. Antonino, s. Giorgio, s. Restitut, Sanre d' Oulx, Sauze de Cesena, Savoulx, Thures, Vajes, Venaus, Villar d' Almese, Villar Focchiardo.

Similis pro dioecesi Vercellensi.

§. 46. Vercellensi ecclesiae praeter Vercellensem civitatem ipsam cum paraeciis suburbanis, urbes, oppida, et loca vulgo respective nuncupata Ailoche, Albano, Apertole, Arboro, Ariota, Aslgliano, Balocco, Bastia, Bandriate, Biansè, Bolgaro, Borgo d' Ale, Bornate, Brusnengo, Buronzo, Brussanengo, Candia, Caprile, Caresana, Carezzana-Blot, Carpenetto, Casal Bertrame, Casa del Bosco, Casaleggio, Casalrosso, Casanova, Cascine di s. Giacomo, Cascine di Strà, Castelletto, Castelletto, Casteloovetto, Celpenchio, Cigliano, Colombara, Collobiano, Confienza, Costanzana, Cozzo, Crescentino, Crevacuore, Crova, Dezana, Flecchia, Fontanetto, Formigliano, Gargarengo, Gattinara, Chislarengo, Gifflenga, Gregio, Guardabossone, Gurrino, Lamporo, Landiona, Langosco, Larizzate, Lenta, Lerio, Lignana, Livorno, Lozzolo, Lucedio, Masserano, Moncrivello, Montarolo, Montanaro, Motta de' Conti, Oldengo, Oldenico, Palazzolo, Pallestro, Pertengo, Pezzana, Pianceri, Piane di Serravalle, Pobbietto, Postua, Prarolo, Quinto, Recetto, Rive, Roasenda, Robbio, Rongio, Ronsecco, Roasio, Salasco, Saletta, Sali, Saluggia, s. Antonino, s. Gennario, s. Germano, s. Giacomo, s. Grisante, s. Nazzaro, Santhià, Selve, Serravalle, Sostegno, Stroppiana, Tarazza, Torrione, Torrione, Tricero, Trino, Tronzano, Venaria, Vettignate, Viancino, Vico lungo, Villa, Villarboito, Vintebio.

Similis pro dioecesi Alexandrina.

§. 47. Alexandrinae ecclesiae praeter ipsam Alexandrinam episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis, urbes, oppida, et loca vulgo respective nuncupata Bassignana, Borgoratto, Bosco, Cantalupo, Capriata, Carentino, Casal Bagliano, Casal Cermelli, Castel Ceriolo, Cascina grossa, Castellazzo, Castel Spina, Frascaro, Felizzano, Frugarolo, Gamalero, Grava, Isola di s. Antonio, Lobbi, Monte, Montecastello, Mugarone, Oviglio, Pasturana, Pavone, Pecceto, Pietra Marazzi, Piovara, Portanova, Predosa, Quargnento, Quattro Cascine, Retorto, Rivaroue, s. Carlo delle Alluvioni, s. Giuliano, Solero, s. Maria di Mandroghe, Spinetta, s. Rocco di Gamalero, Tassarolo, Valenza, Villa del Foro.

Similis pro dioecesi Bugellensi.

§. 48. Bugellensi ecclesiae praeter ipsam Bugellensem episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis, urbes, oppida, et loca vulgo respective nuncupata Andorno, Arro, Bena, Bioglio, Boriana, Bugliana, Cacciorna,

Calabiana, Camandona, Cambursano, Campiglia, Candelo, Carisio, Casapinta, Castellengo, Cavaglià, Ceresito, Cerretto, Cerrione, Chiavassa, Cogiola, Cossato, Cossila, Croce di Mosso, Donato, Donzano, Gagliani-co, Graglia, Lessona, Magnano, Magnonevolo, Masazza, Miagliano, Mongrando, Montasinaro, Mortigliengo, Mosso, Mottalciata, Muzzano, Nebbione, Netro, Occhieppo infer., Occhieppo super., Pettinengo, Piattu, Piè di Cavalln, Pollone, Ponderano, Portula, Pralongo, Prato di Coggiola, Prato di Trivero, Quaregna, Riale di Mosso, Ronco, Ropolo, Sagliano, Sala, Saluzzola, s. Damiano, Sandigliano, Selve, Sereno seu s. Giuseppe, Soprana, Sordevolo, Strona, Traviglia no, Ternengo, Toleguo, Torazzo, Trivero, Valansengo, Valdengo, Valle di Mosso, Valle di s. Nicolao, Veglio, Vergnasco, Verrone, Vigelio, Vigliann, Villanova, Viverone, Zimone, Zubiena, Zumaglia.

Similis pro dioecesi Casalensi. §. 19. Casalensi ecclesiae praeter ipsam Casalensem episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis, urbes, oppida, et loca vulgo respective nuncupata Alfiann, Altavilla, Balzola, Borgo di s. Martino, Bozzole, Brossolo, Brusasco, Brusaschetto, Calliano, Camagna, Cantavenna, Camino, Cardnna, Casalino, Casorzo, Castellazzo, Castelletto Merli, Castelletto Scazzoso, Castellino, Castel s. Pietro, Cavagnolo, Cella, Cereseto, Cerrina, Cicengo, Coccnoato, Cucconito, Colcavagno, Collegna, Coniolo, Conzano, Corteranzo, Cortiglione, Crearo, Fabliano, Forneglio, Frassinello, Frassinetto, Fubine, Gabiano, Gazn, Giarole, Grana, Grazzano, Guazzolo, Illengo, Isolengo, Lazzarone, Lù, Lusello, Marcorengo, Mirabello, Mombello, Moncalvo, Moncestino, Montaldo, Montallero, Montemagno, Montea di Po, Montiglio, Morano, Moranzengo, Morsingo, Marisengo, Occimiano, Oddalengo grande, Oddalengo piccolo, Olivola, Ottiglia, Ozzano, Penango, Piancerelo, Piazzano, Pomaro, Puntestura, Ponzano, Popolo, Pozzengo, Quarti, Rinco, Rioglio, Robella, Rocca delle Donne, Roncaglia, Ronzone, Rosignano, Rossingo, Sala, Salabue, Sanico, S. Antonio della Serra, s. Aurelio, s. Desiderio, s. Germano, s. Giorgio, s. Salvadore, Scandaluzza, Serralunga, Servotto, Solonghello, Sorina, Terranova, Terruggia, Ticineto, Tongo, Tonengo, Torcello, Treville, Tuffo, Valle Stura, Valmaca, Varengo, Verrua, Vignale, Villadeati, Villamiroglio, Villanova, Zango.

Similis pro dioecesi Augustana. §. 20. Augustanae ecclesiae praeter ipsam Augustanam episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis, urbes, oppida, et loca vulgo respective nuncupata, Aymaville, Allein, Anthei, Arnas, Arvier, Avise, Ayas, Bard, Bionaz, Brisogne, Brussou, Challand, Chambave, Chamois, Champ de Pratz, Champorcher, Chatillon, Chaverlot, Chaverlot, Chezalet, Cogne, Courmayeur, Derbe, Dienoz, Donnaz, Doves, Etuarese, Etrouble, Fenis, Fontanemore, Gignod, Gressan, Gressonei, Hone, Introd, Jovensan, Issime, Issogne, La Maddalena, La Sale, La Thuile, Lillianes, Mont Jovet, Morgex, Nus, Ollomont, Oyace, Perloz, Pollein, Pontboset, Pontey, Pont s. Martin, Prè s. Didier, Quart, Remet, Roysau, Barthelemi, s. Christophe, s. Denis, s. Germain, s. Marcel, s. Nicolas, s. Oyen, s. Pierre, s. Remy, s. Vincent, Sarre, Turgnon, Valgrisenche, Valpelline, Valsavaranche, Vallournance, Verraye, Verres, Villeneuve.

Similis pro dioecesi Bobiensi. §. 21. Bobiensi ecclesiae praeter ipsam Bobiensem episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis, urbes, oppida, et loca vulgo respective nuncupata Alpepiana, Ascona, Borsonasca, Brughelli, Cabanne, Calice, Canale, Caregli, Carisetto, Casalporrino, Casanova, Casasco, Cerignale, Colli, Dezusco, Fabbrica, Lazzarello, Menconico, Montarsolo, Monteforte, Orezzoli, Ottone, Otton soprano, Priosa, Resoaglio, Romaguese, Rossi, Rovegno, Rovezzano, Ruino, s. Albano, s. Stefano, s. Maria d' Allegrezze, Suburbano, Torrio, Trebecco, Valverde, Zerbo.

Similis pro dioecesi Derthonensi. §. 22. Derthonensi ecclesiae praeter ipsam Derthonensem episcopalem civitatem cum paraeciis suburbanis, urbes, oppida, et loca vulgo respective nuncupata Agneto, Albera, Alpe, Alzano, Arena, Argine, Arguata, Avolasca, Bagnara, Barbianella, Basaluzzo, Baselica Steffanora, Bastita, Bogli, Bognassi, Borghetto,

Borgo Adorno, Borlasca, Bornasco, Briguano, Broni, Bruggi, Cabella, Calcababbio, Caldirola, Catrignano, Cambio, Campazzi, Campoferro, Caneto, Canevino, Cantalupo, Carbonara, Carezzano maggiore, Carezzano superiore, Carisasca, Carrega, Cartasegna, Casalnocea, Casasco, Casatisma, Casei, Cassano Spinola, Castaguara, Castagnola, Castana, Casteggio, Castel de' Rati, Castellar Guidobono, Castellar Ponzano, Castelletto Adorno, Castelletto al Po, Castelnuovo Scrivia, Cecina, Cegni, Cella, Celli e Montale, Cencerato, Cerreto, Cerreto de' Rati, Cervesina, Cigognola, Codevilla, Colleri, Corana, Cornale, Cornegliasca, Corvino, Cosola, Costa, Croce de' Fieschi, Cuquello, Cusano, Daglio, Dernice, Donelasco, Dore, Fabbrica, Forotondo, Francavilla, Fresonara, Garadassi, Garbagna, Gavazzana, Genestrelli, Gerola, Giarollo, Godiasco, Golferenzo, Gorreto, Gremiasco, Grondona, Groppo, Guazzora, Languzzano, Lemmi, Lirio, Livelli, Luuassi, Luzzano, Mairano, Malvinn, Marmassana, Medassino, Merlassino, Mezzana Biglia, Mezzaninn, Mezzano Rabattone, Molino do' Torti, Molo, Mombisaggio, Momperone, Mondondone, Mondonico, Monleale, Montacuto, Montaldeo, Montalto, Montebello, Montebere, Montecalvo, Monte Capraro, Montegioco, Monte Marsino, Monte Martino, Montesegale, Montesoro, Montù Beccaria, Mormorola, Mornico, Muriasco, Nazzano, Negruzzo, Nenno, Nivione, Nove, Oliva, Oramola, Oriolo, Paderna, Pagliaro, Pallavicino, Pallenzona, Pancarana, Parpanese, Passalacqua, Pei, Perleto, Perzi, Piazzo, Pietrafraccia, Pietra Gavina, Pinarolo, Pizzale, Pizzocorno, Pontecurone, Porana, Portalbera, Pozzol Formigaro, Pozzolo del groppo, Prarolo, Pregola, Rea, Restegazzi, Retorbido, Ridavalle, Rivalta, Rivanazzano, Robecco, Rocca de' Giorgi, Rocca del Grue, Roccaforte, Rocca Susella, Rochetta, Rotta de Torti, Ruvescala, s. Agata, Sagliano, s. Alberto, Sale, Sale santa Maria, Salogni, Sangugnano, s. Antonino, Sardigliana, Sarezzano, Sarizzola di Scrivia, Sarizzola Vescovato, Sasso, Savignone, s. Biagin, s. Cipriano, s. Cristina di Steffanago, s. Damiano, Semino, Serravalle, s. Eusebio, s. Gaudenzio, s. Giovanni di Piumesana, s. Ginletta, Silvano Adorno inferiore, Silvano Adorno superiore, Silvano Pietra, s. Margarita, s. Maria Primorago, s. Martino de' Bagozzi, s. Martino di Roccaforte, s. Nazzaro di Montaro, Sorli, Soriasco, Spineto, s. Ponzo, s. Sebastiano, Staghiglione, Stazzano, Stradella, s. Zaccaria, Tonno, Torassa Costa, Torre del Monte, Torre di Garofoli, Torre Menapace, Torricella, Trebiano, Vacarezza, Val di Nizza, Vargo, Variana, Varinella, Varzi, Vegni, Verretto, Verrua, Vhò, Vignole, Vignzzolo, Villa Illibardi, Villa Romagnano, Villavernia, Vocemola, Voghera, Volpara, Volpara, Volpedo, Volpiglino, Zavatcrello, Zebedazzi, Zenevreto.

Itemque paraecias, et loca nuncupata Campi, Carpineto, Casella, Fascia, Foutanarossa, Monte bruno, Propata, Rondanina, et Tortiglia.

*Reservatio specialis favore sanctae Sedis*

§. 23 Super quibus tamen Nobis, ac Romanis pontificibus successoribus Nostris facultatem semper, et quandocumque, absque ullius consensu, ad hujus apostolicae Sedis beneplacitum de illis libere disponendi per translationem ad aliam dioecesim juxta ejusdem Victorii Emmanuelis regis votum ac desiderium specialiter, et expresse reservamus; cum uniuscujusque respectivo territorio in perpetuum constituimus, et assignamus.

*Erectio sedis Vercellensis in archiepiscopalem.*

§. 24. Ad majorem itidem omnipotentis Dei gloriam, et catholicae Ecclesiae splendorem, simulque Christifidelium utilitatem supradictam episcopalem ecclesiam Vercellensem, quae ob multam erectionis antiquitatem, constantis famae celebritatem, plurium ejus antistitum sanctitatem, distinctumque cleri numerum ac decorem aliis merito supereminet, quaeque in sat ampla praenobili civitate ubi amoenoque ornata territorio consistit, praevia illius omnimoda solutione et exemptione a quocumque metropolitico jure, dependentia ac subjectione archiepiscopali ecclesiae Taurinensi, cui ad praeseos suffragatur, de specialis gratiae dono ad archiepiscopalis metropolitanae ecclesiae sub titulo sancti Eusebii primi illius sedis episcopi et martyris cum suo capitulo a quatuor dignitatibus et viginti duobus canonicis efformato, gradum et dignitatem

extollimus salvo interea, et illaeso manente jure metropolitico archiepiscopalis ecclesiae Taurinensis super ante dictis jam existentibus ecclesiis episcopalibus, Aquensi, Astensi, Ipporegiensi, Montis Regalis, et Salutiarum reliquas jam pariter vigentes episcopales ecclesias Casalensem, et Vercellensem, a quovis illius metropolitico jure, subjectione, ac dependentia in perpetuum omnimode eximimus ac liberamus. Eidem vero archiepiscopali Taurinensi ecclesiae suffraganeas adjungimus novas ut supra a Nobis erectas episcopales ecclesias Albanensem, Cuneensem, Fossanensem, Pineroliensem, et Secusinam, illasque similiter metropolitico juri ecclesiae archiepiscopalis Taurinensis apostolica auctoritate perpetuo subjicimus atque supponimus. Alteri autem noviter erectae archiepiscopali ecclesiae Vercellensi suffraganeas assignamus ecclesias episcopales Alexandrinam, Bugellensem, et Casalensem, quas pariter Vercellensis archiepiscopi juri metropolitico perpetuis futuris temporibus simili auctoritate Nostra apostolica subdimus atque submittimus. Reservantes Nobis Vercellensis metropolitanae provinciae fines ampliare, assignando eidem in suffraganeas ad majus pastorum et fidelium commodum, praefato etiam Victorio Emmanuele rege id exoptante, episcopales ecclesias Novariensem et Vigevanensem.

Assignatio domorum episcopalium.

§. 25. Quod spectat domos pro decenti et commoda cujuslibet antistitis noviter erectarum episcopalium sedium Albensis, Alexandrinae, Augustanae, Bugellensis, Bobiensis, Fossanensis, Pineroliensis, Secusinae, et Derthonensis habitatione, illas ipsas eorum unicuique libere, ac integre adsignamus et tradi volumus, quae anno Domini millesimo octingentesimo tertio in respectiva tunc episcopali civitate cuilibet episcopo pro decora ejus habitatione pertinebant; pro decenti vero novi futuri episcopi Cuneensis habitatione domum illam statuimus et adsignamus, quae sumptibus universitatis hominum civitatis Cuneensis comparanda erit ad formam obligationis per publicum instrumentum diei vicesimae octavae junii anni proxime praeteriti ab eadem universitate contractae.

Restitutio, et nova respectiva erectio seminariorum.

§. 26. Seminariis item puerorum ecclesiasticis ad juventutem Catholica religione, ac bonis artibus opportune informandam necessariis, in qualibet ex praedictis de novo erectis episcopalibus civitatibus Albensi, Alexandrina, Augustana, Bugellensi, Bobiensi, Fossanensi, Pineroliensi, Secusina, et Derthonensi ad formam legum canonicarum instituendis, illa ipsa aedificia libere restituenda decernimus, quae supradicto anno Domini millesimo octingentesimo tertio cuilibet seminario respective tributa reperiebantur. Novo autem futuro episcopo Cuneensi ex nunc pro tunc onus injungimus curandi modis omnibus, ut quam primum possit, in eadem Cuneensi civitate seminarium puerorum ecclesiasticum erigatur. Et hoc quidem non longe assequendum speramus eo vel maxime quia praelaudatus Victorius Emmanuel rex pro eximia sua religione ac pietate, summaque regii sui animi liberalitate sponte paratum se ostendit ad nonnulla exhibenda opportuna media, quae ad talem pium opus cito perficiendum conducere posse videbuntur.

In quolibet dioecesi.

Dotatio mensarum.

§. 27. Ut insuper congruae dotationi uniuscujusque de novo, ut supra, erectae sedis episcopalis, itemque noviter erecti cujuslibet capituli cathedralis, nempe Albensis, Alexandrini, Augustani, Bugellensis, Bobiensis, Fossanensis, Pineroliensis, Derthonensis, et Secusini opportune provideatur, omnia et singula bona, possessiones, redditus, ac proventus cujusvis generis et naturae ubicumque locorum existentia, quae anno millesimo octingentesimo tertio, tunc existentibus hujusmodi mensis episcopalibus et cathedralibus capitulis respective spectabant, quaeque vigore antedictarum literarum apostolicarum super extantibus metropolitanae Taurinensi, et episcopalibus ecclesiis Aquensi, Astensi, Casalensi, Ipporegiensi, Montisregalis, Salutiarum, et Vercellensi, earumque capitulis cathedralibus fuerunt respective applicata et appropriata, praevia ab hisce ultimo dictis mensis et capitulis omnimoda sejunctione, dismembratione, et abstractione, cuilibet ex primo dictis episcopalibus mensis, et capitulis cathedralibus plenarie atque integre restitui per praesentes volumus ac mandamus, ita ut ex nunc in posterum perpetuis futuris temporibus episcopales ecclesiae Albensis, Alexandrina, Augustana, Bugellensis, Bobiensis,

Fossanensis, Pineroliensis, Derthonensis, et Secusina, illarumque capitula cathedralia iisdem prorsus bonis, possessionibus, redditibus, ac proventibus cujusvis generis ac naturae, et ubilibet locorum existentibus, libere gaudeant et potiantur, quae ad ipsas antedicto anno millesimo octingentesimo tertio pertinere compertum fuerit, nisi praefatus Victorius Emmanuel rex harum ecclesiarum dotationi alia ratione in utilitatem Ecclesiae, praevia hujus sanctae Sedis approbatione, providere existimaverit. Hoc idem pari methodo servandum erit quoad omnia et singula bona, possessiones, redditus, et proventus cujuscumque generis ac naturae ubicumque existentia, quae ad fabricas cathedralium, et ad ecclesiastica puerorum seminaria supradictorum de novo erectorum episcopatuum jam spectasse dignoscantur, quaeque pariter ipsis fabricis ac seminariis integre, ac libere vigore praesentium erant restituenda.

Idem ut supra §. 28. Dotatio autem novae episcopalis mensae Cuneensis efformabitur sequentibus bonis stabilibus, redditibus, ac proventibus a quolibet vinculo et hypotheca prorsus exemptis in perpetuam proprietatem ipsi mensae libere concedendis, videlicet latifundio Cassina sancti Benigni nuncupata, cum ejus adnexis in territorio communis Cuneensis pariter nuncupato, a praedicta universitate hominum civitatis Cuneensis, cui spectabat, eidem mensae cessa per supramemoratum instrumentum diei vigesimae octavae mensis junii anni proxime praeteriti; quae quidem universitas hominum in vim primodicti instrumenti onus in se suscepit spatio duorum proxime insequentium annorum summam praebere librarum triginta millium Pedemontanae monetae in palatii episcopalis aedificationem impendendam, ac propterea si forsan contingat decenti habitationi episcopi alio modo firmiter providere, tunc eadem triginta millium librarum summa eroganda erit in emptionem tot liberorum bonorum stabilium ipsi mensae perpetuo applicandorum; atque ulterius bonis ac redditibus spectantibus confraternitati sub titulo sancti Sebastiani in eadem urbe Cuneensi canonice erectae, quae vigore publici instrumenti rogati sub decima die mensis julii anni proxime superioris, ipsa bona et redditus libere cessit ad effectum ut illa in praedictae mensae episcopalis liberam proprietatem perpetuo transferantur, excepta tamen domo ecclesiae ipsius confraternitatis adnexa; et ad ultimum universis bonis ac redditibus pertinentibus ecclesiae parochiali beatae Mariae virginis del Bosco dictae urbis Cuneensis separatim pertinentibus, a moderno parocho per alterum publicum instrumentum sub memorata decima die mensis julii integre ac libere cessis ad effectum illa perpetuis futuris temporibus libere itidem applicandi in partialem dotationem supradictae episcopalis mensae Cuneensis. Et quoniam bona spectantia supradictae confraternitati sancti Sebastiani gravata reperiuntur onere celebrationis annuae missarum mille biscentum quatuordecim, idcirco, firmis de caetero remanentibus nonnullis aliis oneribus iisdem bonis inhaerentibus, et per pro tempore existentem Cuneensem episcopum de more supportandis, praevia voluntatum respectivorum fundatorum seu testatorum commutatione ac derogatione, praedictum pro tempore existentem episcopum Cuneensem ab obligatione celebrationis enunciatarum missarum eximimus ac liberamus, eique simul injungimus ut in qualibet hebdomada unam missam lectam, ad placitum antedictae confraternitatis, perpetuis futuris temporibus celebrare facere teneatur. Cumque dilectus filius Joannes Baptista Giraudi modernus dictae parochialis ecclesiae sanctae Mariae del Bosco parochus, qui primam insimul in eadem anteacta collegiata, et modo cathedrali, ecclesia, usque adhuc obtinuit dignitatem, exercitio curae animarum parochianorum ipsius ecclesiae renunciaverit; ideo sopradicto episcopo injungimus onus durante vita memorati Joannis Baptistae, deputandi cum congrua mercedis assignatione idoneum presbyterum, qui eorumdem parochianorum animarum curam laudabiliter exerceat. Ipso deinde Joanne Baptista defuncto, et prioratus dignitatis post pontificalem majoris dictae cathedralis ecclesiae vocatione sequuta, eidem pro tempore existenti episcopo Cuneensi potestatem facimus, dicto prioratui jam de sufficienti dotatione proviso, perpetuum

imponendi onus curae animarum parochianorum praedictae cathedralis, ita ut idem prioratus curatus, praevio concursu juxta Tridentini concilii praescriptum habendo, ab apostolica Sede in posterum valeat conferri. Et attento quod in loco Burgi sancti Dalmatii nuncupato, pridem intra limites dioecesis Montisregalis comprehenso, ac vigore praesentium literarum novae dioecesi Cuneensi aggregato, parochialis existit ecclesia adnexis aedibus instructa pertinens ad monasterium abbatiam sancti Dalmatii nuncupatum ordinis sancti Benedicti, a moderno et pro tempore Montisregalis episcopo possessum, utpote illius mensae episcopali jam antea unitum et incorporatum, in qua cura animarum parochianorum per presbyterum ab eodem episcopo vicarium curatum deputatum exercetur, et cujus parochialitatis intuitu communitas hominum praefati loci annuum canonem noningentarum tresdecim librarum monetae Pedemontanae dicto Montisregalis episcopo uti abbati sancti Dalmatii solvere tenentur, acceptisque super hac re precibus moderni episcopi Montisregalis, eumdem a quocumque dictae parochialitatis onere prorsus liberamus, idemque onus in futurum ac pro tempore existentem episcopum Cuneensem, qui parochialem ecclesiam hujusmodi, et in ea idoneum vicarium curatum inibi continuo in portione aedium abbatialium pro solita ejus habitatione adsignata residentem manutenere teneatur, cuique Cuneensi episcopo jus tribuimus in posterum exigendi praefatum canonem annuarum librarum noningentarum tresdecim perpetuo transferimus, et commutamus, salvis de caetero et integris manentibus aliis omnibus et singulis juribus ac proventibus antedicto Montisregalis episcopo ratione commendae memoratae abbatiae quomodolibet legitime competentibus.

Reductio capitulorum in quibus congrua deest dotatio.

§. 28. Cum insuper Nobis laudati Victorii Emmanuelis regis nomine fuerit expositum quod antedictae Taurinensis, Aquensis, Astensis, Casalensis, Ipporegiensis, Montisregalis, Vercellensis, et Salutiarum ecclesiarum capitula ob praeteritorum temporum iniquitatem multis eorum respective bonis ita expoliata remanserint, ut statuti antiqui numeri dignitatum et canonicorum congruae ac decenti substentationi provideri nullimode possit, idcirco ad illorum futurae stabilitati ac manutentioni etiam juxta ipsius regis vota opportune consulendum, praevia uniuscujusque prioris numeri dignitatum et canonicorum reductione ac imminutione, ut ex nunc perpetuo in posterum eadem capitula, nempe Taurinense e sex dignitatibus, ac duodecim canonicis, Aquense e tribus dignitatibus, et duodecim canonicis, Astense ex quatuor dignitatibus, et octodem canonicis, Casalense ex duabus dignitatibus, et quatuordecim canonicis, Ipporegiense ex quinque dignitatibus, ac undecim canonicis, Montisregalis ex quatuor dignitatibus, et duodecim canonicis, Vercellense ex quatuor dignitatibus, et vigintiduobus canonicis, et Salutiarum ex tribus dignitatibus, et tresdecim canonicis constare, atque integre efformata manere debeant, apostolica Nostra auctoritate decernimus ac mandamus. In singulis profecto metropolitanis et cathedralibus tam jam existentibus quam noviter erectis ecclesiis, in quibus animarum respectivorum parochianorum cura exerceri solet, firma etiam in posterum debito modo servabitur. Cuilibet vero ex antedictis pro tempore existentibus archiepiscopis et episcopis peculiarem tribuimus facultatem, ut inspecto statu bonorum ac redditum proprii respective capituli, et poenitentiariis, theologalibusque praebendis congrue proviso, alias in posterum juxta proventuum quantitatem vel dignitates vel canonicatus unum corpus cum veteribus efficientes, et insimul de consuetis quotidianis distributionibus participantes, collatis cum rege consiliis, de novo erigere libere et licite unusquisque possit ac valeat, salvis tamen et integris manentibus vel in suo robore respective restitutis juribus omnibus, aut praerogativis, quibus capitula praedicta ante annum millesimum octingentesimum tertium legitime potiebantur, et quibus hac Nostra constitutione nominatim derogatum non fuerit, salvis praeterea vel restitutis ut antea in quorumlibet beneficiorum ad praefatas dioeceses pertinentium collationibus, nisi secus in posterum mutuo utriusque partis consensu aliqua in parte constituatur, tam reservationibus et affectionibus apostolicis,

quam jure vel privilegio eidem carissimo in Christo filio Nostro Victorio Emmanueli Sardiniae regi illustri, ejusque successoribus, ad eas dignitates vel canonicatus praedictarum cathedralium aut collegiatarum ecclesiarum, aliave beneficia praesentandi, vel respective nominandi, ad quae ante annum millesimum octingentesimum tertium ex jure, vel privilegio praedictis, aliove titulo legitime praesentabat vel nominabat, salvo denique vel restituto quovis jurepatronatus, quod tam ecclesiasticis quam laicis personis, familiis, communitatibus, civitatibus, collegiis, aliisque omnibus in eorumdem capitulorum dignitates vel canonicatus, aliave beneficia, ut supra, legitime competebat.

Privilegia singulis capitulis concessa.

§. 30. Unicuique insuper ex noviter erectis capitulis cathedralibus, ut eorum dignitates et canonici capitulariter congregati pro respective ecclesiae rerum spiritualium ac temporalium felici directione, onerumque illis incumbentium supportatione, divinorum officiorum quotidiana recitatione, et missarum sacrarumque functionum celebratione quaecumque statuta licita tamen et honesta, sacrisque canonibus, et constitutionibus apostolicis minime repugnantia, praevio ordinarii loci examine et approbatione, de novo edere, atque edita reformare, et in meliorem formam redigere, atque ab iis ad quos pro tempore spectabit sub poenis in contravenientes statuendis, observari facere libere ac licite possint et valeant, eadem apostolica auctoritate licentiam harum tenore impertimur.

Jus nominandi respectivos episcopos regi Sardiniae pro tempore regnanti reservatur.

§. 31. Quod vero pertinet ad supradictarum ecclesiarum tam archiepiscopalium Taurinensis, et Vercellensis, quam episcopalium Albensis, Alexandrinae, Aquensis, Astensis, Augustanae, Bobiensis, Bugellensis, Casalensis, Cuneensis, Derthonensis, Fossanensis, Ipporegiensis, Montisregalis, Salutiarum, ac Secusinae a primaeva etiam erectione vacantium, canonicam provisionem laudato charissimo in Christo filio Nostro Victorio Emmanueli Sardiniae regi illustri, ac moderno Sabaudiae, Montisferrati, et Genuae duci, ac Pedemontii principi, illiusque successoribus, ipsis et eorum temporali dominio subditis in integritate obedientiae sanctae Sedi persistentibus, jus nominandi infra tempus a jure praefinitum Nobis ac Romano pontifici pro tempore existenti ecclesiasticas idoneas personas in archiepiscopos et episcopos praeficiendas, prout antea quoque nominare consueverunt, nihil tamen circa id, quod tam quoad praedictas nominationes et canonicam provisionem, quam quoad examen et consecrationem nominatorum ante annum millesimum octingentesimum tertium servabatur innovantes, vigore praesentium confirmamus, ac de novo insuper perpetuo concedimus atque tribuimus.

Providetur conservationi memoriae percelebrium monasteriorum suppressorum sub invocatione sancti Michaelis de Clusa, et sancti Benigni de Fructuaria.

§. 32. Nunc autem ut duorum monasteriorum ordinis sancti Benedicti Abbatiarum nuncupatorum, pridem nullius dioecesis existentium sancti Michaelis de Clusa, et sancti Benigni de Fructuaria ob illorum antiquitatem et celebritatem constans memoria servetur, utque votis etiam praelaudati Victorii Emmanuelis regis, benigne indulgeamus eadem monasteria quae jam antea una cum tribus aliis per primodictas apostolicas literas anno millesimo octingentesimo tertio editas, omnino suppressa et extincta fuerant, et quorum bona in vim decreti antedictae bonae memoriae Joannis Baptistae cardinalis anno millesimo octingentesimo quinto auctoritate Nostra lati, mensis archiepiscopali Taurinensi, et episcopali Ipporegiensi fuerant unita et applicata, firma atque integra manente suppressione status et qualitatis Nullius, eadem monasteria s. Michaelis de Clusa, et s. Benigni de Fructuaria praefati ordinis sancti Benedicti abbatias nuncupatas, et in commendam ab apostolica Sede conferri solitas, in antiquis respectivis earum ecclesiis de novo, absque tamen ullo separato territorio et ordinariae jurisdictionis exercitio, ut idoneis personis ecclesiasticis a Nobis et Romanis pontificibus successoribus Nostris, modo et forma ac terminis jam ante praedictam suppressionem statutis atque usitatis, ad praefati regis nominationem deinceps conferri valeant, in perpetuum erigimus et instituimus; ac proinde omnia et singula bona, proprietates, redditus, et proventus cuilibet ex praedictis duabus abbatiis

ante memoratam illarum suppressionem spectantibus, a praedictis Taurinensi et Ipporegiensi mensis dividimus et abstrahimus, atque unicuique abbatiae prorsus integre ac libere restitui et consignari volumus et mandamus.

Applicatio bonorum seminariorum suppressorum favore aliorum de novo erectorum.

§. 33. Et quoniam in ipsis duabus abbatiis erecta pridem reperiebantur seminaria puerorum ecclesiastica, quorum redintegrationem, deficiente in posterum ordinarii praesentia, minime expedire arbitramur, idcirco quaelibet bona, redditus, et proventus jam hisce seminariis pertinentes, aliis seminariis puerorum ecclesiasticis illarum dioecesium, quibus dictarum abbatiarum territoria incorporata dignoscentur, perpetuo, integre, ac libere unimus, applicamus, et appropriamus, sub lege tamen in seminariis ipsis alendi atque educandi tot pueros in locis antiquum praefatarum abbatiarum territorium jam efformantium respective natos, quot adjunctis cujuslibet seminarii redditibus annuatim respondeant. Ex quorum quidem puerorum numero duo a pro tempore existentibus sancti Michaelis de Clusa et sancti Benigni de Fructuaria respectivis abbatibus commendatariis erunt successive nominandi.

Praeceptum de inscribendis fructibus respectivarum mensarum in libris camerae apostolicae.

§. 34. Demum ut in futuris dictarum noviter erectarum ecclesiarum episcopalium, videlicet Albensis, Alexandrinae, Augustanae, Bobiensis, Bugellensis, Derthonensis, Fossanensis, Pineroliensis, et Secusinae provisionibus apostolicis de more conficiendis eadem respectiva taxa servetur, quae ante priorem illarum suppressionem in libris camerae apostolicae jam erat descripta; utque episcopalis ecclesia Cuneensis, ac etiam attenta status immutatione abbatialium sancti Michaelis de Clusa, et sancti Benigni de Fructuaria ecclesiarum nova taxa in ipsius camerae apostolicae libris, modo et forma consuetis in illarum quoque apostolicis provisionibus de more servanda conficiatur, volumus atque mandamus.

Unio nonnullorum locorum dioecesi Viglevanensi.

§. 35. Ut autem hac ipsa opportunitate spirituali quoque regimini aliorum christifidelium supradicti regis temporali dominio pariter subjectis et commorantibus in quinque locis vulgo Gravellona « Cassolo vecchio » Cassolo nuovo « Vignarello » et Villanova nuncupatis intra limites amplae Novariensis dioecesis consistentibus, expeditius atque utilius consulatur, praevia illorum exemptione ac liberatione a quocumque Novariensis antistitis ordinario jure et subjectione, eadem quinque supraenunciata loca cum suis territoriis parochialibus, et aliis ecclesiis, personis tam ecclesiasticis quam laicis et locis piis in illis fortasse existentibus, finitimae dioecesi Viglevanensi perpetuo unimus et incorporamus, ac futuri et pro tempore existentis Viglevanensis episcopi jurisdictioni, obedientiae, et auctoritati subjicimus atque supponimus.

Erectio Sedis Camberiensis in archiepiscopalem.

§. 36. Cum vero opportunum et conveniens Nobis sit visum, praefati quoque Victorii Emmanuelis petitione concurrente, in amplo Sabaudiae ducatu, in quo olim una metropolitana et tres cathedrales ecclesiae erectae reperiebantur, quas per apostolicas Nostras literas sub Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo primo, tertio kalendas decembria, quarum initium « *Qui Christi Domini vices* » soppressimus et extinximus, novam deinde in eisdem literis pro toto ducatu praedicto episcopalem Camheriensem sedem erigentes, dum matura et diligenti deliberatione perpenditur, si, et in quo numero aliae ecclesiae de novo erigendae a Nobis sint, cathedralem ecclesiam, cujus sedes in principe ducatus urbe constituta est, in metropolitanam erigere; hic Nos ad majorem Dei omnipotentis gloriam, et catholicae Ecclesiae splendorem, simulque christifidelium utilitatem supradictam episcopalem ecclesiam Camberiensem sub titulo sancti Francisci Salesii episcopi et confessoris, cum suo existente capitulo, praevia illius omnimoda solutione et exemptione a quocumque metropolitico jure, dependentia, ac subjectione archiepiscopali ecclesiae Lugdunensi cui ad praesens suffragatur praestito jam a dilecto in Christo filio Nostro Josepho Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Fesch nuncupato moderno archiepiscopo consensu, et ejusdem ecclesiae capituli consensum ad cauthelam supplentes, de specialis dono gratiae ad archiepiscopalis metropolitanae ecclesiae gradum et dignitatem extollimus firmo manente favore praedicti Victorii Emmanuelis, ejusque successorum jure nomi-

nationis ad eam ecclesiam, prout ei antea competebat, eidemque noviter erectae metropolitanae ecclesiae in suffraganeam interea assignamus episcopalem ecclesiam Augustanam, quam de novo pariter ut supra ereximus, quae dum antiquitus existebat suffraganea erat archiepiscopalis ecclesiae Tarantasiensis in eodem ducatu positae, eamdemque archiepiscopi Camberiensis juri metropolitico perpetuis futuris temporibus, simili auctoritate Nostra apostolica subdimus et submittimus reservantes Nobis eidem Camberiensi metropolitanae ecclesiae illas quoque cathedrales ecclesias, quas in Sabaudiae ducatu de novo erigere ju dicabimus, in suffraganeas assignare.

Subjectio ecclesiarum Derthonensis, et Bobiensis metropolitico juri archiepiscopi Januensis

§. 37 Perpendentes praeterea ad majus tam pastorum, quam fidelium commodum et utilitatem conducere, si episcopales ecclesiae Derthonensis, et Bobiensis de novo a Nobis, ut supra, erectae Januensi potius, ad quam urbem frequentior et expeditior esse solet a civitatibus illis accessus, quam Taurinensi, cui antiquitus subjectae erant, metropoli subiiciantur, Niciensem vero iisdem de causis convenientius praefatae metropolitanae Januensi ecclesiae, quam Aquensi, in provincia provinciae subdi posse; hinc Nos, re jam quoad Niciensem dioesim Aquensi capitulo sede archiepiscopali vacante a Nobis significata, et quatenus opus sit consensum futuri archiepiscopi supplentes, praefatam Niciensem cathedralem ecclesiam a quacumque subjectione et dependentia a metropolitico jure archiepiscopi Aquensis de apostolicae potestatis plenitudine subtrahentes, eam una cum supradictis cathedralibus ecclesiis Derthoniensi, et Bobiensi, archiepiscopi Jannensis metropolitico juri perpetuis temporibus simili apostolica auctoritate subdimus atque submittimus.

Unio insulae Caprariae dioecesi Januensi

§. 38. Quoniam vero Caprariae insula, quae nunc temporali dominio Sardiniae regis subjecta est, ab Adjacensi civitate, cujus nunc antistiti subest, quam a Jannensi urbe, cum qua illius insulae habitatores frequentioris commercii necessitudinem habent, magis distat, Nos praedictam Caprariae insulam cum suis clero, et populo, habito jam Adjacensis episcopi consensu, ab ejusdem dioecesi subtrahimus, et Januensi dioecesi de apostolica auctoritate Nostra unimus atque incorporamus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 39. Quocirca dilecto in Christo filio Nostro Paulo Josepho sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali Solaro nuncupato, olim episcopo Augustae Praetoriae, quem exequutorem praesentium Nostrarum literarum apostolicarum eligimus, ac deputamus, ad hoc ut constito de libera redintegratione antedictorum omnium bonorum atque redditaum, ipse per se, vel per aliam seu alias personam, seu personas in ecclesiastica dignitate constitutam seu constitutas, ab eo specialiter subdelegandam vel subdelegandas, pro supradictarum archiepiscopalium et episcopalium ecclesiarum nova erectione, nec non capitulorum cum uniuscujusque dignitatum et canonicatuum numero, vel jam superius distincte enunciato, vel post accuratam dignitatum et canonicorum actu existentium verificationem firmiter juxta illam pro qualibet ecclesia declarando, ac puerorum ecclesiasticorum seminariorum, ac mensarum episcopalium et capitularium respectivis institutionibus et dotationibus, itemque territoriorum unamquamque archiepiscopalium et episcopalium, tam jam existentium quam noviter erectarum, ecclesiarum dioecesim efformantium, respectiva assignatione; novaque similiter erectione praefatarum duarum ecclesiarum abbatialium, caeterisque aliis in hisce Nostris literis contentis atque statutis, omnia et singula quae necessaria dignoverit, gerere, facere, disponere, ac statuere, omnesque cujusvis generis quaestiones ac controversias super praemissis forsitan exorituras examinare, judicare, et definire libere ac licite possit et valeat, necessarias omnes et opportunas facultates concedimus et impertimur; simulque eidem Paulo Josepho cardinali injungimus, ut post completam harum literarum executionem, actorum omnium authenticum exemplum, infra bimestre, ad urbem transmittere teneatur, in consistoriales tabulas referendum.

Clausulae salutares, et irritantes.

§. 40. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque, nullo unquam tempore, etiam ex eo quod quicumque in iis interesse habentes vel habere praetendentes vocati et auditi non fuerint, ac auditi quoque

praemissis non consenserint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio substantiali et inexrogitatu defectu notari, impugnari, invalidari, in jus vel controversiam deduci, aut adversus illas quodcumque juris vel facti aut gratiae remedium impetrari posse; nec illas sub quibusvis derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed tanquam ad divini cultus augmentum, et ad christifidelium spirituale regimen, in eorum animarum salutem editas et emanatas, ab illis semper excipi, validasque et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, sicque ab omnibus observari; et ita per quoscumque judices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fulgentes, sublata eis qualibet aliter judicandi et interpretandi facultate, judicari et definiri debere volumus atque mandamus; et si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

*Derogatio contrariorum.* §. 41. Non obstantibus quibusvis, etiam in provincialibus, vel generalibus conciliis editis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac Nostris et cancellariae apostolicae regulis, nec non supradictarum ecclesiarum, etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, concessionibus, et indultis etiam specifica et individua mentione dignis: quibus omnibus et singulis, eorumque totis tenoribus et formis, etiamsi de illis specialis, specifica, et individua mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro expressis habentes, ad singulorum omnium et praemissorum effectum latissime et plenissime, ac specialiter et expresse derogamus, et derogatum esse intendimus, caeterisque contrariis quibuscumque.

*Fides habenda transumptis.* §. 42. Volumus autem ut praesentium literarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur si forent exhibitae vel ostensae.

*Sanctio poenalis.* §. 43. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum circumscriptionis, erectionis, constitutionis, extinctionis, annullationis, assignationis, elevationis, exemptionis, liberationis, subjectionis, suppositionis, reservationis, restitutionis, dismembrationis, impartitionis, unionis, appropriationis, incorporationis, concessionis, facultatis, indulti, mandati, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo septimo, sextodecimo kalendas augusti, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

---

## DCCXLI.

*Dat. die 18 julii 1817 anno XVIII.*

Concessio usus mozzetae rubri coloris pro fratribus confraternitatis sanctissimi Sacramenti civitatis Turritanae.

Dilecto filio vicario capitulari Turritano, sede illius archiepiscopali vacante, legitime deputato.

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem

*Expositio precum* §. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii confratres archiconfraternitatis sub titulo sanctissimi Sacramenti rite, prout asseritur, in ista Turritana civitate erectae, quod ipsi ad excitandam devotionem populorum erga augustissimum Eucharistiae sacramentum, eorumque oculis subjiciendum externum aliquod signum pii illius instituti, in quo Deo famulantur, nec non ad praedictae archiconfraternitatis decorem augendum, exteriori aliquo signo condecorari summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplica-

ri fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis §. 2. Nos igitur dictos exponentes, ac singulares eorum personas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, discretioni tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, et si id in Domino expedire censueris, iisdem exponentibus, ut in posterum ipsi, eorumque successores in omnibus praedictae archiconfraternitatis functionibus tam intra, quam extra illius ecclesiam faciendis, supra habitum album mozzetam rubri coloris, in qua sanctissimum Sacramentum opere phrygio appareat distinctum, gestare libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica indulgeas, atque concedas.

Derogatio contrariorum §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae archiconfraternitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava julii millesimo octingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.



## DCCXLII.

Dat. die 24 julii 1817 anno XVIII.

Concessio tituli, et honoris civitatis pro terra Lugi intra lines legationis Ferrariensis positi.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Circumspecta Romani pontificis gratiarum dispensatoris providentia devotos ac fideles suos, et temporalis S. R. E. ditionis subditos, praesertim illos, qui sincerae fidei, et devotionis affectum erga apostolicam hanc sanctam Sedem gerere comprobantur, amplioribus honoris, decoris, et honorificentiae titulis, nec non specialis benevolentiae favoribus amplecti solet, prout personarum, locorumque qualitatibus, et meritis conspicit convenire. Cum alias proinde Nos pro temporalis Nostri dominii regimine nonnullas nuperrime leges instituerimus, quarum vigore concreditus Nobis populus prospere, ac feliciter, prout cordi Nostro est, dirigatur, non exiguam tenet partem inter illas guberniorum districtualium divisio, quae ita constituta est, ut civitates Nostrarum provinciarum, vel ea potissimum loca, quae licet civitatis titulo decorata non sint, iisdem tamen qualitatibus ac praerogativis abundant, tanto dignata sint honore. Prooemium

§. 2. Expositum siquidem Nobis nuper fuit nomine dilectorum filiorum communitatis, et hominum, et praecipue illorum, qui sapientes vulgo savj appellati municipale corpus constituunt terra, Nostra Lugi intra limites Ferrariensis legationis, ac Imolensis dioecesis, quod terra praedicta, ubi districtuale gubernium jam firmatum est, in amplo, ac fertili illius territorio octodecim mille circiter habitatores annumerat. Collegialis in ea extat ecclesia, quae quatuor dignitatibus, duodecim canonicis, et octo mansionariis constat, ecclesijs, monasteriis, coenobiis, conservatoriis, orphanotrophiis, amplo-xenodochio, pietatis monte, publica bibliotheca, piis institutionibus, nec non educationis stabilimentis, inter quae primum tenet locum studiorum collegium, satis su- Expositio precum.

perque instructa, in ea industria, ac commercium plurimum vigent, nonnulli ex ea diversis temporibus ecclesiarum praesules, ac plures illustres sanctitate, doctrina, nobilitate, militari scientia prodierunt viri; merito igitur ob praefatas, aliasque quamplurimas praerogativas a felicis recordationis Clemente pp. VIII. praedecessore Nostro terra praedicta multis ditata fuit privilegiis, quae a rec: me: Benedicto pp. XIV. praedecessore itidem Nostro confirmata fuere, digna proinde videtur civitatis titulo decorari, prout dicti exponentes summopere desiderant, enixisque precibus a Nobis efflagitant.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur praedictos exponentes, ac singulares eorum personas specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, referente dilecto filio magistro Prospero Bottino congregationis venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium super consultationibus civitatum, terrarum, et locorum status Nostri ecclesiastici auctoritate apostolica deputatorum secretario, terram praedictam Lugi in civitatem auctoritate apostolica, tenore praesentium, perpetuo erigimus, et instituimus, eique civitatis titulum, et denominationem cum omnibus honoribus, juribus, praerogativis, et decorationibus, quae ceteris omnibus Nostrae pontificiae ditionis civitatibus competere dignoscuntur, nec non confalonerio, et prioribus, seu magistratui ejusdem terrae in civitatem, ut supra erectae, consuetis honoribus, et insignibus, quibus aliarum ejusdem dictionis civitatum magistratus de jure, usu, et consuetudine, gaudere, seu uti possunt, pariformiter, et pari modo, et absque ulla differentia, gaudere, potiri, et uti concedimus pariter, et impertimur, ac ejusdem terrae incolas, et habitatores civium nomine decoramus, ita tamen, ut nunc et pro tempore existens episcopus Imolensis in dicta terra per Nos in civitatem erecta residere minime teneatur, sed illa ecclesiae Imolensi, ut prius subjecta remaneat, ac ex honore hujusmodi etiam in guberuium temporale nulla induratur innovatio.

Clausulae sublata et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has praesentes literas, et quaecumque in eis contenta, etiam ex eo quod quicumque in praemissis jus vel interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, illis non consenserint; nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causae, propter quas praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificatae, et justificatae fuerint, aut ex alia quamtumvis justa, legitima, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso, ullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quamtumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra uti, seu se juvare posse, sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores et Sedis apostolicae nuncios, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretrandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit dictae terrae, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis

firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta julii millesimo octingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

---

Dat. die 24 julii 1817 anno XVIII.

## DCCXLIII.

Sanatio, revalidatio, et confirmatio translationis episcopalis sedis Munckacsiensis Graeci ritus uniti in Hongaria ad oppidum Hungwar

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. Romanos decet pontifices intentis studiis, curisque sollicitis assidue conniti, ut quae ad promptiora religionis auxilia fideli populo impertienda, et ad feliciorem sacrorum antistitum statum, atque ad divini cultus splendorem conducant utili providentia comparentur.

Ratio concessionis.

§. 2. Eo Nos consilio excepimus relationem nuper habitam de iis, quae spectant ad episcopalem ecclesiam Munkacsiensem Graeci ritus Sanctae Romanae Ecclesiae uniti in regno Hungariae. Constituta enim a felicis recordationis Clemente papa XIV. praedecessore Nostro per suas apostolicas literas datas xii. kalendas octobris anni Domini millesimi septingentesimi septuagesimi primi, nova episcopali sede et cathedrali ecclesia in oppido civitate nuncupato Munkacs, cognitaque deinde loci, ac aedium angustia, aliarumque rerum inopia et adversa caeli natura expediens visum fuit eamdem sedem episcopalem cum cathedrali ecclesia, et capitulo ad alterum magis aptum, et commodum oppidum Hungawar nuncupatum transferre, simulque dotationi tam episcopi quam capituli, et seminarii, cum diversis etiam ad ecclesiastica beneficia spectantibus bonis opportune providere.

Tenor concessionis

§. 3. Comperto igitur in praesentiarum, translationem, et assignationem hujusmodi in summam ecclesiae, ejusque ministrorum, ac totius gregis bonum cessuram fore si apostolicae approbationis robur accesserit, re universa accurate perpensa Nos per hasce apostolicas literas de certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praevia actorum omnium sanatione, et revalidatione quoad praeteritum, atque extincta in praedicta civitate Munkacsiensi cathedralitate, et residentia episcopi, et capituli eamdem episcopalem sedem Munkacsiensem Graeci ritus Sanctae Romanae Ecclesiae uniti cum cathedrali ecclesia, capitulo, clero, et seminario, firmis omnibus, et singulis bonis, ac redditibus unicuique eorum respective adsignatis et competentibus, ac firma pariter denominatione ipsius Munkacsiensis episcopatus ad praefatum oppidum Hungwar translatam, ac perpetuo constitutam pari auctoritate Nostra censeri volumus, atque mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio defectu notari, impugnari, vel invalidari posse, sed semper validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, atque obtinere debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, quibusvis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, et indultis, aliisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum sanationis, revalidationis, translationis, constitutionis, mandati, decreti, ac voluntatis infringere, eique ausu

temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo septimo, nono kalendas augusti pontificatus Nostri anno decimo octavo.

---

Dat. die 27 julii 1817 anno XVIII.

## DCCXLIV.

Allocutio habita in consistorio secreto diei xxviii. julii MDCCCXVII; item conventio inter sanctam Sedem, et regem christianissimum inita, nec non literae apostolicae, quibus eadem conventio confirmatur, aliaque monumenta ecclesiastica Galliarum negotia respicientia.

Pius PP. VII.

Venerabiles fratres

Tenor allocutionis.

Ex quo Sedi apostolicae post notissimas rerum vicissitudines restituti, Catholicam Ecclesiam curae Nostrae divinitus commissam libere gubernandam denuo suscepimus, nihil intentiore animo concupivimus, quam ut ecclesiasticum in Gallia regimen aptius ordinaremus, et gravissimis mederemur malis, quibus Ecclesia pluribus ab annis ibidem affligitur, atque ita catholica religio pristinum in eo regno splendorem recuperaret. Quod autem in maximis votis erat, id juvante Deo Nos esse consecutos, vobis, venerabiles fratres, annuntiamus. Simulac enim carissimus in Christo filius Noster Ludovicus XVIII. avito solio redditus feliciter est, Nos opportunissima occasione usi eum eo, quem religiosissimis animari sensibus probe noveramus, de componendis ecclesiasticis sui regni rebus agere incepimus, praestantissimoque rege curis Nostris obsecundante conventionem tandem absolvimus, quam a dilecto filio Nostro s. Agathae ad Suburram S.R.E. diacono cardinali Consalvi Nobis a secretis status, ac dilecto filio comite de Blacas d' Aulps christianissimi regis apud Nos, et apostolicam Sedem oratore extraordinario, plena utrinque potestate munitis, subscriptam regia majestas sua ratam jam habuit. Uberrimam, quam ex hoc faustissimo eventu cepimus voluptatem vobiscum, venerabiles fratres, hodie partimur, quos in adversis et secundis casibus, moeroris, laetitiaeque Nostrae socios experti sumus. Ut vero conventionis hujus ratio vobis perspecta sit, ea vestris oculis subjicietur una cum Nostris literis apostolicis, quibus conventionem eamdem rite solemniterque confirmavimus. Alteras similiter apostolicas literas emittimus, quibus novi fines praescribuntur, quos habiturae posthac erunt Gallicanae dioeceses, quarum numerus insigniter, ut videbitis, adauctus est. Rebus hoc pacto meliorem in conditionem adductis, Galliarum ecclesiae ad convenientem sibi dignitatem, splendoremque revocantur. De quo laetissimo, gratissimoque successu Nos dubitare non sinit explorata christianissimi regis pietas, qui se catholicae religionis bono latius adhuc, et munificentius consulturum pollicitus quoque Nobis est.

Declaratio episcoporum, qui sedes abdicare debuerunt.

Multa quidem in tractando tam salutari negotio Nobis obstacula occurrerunt, quae studia Nostra praepedire, ac pene frustrari quandoque visa sunt. Haec tamen obstacula feliciter amota sunt; in primis autem ad rem expediendam valuerunt tum observantissimae quorumdam ex iis episcopis literae, qui cum petitioni Nostrae circa ecclesiarum quibus praeerant abdicationem assensi non fuissent, animi sui aegritudinem ob non mediocrem, quem ex eorum in hoc negotio agendi ratione dolorem suscepimus, Nobis manifestarunt; tum officiale scriptum, quo egregius vir comes de Blacas supramemoratus exponit regem suum sibi auctorem fuisse, ut Nobis ejus nomine declararet jusjurandum illud, quo constitutioni, regnique legibus obedientiam subditi pollicentur, nihil aliud spectare nisi ea quao ad civilem ordinem pertinent, eoque jurejurando nullatenus ad quidpiam obligari eos posse, quod Dei, Ecclesiaeque legibus adversetur. Hujusmodi etiam scriptum, et memoratas episcoporum li-

teras cum reliquis hujus rei monumentis vobis exhiberi mandavimus.

Creatio nonnullorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium.

Haec quae tanto Nobis solatio inter molestissimas pontificatus Nostri sollicitudines extiterunt, vobis, venerabiles fratres, nunciauda eraut. Ad augendam vero solemuem hujus diei laetitiam, eamque iusigni aliquo monumento consignandam, novo cardinalium numero vestrum augere ordinem constituimus.

Iuter eos, quos hac die cardinales creare Nobis proposuimus, primum locum obtinet venerabilis frater Alexander Angelicus de Talleyrand de Perigord archiepiscopus olim Rhemensis, quem ab ipso pontificatus Nostri exordio christianissimus rex ejus meritis permotus suis apud Nos officiis fuerat studiosissime prosequutus, et cujus rationem in consistorio diei 23. septembris elapsi anni habere non potuimus.

Conventionis autem cum rege christianissimo initae gratia, atque ut rem majestati suae acceptam faciamus, necnon grati, ac benevoli animi Nostri sensus nationi Gallicae testemur, quae, tot, ac tanta, cum illic diversaremur, Nobis obtulit amoris, obsequii, ac piae liberalitatis argumenta, duos praeterea cardinales creandos putavimus, videlicet.

Venerabiles fratres Caesarem Guillelmum de la Luzerne episcopum olim Lingonensem, et Aloisium Franciscum de Bausset episcopum olim Alesiensem, qui etiam pastoralis officii multa cum laude olim gesti meritis commendantur.

Ex iis autem cardinalibus, quos in consistorio secreto die 8. martii superioris anni babito in pectore reservavimus, nunc publicamus duos, qui diuturnis, et gravissimis muneribus cum laude perfuncti hoc honestari praemio meruerunt. Hi sunt

Franciscus Cesarei de Leonibus Romanae rotae decanus.

Antonius Lante camerae apostolicae decanus.

*Quid vobis videtur?*

Nomina eminentissimorum virorum ad cardinalatus honorem elatorum.

Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, ac Nostra declaramus S. R. E. presbyteros cardinales



Franciscum Cesarei de Leonibus s. rotae decanum.

Antonium Laute camerae apostolicae decanum.

*Insuper creamus S. R. E. presbyteros cardinales*

Alexandrum Angelicum de Talleyrand de Perigord archiepiscopum olim Rhemensem,

Caesarem Guillelmum de là Luzerne episcopum olim Liugonensem.

Aloisium Franciscum de Bausset episcopum olim Alesiensem.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis.

In Nomine Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

---

Conventio inter summum pontificem Pium VII. et christianissimum francorum regem Ludovicum XVIII.

In Nomine sanctissimae, et individuae Trinitatis.

Tenor conventionis initae inter sanctam Sedem, et regem christianissimum

Sanctitas Sua summus pontifex Pius septimus, et majestas sua rex christianissimus vehementi desiderio affecti, ut mala, quibus Ecclesia in Gallia a pluribus annis affligitur, finem penitus habeant, et religio ad pristinum in eo regno splendorem revocetur, cum feliciter restituto in avitum solium sancti Ludovici nepote, tandem liceat regimen ecclesiasticum ibidem aptius ordinare, solemnem propterea conventionem inire decreverunt, reservantes sibi catholicae religionis rationibus, collatis studiis, uberius deinde providere.

Nomina plenipotentiariorum.

Consequenter Sanctitas Sua summus pontifex Pius VII. iu suum plenipotentiarium nominavit eminentissimum dominum Herculem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem Consalvi diaconum sanctae Agathae ad Suburram, suum a secretis status.

Et majestas sua rex christianissimus excellentissimum dominum Petrum, Ludovicum, Joannem, Casimirum comitem de Blacas, marchionem d'Aulps, et des Rolands, patrem Franciae, magnum praepositum regio vestiario, suum apud summum pontificem, et apostolicam Sedem oratorem extraordinarium, et plenipotentiarium.

Qui post sibi mutuo tradita legitima, et authentica respectivae plenipotentiae instrumenta de sequentibus articulis convenerunt.

ARTICULUS I.

Restitutio concordatus initi cum rege Francorum.

Concordatum inter summum pontificem Leonem X. et Franciscum I. Francorum regem initum restituitur.

ARTICULUS II.

Cessatio concordatus initi die 15 julii 1801.

Consequenter ad articulum praecedentem concordatum diei 15. julii anni 1801. suum effectum habere desinit.

ARTICULUS III.

Abrogatio articulorum nuncupatorum « Organici

Articuli organici nuncupati, qui inscia Sanctitate Sua conditi, ac sine ullo ejus assensu die 8. aprilis anni 1802, una cum supradicto concordato diei 15. julii anni 1801. promulgati fuerunt, abrogantur in iis, quae adversantur doctrinae, et legibus Ecclesiae.

ARTICULUS IV.

Restitutio ecclesiarum suppressarum per literas diei 29 novembris 1801

Ecclesiae, quae in Galliarum regno per apostolicas Sanctitatis Suae literas diei 29. novembris anni 1801. suppressae fuerunt, denuo erigentur usque ad eum numerum, qui, utpote religionis bono magis proficuus, mutuo consensu praefinietur.

ARTICULUS V.

Conservatio aliarum ecclesiarum erectarum per easdem literas.

Cunctae archiepiscopales, et episcopales ecclesiae regni Galliarum per memoratas apostolicas literas diei 29. novembris anni 1801. erectae una cum earum titularibus actualibus conservantur.

ARTICULUS VI.

Declaratio super conciliatione praecedentium articulorum

Praescriptum praecedentis articuli circa conservationem earumdem titularium actualium in archiepiscopalibus, et episcopalibus eorum sedibus nunc existentibus in Galliis, impedimento non erit peculiaribus aliquibus exceptionibus, quae gravibus, legitimisque causis nitantur, neque officiet, quominus aliqui ex titularibus praedictis ad alias sedes transferri possint.

ARTICULUS VII.

De finibus dioecesum iterum ordinandis.

Dioeceses ecclesiarum, quae in praesens extant, itemque aliarum, quae erigendae sunt, exquisito prius ab actualibus episcopis, et capitulis sedium vacantium consensu, iis finibus circumscribentur, qui ad utiliorem ipsarum administrationem magis expedire dignoscantur.

ARTICULUS VIII.

De dotatione mensarum, capitulorum, et paroeciarum et seminariorum.

Conveniens dos cunctis tam existentibus, quam denuo erigendis ecclesiis in bonis stabilibus, ac in redditibus super regni debito fundatis, vulgo « Rentes sur l'etat» quamprimum fieri poterit, constituetur, assignato interim earum pastoribus redditu in ea quantitate, quae statum eorum meliorem reddat.

Pari ratione consuletur dotationi capitulorum, paroeciarum, et seminariorum tum existentium, tum erigendorum.

ARTICULUS IX.

Festinatio adhibenda in restitutione dioecesum.

Sanctitas Sua, et majestas sua christianissima agnoscunt mala omnia, quibus Galliarum ecclesiae affliguntur. Perspiciunt etiam, quam fructuosum religioni futurum sit, celeriter augeri numerum sedium actu existentium. Ne proinde tam magna utilitas diutius retardetur, Sanctitas Sua per apostolicas literas ad sedium erectionem, et novam circumscriptionem dioecesium supramemoratarum sine mora procedet.

ARTICULUS X.

De remotione impedimento-

Majestas Sua christianissima novum praebere volens sui in reli-

rum a rege catholico curanda.

gionem studii testimonium, omnia, quae in sua potestate sunt, collatis cum Sanctitate Sua consiliis, praestabit, ut mala, et impedimenta, quae religionis bono, et legum Ecclesiae executioni adversantur, quam citius fieri poterit, removeantur.

### ARTICULUS XI.

De unione abbatiarum Nullius dioecesis.

Antiquarum abbatiarum Nullius dioecesis territoria iis dioecesibus unientur, intra quarum fines in nova circumscriptione comprehensa reperientur.

### ARTICULUS XII.

Declaratio circa observantiam concordati anni 1789

Redintegratio concordati, quod in Gallia observatum fuit usque ad annum 1789. ( articulo primo hujus conventionis stipulata ) abbatiarum, prioratuum, et aliorum beneficiorum, quae tunc existebant, redintegrationem secum non feret. Beneficia tamen, quae in posterum fundari contingat, regulis in supradicto concordato praescriptis subjecta erunt.

### ARTICULUS XIII.

Ratificatio conventionis praestanda

Ratificationes praesentis conventionis mutuo tradentur unius mensis spatio, aut citius si fieri poterit.

### ARTICULUS XIV,

Confirmatio per bullam publicanda.

Statim ac praedictae ratificationes mutuo traditae fuerint, Sanctitas Sua per apostolicas literas praesentem conventionem confirmabit, ac deinde aliis apostolicis literis dioecesium fines circumscribet.

In quorum fidem praefati plenipotentiarii praesenti conventioni subscripserunt, illamque suo quisque sigillo obsignavit.

Actum Romae die undecima junii anni millesimi octingentesimi decimi septimi.

Hercules card. Consalvi
Blacas D'Aulps

## DCCXLV.

Dat. die 18 julii 1817 anno XVIII.

Conventio inita confirmatur

Pius episcopus
Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Confirmatio conventionis per bullam veluti ex pacto

§. 1. Ubi primum singulari omnipotentis Dei beneficio in Nostram Sedem reducti fuimus, e qua in altitudinem maris tempestas valida Nos detulerat, ad teterrimam illico malorum colluviem, quibus sacratissima Christi sponsa misere afflictabatur, animum Nostrum convertimus, susceptumque e reditu gaudium tristissima illorum consideratione turbari praesenaimus. Eo autem in loco constituti, quo non deplorare illa sufficiat, sed et emendare pro viribus debeamus, Nostras in id sollicitudines intente conjecimus, ut tam magnam a Dominico grege vastitatem propulsaremus, ac, quod commissi Nobis officii est, post tantam rerum conversionem corroborare adniteremur templum, ac consolari ruinas Israel.

Verum cum id per universam apostolicam Ecclesiam majori, qua possemus, animi contentione ex hac summi apostolatus specula praestare niteremur, Nostras tamen curas, et cogitationes in Galliarum regnum eum primis conferendas censuimus, ut ubi e temporum asperitate mala graviora erupere, ibi et apostolica sollicitudo cumulatius ad ea reparanda intenderetur. Id quippe singulari quodam jure a Nobis efflagitabant nedum tot illa mala, quibus Galliarum ecclesiae conflictatae fuerunt, sed et grata in universam nationem tam bene de Nobis meritam benevolentia. Jucunda siquidem recordatione repetebamus, qua celebritate, et frequentia, et quam devoto animorum sensu, alienissimo licet tempore ibidem excepti fueramus, adeo ut divino omnipotentis Dei consilio honori, qui Petro debetur, nee successoris indignitas obstaret, nec periculorum motus officeret.

In hoc autem opere conficiendo maxime Nobis adfuit carissimi in Christo filii Nostri Ludovici francorum regis christianissimi religio, et

pietas. Cum enim de tantis catholicae Ecclesiae vulneribus eo in regno inflictis utili curatione sanandis Nostra eidem studia aperuerimus, id summopere sibi in votis esse testatus est « Divina sic disponente protectione, quae non deserit Ecclesiam suam, ut *quod olim s. Leo Magnus Pulcheriae Augustae gratulabatur*(1) eodem opere, eadem mente, et tempore Spiritus Dei, et clementiae ipsios sollicitudinem, et curam nostri cordis accenderit, ut de remediis procurandis eadem utrique sa- peremus.

Ast vix gravissimo negotio manum admoveramus, insonuit iterum vox impetus rotae, et equi frementis, et gladii micantis (2), atque idcirco secedere iterum coacti fuimus ex hac pontificatus arce cum venerabilibus fratribus Nostris S.R.E. cardinalibus, ut novis Nos, quae impendebant, periculis, et in ecclesia administratione impedimentis subtraheremus, ac novo bellorum tumultu rebus omnibus in Italia, et Galliis in discrimen deductis, auspicatioria quaeque consilia vel ipso primordio obtruncata comploravimus. Verum faciente Deo pacem in sublimibus, illuxit cito desideratissima dies, qua Ecclesiae rebus per vastissimas illas Galliarum regiones, connitente christianissimo rege, potuimus opportune consulere. Probe enim intelligens ipse carissimus in Christo filius Noster Ludovicus rex, ea, quae Dei sunt, praecipuo quodam, ac peculiari studio ab se esse curanda, literis officii, devotionis, ac pietatis plenis Nos compellavit, ut ad Ecclesiae negotia in sua ditione componenda apostolica dispensatione properaremus.

Votis itaque pientissimi regis, quae et Nostra vota erant diuturna, et impensissima, perlubenter annuimus, omniaque illico, quae in eum finem spectabant, in deliberationem adduci, et coram selecta venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium congregatione mature perpendi curavimus. Ea tamen fuit negotiorum, quae componenda erant, complexio, et gravitas, ut nonnisi ex longa, operosaque consultatione, rem demum, eo juvante, qui pater est luminum, feliciter confecerimus per conventionem, quam in maximum animarum commodum, et in opportunum tot malorum remedium cessuram fore non ambigimus. Hujusce autem conventionis tenor est, qui sequitur, videlicet.

(1) *Ep. ad Pulcher. Aug.* xlix.
(2) *Nahum.* 3. 2.

---

Conventio inter summum pontificem Pium VII. et christianissimum francorum regem Ludovicum VII.

In Nomine Sanctissimae, et individuae Trinitatis

§. 2. Sanctitas Sua Summus pontifex Pius septimus, et majestas sua rex christianissimus vehementi desiderio affecti, ut mala, quibus ecclesia in Gallia a pluribus annis affligitur, finem penitus habeant, et religio ad pristinum in eo regno splendorem revocetur, cum feliciter restituto in avitum solium sancti Ludovici nepote, tandem liceat regimen ecclesiasticum ibidem aptius ordinare, solemnem propterea conventionem inire decreverunt, reservantes sibi catholicae religionis rationibus, collatis studiis, uberius deinde providere.

Eadem est conventio superius relata.

Consequenter Sanctitas Sua summus pontifex Pius VII. in suum plenipotentiarium nominavit eminentissimum dominum Herculem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem Consalvi diaconum sanctae Agathae ad Suburram, suum a secretis status

Et majestas sua rex christianissimus excellentissimum dominum Petrum, Ludovicum, Joannem, Casimirum comitem de Blacas, marchionem d' Aulps, et des Rolands, parem Franciae, magnum praepositum regio vestiario, suum apud summum pontificem, et apostolicam Sedem oratorem extraordinarium, et plenipotentiarium.

Qui post sibi mutuo tradita legitima, et authentica respectivae plenipotentiae instrumenta de sequentibus articuls convenerunt.

ARTICULUS I.

Concordatum inter summum pontificem Leonem X. et Franciscum I. francorum regem initum restituitur.

ARTICULUS II.

Consequenter ad articulum praecedentem concordatum diei xv. julii anni MDCCCI. suum effectum habere desinit.

ARTICULUS III.

Articuli organici nuncupati, qui inscia Sanctitate Sua conditi, ac sine ullo ejus assensu die viii. aprilis anni MDCCCII. una cum supradicto concordato diei xv. julii anni MDCCCI. promulgati fuerunt, abrogantur in iis, quae adversantur doctrinae, et legibus Ecclesiae.

ARTICULUS IV.

Ecclesiae, quae in Galliarum regno per apostolicas Sanctitatis Suae literas diei xxix. novembris anni MDCCCI. suppressae fuerunt, denuo erigentur usque ad eum numerum, qui, utpote religionis bono magis proficuus, mutuo consensu praefinietur.

ARTICULUS V.

Cunctae archiepiscopales, et episcopales ecclesiae regni Galliarum per memoratas apostolicas literas diei xxix. novembris anni MDCCCI. erectae una cum earum titularibus actualibus conservantur.

ARTICULUS VI.

Praescriptum praecedentis articuli circa conservationem eorumdem titularium actualium in archiepiscopalibus, et episcopalibus eorum sedibus nunc existentibus in Galliis, impedimento non erit peculiaribus aliquibus exceptionibus, quae gravibus, legitimisque causis nitantur, neque officiet, quominus aliqui ex titularibus praedictis ad alias sedes transferri possint.

ARTICULUS VII.

Dioeceses ecclesiarum, quae in praesens extant, itemque aliarum, quae erigendae sunt; exquisito prius ab actualibus episcopis, et capitulis sedium vacantium consensu, iis finibus circumscribentur, qui ad utiliorem ipsarum administrationem magis expedire dignoscantur.

ARTICULUS VIII.

Conveniens dos cunctis tam existentibus, quam denuo erigendis ecclesiis in bonis stabilibus, ac in redditibus super regni debito fundatis, vulgo « Rentes sur l' etat » quamprimum fieri poterit, constituetur, assignato interim earum pastoribus reddit in ea quantitate, quae statum eorum meliorem reddat.

Pari ratione consuletur dotationi capitulorum, paroeciarum, et semiuariorum tum existentium, tum erigendorum.

ARTICULUS IX.

Sanctitas Sua, et majestas sua christianissima agnoscunt mala omnia, quibus Galliarum ecclesiae affliguntur. Perspiciunt etiam, quam fructuosum religioni futurum sit, celeriter augeri numerum sedium actu existentium. Ne proinde tam magna utilitas diutius retardetur, Sanctitas Sua per apostolicas literas ad Sedium erectionem, et novam circumscriptionem dioecesium supramemoratarum sine mora procedet.

ARTICULUS X.

Majestas Sua christianissima novum praebere volens sui in religionem studii testimonium, omnia, quae in sua potestate sunt, collatis cum Sanctitate Sua consiliis, praestabit, ut mala, et impedimenta, quae religionis bono, et legum Ecclesiae executioni adversantur, quam citius fieri poterit, removeantur.

ARTICULUS XI.

Antiquarum abbatiarum Nullius dioecesis territoria iis dioece-

sibus unientur, intra quarum fines in nova circumscriptione comprehensa reperientur.

ARTICULUS XII.

Redintegratio concordati, quod in Gallia observatum fuit usque ad annum MDCCLXXXIX. (articulo primo hujus conventionis stipulata) abbatiarum, prioratuum, et aliorum beneficiorum, quae tunc existebant, redintegrationem secum non feret. Beneficia tamen, quae in posterum fundari contingat, regulis in supradicto concordato praescriptis subjecta erunt.

ARTICULUS XIII.

Ratificationes praesentis conventionis mutuo tradentur unius mensis spatio, aut citius si fieri poterit.

ARTICULUS XIV.

Statim ac praedictae ratificationes mutuo traditae fuerint, Sanctitas Sua per apostolicas literas praesentem conventionem confirmabit, ac deinde aliis apostolicis literis dioecesium fines circumscribet.

In quorum fidem praefati plenipotentiarii praesenti conventioni subscripserunt, illamque suo quisque sigillo obsignavit.

Actum Romae die undecima junii anni millesimi octingentesimi decimi septimi.

Hercules card. Consalvi
Blacas D' Aulps

*Confirmationis tenor*

§. 3. Cum itaque hujusmodi conventiones, pacta, et concordata in omnibus, et singulis punctis, clausulis, articulis, et conditionibus, cum a Nobis, tum a carissimo in Christo filio Nostro Ludovico rege christianissimo approbata, confirmata, et ratificata fuerint, cumque laudatus rex enixe a Nobis flagitaverit, ut pro firmiori eorum subsistentia robur apostolicae firmitatis adjiceremus, solemnioremque auctoritatem, et decretum interponeremus; Nos de praedictorum venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium consilio, et assensu, atque ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praeinsertas conventiones, capitula, pacta, et concordata tenore praesentium adprobamus, ratificamus, et acceptamus, illis apostolici muniminis, et firmitatis robur, et efficaciam adjungimus, omniaque in eis contenta, ac promissa sincere, et inviolabiliter ex Nostra, atque apostolicae Sedis parte adimpletum, et servatum iri, tam Nostro, quam Nostrorum successorum nomine promittimus, ac spondemus.

*Monitum ad episcopos, et archiepiscopos*

§. 4. Praeterea monemus, atque hortamur in Domino omnes, et singulos archiepiscopos, et episcopos sive actu existentes, sive juxta novam dioecesium circumscriptionem canonice instituendo, eorumque successores, ut praemissa in iis, quae ad eos spectant, accurate, ac diligenter servent, atque custodiant.

*Clausula sublata et decretum irritans.*

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, et obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, aut alio quorumque, quamvis magno, aut inexcogitato defectu notari, aut impugnari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et inviolabiliter observari debere, quousque conditiones, et pacta in tractatu expressa serventur.

*Derogatio contrariorum*

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in synodalibus, provincialibus, et universalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, praesertim de jure quaesito non tollendo,

ac conventione diei xv. julii anni MDCCCI. nec non quarumcumque ecclesiarum, capitulorum, aliorumque piorum locorum fundationibus, etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, ceterisque contrariis quibuscumque. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores pro expressis, et ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum dumtaxat specialiter, et expresse derogamus.

Fides habenda transumptis.

§. 7. Praeterea quia difficile foret praesentes literas ad singula, in quibus de eis fides facienda fuerit, loca deferri, eadem apostolica auctoritate decernimus, et mandamus, ut earum transumptis, etiam impressis, manu tamen publici notarii subscriptis, et sigillo alicujus personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, plena ubique fides adhibeatur, perinde ac si praesentes literae forent exhibitae, vel ostensae. Et insuper irritum quoque, et inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae concessionis, adprobationis, ratificationis, acceptationis, derogationis, statuti, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimoseptimo, decimo quarto kalendas augusti pontificatus Nostri anno decimo octavo.

## DCCXLVI.

Nova circumscriptio dioecesium regni Galliarum.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Commissa divinitus infirmitati Nostrae omnium ecclesiarum cura a Nobis efflagitat, ut ad Dominici gregis custodiam impigro vigilantes affectu, in ea semper apostolicae auctoritatis praesidium conferamus, quibus majorem divini nominis gloriam, et cumulatiora catholicae religionis incrementa noverimus comparari. Hoc sane consilio conventionem nuper inivimus cum carissimo in Christo filio Nostro Ludovico francorum rege christianissimo, quam Nostris decimoquarto kalendas augusti sub plumbo datis apostolicis literis pontificiae adprobationis robore firmavimus.

Declaratio literarum apostolicarum decimoquarto kalendas augusti praeteriti expeditas.

§. 2. In ea autem praeter cetera statuitur, ut archiepiscopalium, et episcopalium sedium numerus in universo Galliarum regno augeatur, novaque propterea fiat dioecesium circumscriptio. Quare ut communia Nostra, et pientissimi regis vota exoptatum cito nanciscantur effectum, statum illico dioecesium, quae in praesens extant, ac regionum, quibus eae continentur, magnitudinem, atque naturam, et demum incolarum frequentiam expendendas accurate suscepimus, ut ubi majorem videremus messem, quae prae sui multitudine, locorumve qualitate minus commode procuraretur, operarios adjiceremus, ac juxta propheticum verbum augeremus custodiam, levaremusque custodes (1). Universam itaque rei rationem, collatis cum eodem christianissimo rege consiliis, auditaque selecta venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium congregatione, mature, diligenterque perpendimus, datisque ad archiepiscopos, et episcopos, atque ad capitula ecclesiarum vacantium literis,

(1) *Jerem.* 51. 12.

Nostra ipsis studia significavimus, ut in propositam dioecesium divisionem animum lubentem praeberent.

Erectio novarum sedium

§.3. Quapropter rebus omnibus feliciter compositis, ad omnipotentis Dei gloriam, ad Deiparae virginis, quam illustris francorum natio praecipuo veneratur obsequio, aliorumque coelestium singularum dioecesium patronorum honorem, atque ad fidelium animarum bonum, de certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praeter archiepiscopales sedes, quae modo numerantur in Galliis, de novo constituimus, et erigimus alias septem metropolitanas ecclesias, nimirum Senonensem sub invocatione s. Stephani protomartyris; Remensem sub invocatione b. Mariae virginis; Albiensem sub invocatione s. Joannis Baptistae; Auxitanam sub invocatione b. Mariae virginis; Narbonensem sub invocatione sanctorum Justi, et Pastoris; Arelatensem sub invocatione sanctorum Trophimi, et Stephani; et Viennensem in Delphinatu sub invocatione s. Mauritii: itemque alias triginta quinque ecclesias episcopales, videlicet Carnutensem sub invocatione s. Stephani protomartyris; Blesensem sub invocatione s. Ludovici Franciae regis; Ligonensem sub invocatione s. Mamantis martyris; Cabillonensem sub invocatione s. Vincentii; s. Claudii sub invocatione s. Petri; Antissiodorensem sub invocatione s. Cyri; Molinensem sub invocatione b. Mariae virginis; Catalaunensem sub invocatione s. Stephani; Laudunensem sub invocatione b. Mariae virginis; Bellovacensem sub invocatione s. Petri; Noviodunensem sub invocatione b. Mariae virginis; Macloviensem sub invocationes. Vincentii; Aniciensem sub invocationes. Laurentii; Tutelenensem sub invocatione s. Martini; Ruthenensem sub invocatione b. Mariae virginis; Castrensem provinciae Albiensis sub invocatione s. Benedicti; Petrocoriensem sub invocatione sanctorum Stephani, et Frontii; Lucionensem sub invocatione b. Mariae virginis; Atutensem sub invocatione s. Joannis Baptistae; Tarbiensem sub invocatione beatae Mariae virginis de Sede nuncupatae; Nemausensem sub invocatione beatae Mariae virginis; Elnensem sub invocatione s. Joannis Baptistae; Biterrensem sub invocatione sanctorum Nazarii, et Celsi martyrum; Montis Albani sub invocatione b. Mariae virginis; Apamiensem sub invocatione s. Antonii, seu s. Antonini; Massiliensem sub invocatione b. Mariae virginis; Forojuliensem sub invocatione b. Mariae virginis, et s. Arnoldi; Vivariensem sub invocatione s. Vincentii; Virdunensem sub invocatione b. Mariae virginis; Bellicensem sub invocatione s. Joannis Baptistae; s. Deodati sub invocatione ejusdem sancti; Boloniensem sub invocatione b. Mariae virginis; et Aurajacensem sub invocatione b. Mariae virginis a Nazareth nuncupatae.

De sedibus Avenionensi, Cameracensi, et Ebrodunensi.

§. 4. Cumque Avenionensis, et Cameracensis ecclesiae, quae antiquitus metropolitico jure, et dignitate fulgebant, inter simplices cathedrales cooptatae fuerint per apostolicas literas incipientes « *Qui Christi Domini vices* » datas tertio kalendas decembris MDCCCI. easdem nunc in pristinum gradum, et honorem apostolica auctoritate Nostra plene restituimus, caeterisque archiepiscopalibus ecclesiis accensemus. Ac ne alterius pervetustae, et insignis metropolitanae sedis Ebrodunensis, quae praefatarum literarum vigore suppressa remanet, memoria penitus obliteretur, ipsius titulum archiepiscopali Aquensi adjungimus.

Distributio singularum dioecesium.

§. 5. Nostras autem sollicitudines in id impense intendentes, ut ex sedium mox erectarum accessione recta dioecesium circumscriptio habeatur, quae in utiliorem rei sacrae procurationem cedat, certisque distincta finibus omnes auferat de spiritualis jurisdictionis exercitio quaestiones, novam pro locorum, ac regionum statu opportune praefinitam metropolitanarum, et suffraganearum respective ecclesiarum in Galliis distributionem, ipsarumque divisionem per has literas de ejusdem apostolicae potestatis plenitudine decernimus, praescribimus, et constituimus juxta modum, qui sequitur, videlicet.

De metropolitana Parisiensi.

§.6. Metropolitana Parisiensis: provincia Sequanae. Ejusdem suffraganeae. Carnutensis: provincia Eburae et Liderici. Meldensis: provincia Sequanae, et Matronae. Aurelianensis: provincia Amnis Lidericini, seu Li-

gerulae. Blesensis: provincia Liderici et Cari. Versalliensis: provincia Sequanae et Oesiae.

De metropolitana Lugdunensi.

§. 7. Metropolitana Lugdunensis : provinciae Rhodani , Ligeris. Ejusdem suffraganeae. Augustodunensis : duo districtus , nimirum Augustodunensis , et Quadrigellarum in provincia Araris et Ligeris. Lingonensis : provincia Matronae superioris. Cabillonensis: tres districtus , scilicet Matisconensis , Cabillonensis , et Lovinciensis in provincia Araris et Ligeris. Divionensis : provincia Collis Aurei. Sancti Claudii: provincia Jurassi.

De metropolitana Rothomagensi.

§. 8. Metropolitana Rothomagensis: provincia Sequanae inferioris. Ejusdem suffraganeae. Bajocensis : provincia Rupis Calvadosiae. Ebroicensis: provincia Eburae. Sagiensis: provincia Olinae. Constantiensis provinciae Rothomagensis: provincia Oceani Britannici.

De metropolitana Senonensi.

§.9. Metropolitana Senonensis: duo districtus , nimirum Senonensis , et Joviniacensis in provincia Icaunae. Ejusdem suffraganeae. Trecensis: provincia Albulae. Antissiodorensis: tres districtus , scilicet Antissiodorensis, Aballonensis , et Tornodoriensis in provincia Icaunae. Nivernensis : provincia Amnis Niverni. Molinensis: provincia Elaveri.

De metropolitana Remensi

§.10. Metropolitana Remensis: provinciae Matronae, Arduennae Sylvae. Ejusdem suffraganeae. Suessionensis: duo districtus, nempe Suessionensis, et Castri Theodorici in Axonae provincia. Catalaunensis: quatuor districtus , nimirum Catalaunensis , Sparnacensis, Fani sanctae Menechildis, et Victoriaci Francici in provincia Matronae. Laudunensis : tres districtus , scilicet Lauduneusis, Verbiensis , et Fani s. Quintini in Axonae provincia. Bellovacensis : duo districtus , nempe Bellovacensis , et Silvanectensis in provincia Oesiae. Ambianensis: provincia Sominae. Noviodunensis: duo districtus, scilicet Compendiensis, et Claromonteusis in provincia Oesiae.

De metropolitana Turonensi.

§.11. Metropolitana Turonensis: provincia Ingeris et Ligeris. Ejusdem suffraganeae. Cenomanensis: provinciae Sactae, Meduanae. Andegavensis: provincia Meduanae et Ligeris. Rhedonensis : quatuor districtus , videlicet Rhedonensis , Rotonensis , Vitriacensis , et Monfortensis in provincia Ellae et Vicenoniae. Nannetensis: provincia Ligeris inferioris. Corisopitensis : provincia Finisterrae. Venetensis: provincia Sinus Morbihani. Briocensis: provincia Orarum septentrionalium. Macloviensis: duo districtus, videlicet Macloviensis, et Filiceriarum in provincia Ellae et Vicenoniae.

De metropolitana Bituricensi.

§.12. Metropolitana Bituricensis: provinciae Amnis Cari , Ingeris. Ejusdem suffraganeae. Claromontensis : provincia Montis Dumae. Lemovicensis: provinciae Vigennae superioris, Crosae. Aniciensis: provincia Ligeris superioris. Tutelensis: provincia Amnis Corresii. Sancti Flori: provincia Montis Cantalini.

De metropolitana Albiensi.

§.13. Metropolitana Albiensis: duo districtus , nimirum Albiensis , et Galliacensis in provincia Tarnis. Ejusdem suffraganeae. Ruthenensis: provincia Aveyronis. Castrensis provinciae Albiensis : duo districtus, scilicet Castri Albiensis, et Vauriensis in provincia Tarnis. Cadurcensis : provincia Oldi, alias Loti. Mimatensis: provincia Loxerani Montis.

De metropolitana Burdegalensi.

§.14. Metropolitana Burdegalensis: provincia Girumnae. Ejusdem suffraganeae. Agennensis: provincia Oldi et Garumnae. Engolismensis : provincia Carentoni. Pictaviensis: provinciae utriusque Separis , Vigennae. Petrocoricensis: provincia Dordoniae. Rupellensis: provincia inferioris Carentoni. Lucionensis: provincia Amnis Vendeani.

De metropolitana Auxitana

§.15. Metropolitana Auxitana : provincia Amnis Gersi. Ejusdem suffraganeae. Aturensis: provincia Agri Syrtici. Tarbiensis: provincia Pyrenaeorum superiorum Bajonensis : provincia Pyrenaeorum inferiorum.

De metropolitana Narbonensi.

§.16. Metropolitana Narbonensis: duo districtus , videlicet , Narbonensis , et Limosinus , ac tres circuli , nimirum Tuchensis, Montishumeti, et Gradissensis in provincia Ataxis. Ejusdem suffraganeae. Nemausensis: provincia Amnis Gardi. Carcassonensis: duo districtus, scilicet Carcassonensis , et Castelli Arianonum in provincia Ataxis. Montis Pessulani: duo districtus , nimirum Montis-Pessulani, et Lutevensis in provincia Araurae. Elnensis : provincia Pyrenaeorum Orientalium. Biterrensis : duo districtus , videlicet Biterrensis , et sancti

Pontii Tomeriarum in provincia Araurae.

De metropolitana Tolosana.

§.17. Metropolitana Tolosana: provincia Garumnae superioris. Ejusdem suffraganeae. Montis Albani: provincia Tarnis et Garumnae. Apamiensis: provincia Aurigenae.

De metropolitana Arelatensi.

§.18. Metropolitana Arelatensis: districtus Arelatensis in provincia Ostiorum Rhodani. Ejusdem suffraganeae. Massiliensis: districtus Massiliensis in provincia Ostiorum Rhodani. Adjacensis: provinciae Golonis, Liamonis.

De metropolitana Aquensi.

§.19. Metropolitana Aquensis, et Ebrodunensis in provincia provinciae: districtus Aquae Sextiae in provincia Ostiorum Rhodani. Ejusdem suffraganeae. Forojuliensis: provincia Vari. Diniensis: provincia Alpium inferiorum. Vapincensis: provincia Alpium superiorum.

De metropolitana Viennensi in Delphinatu.

§.20. Metropolitana Viennensis in Delphinatu: duo districtus, scilicet Viennensis, et Pini Turris in provincia Isarae. Ejusdem suffraganeae. Gratianopolitana: duo districtus, videlicet Gratianopolitanus, et sancti Marcellini in provincia Isarae. Vivariensis: provincia Ardeschae. Valentinensis: provincia Drumae.

De metropolitana Bisuntina.

§.21. Metropolitana Bisuntina: provinciae Dubis, Araris superioris. Ejusdem suffraganeae. Argentinensis: provinciae Rheni superioris, Rheni inferioris. Metensis: provincia Mosellae, comprehensis etiam communitatibus Rouchlingae, Liseingae, Hindelingae, Zettingae, et Didingae, quae ad dioecesim Trevirensem spectabant. Virdunensis: provincia Mosae. Bellicensis: provincia Idani. Sancti Deodati: provincia Vosagi saltus. Nancejensis: provincia Mortae.

De metropolitana Cameracensi.

§.22. Metropolitana Cameracensis: provincia Septentrionis. Ejusdem Suffraganeae. Atrebatensis: tres districtus, nimirum Atrebatensis, Bethuniarum, et sancti Pauli in Provincia Freti Gallici. Boloniensis: tres districtus, videlicet Boloniensis, Fani sancti Audomari, et Monasterioli in provincia Freti Gallici.

De metropolitana Avenionensi.

§.23. Metropolitana Avenionensis: duo districtus, scilicet Avenionensis, et Aptensis in provincia Fontis Vallis Clausae. Ejusdem suffraganea. Aurajacensis: duo districtus, nimirum Aurajacensis, et Carpentoractensis in provincia Fontis Vallis Clausae.

Dotatio mensarum constituta super redditibus status.

§ 24. Cum vero Galliarum ecclesiae in praeterita rerum conversione suo fuerint orbatae patrimonio, et ea, quae de peractis bonorum ecclesiasticorum alienationibus articulo XIII. conventionis anni MDCCCI. ex pacis studio decrevimus, suum jam effectum nacta sint, ac firma semper, suoque in robore perstare debeant; hic necessario ipsarum dotationi alia utili dispositione, consulentes, praefatarum archiepiscopalium, et episcopalium ecclesiarum dotem constituimus in bonis stabilibus, redditibusque super regni debito fundatis, vulgo *Rentes sur l' etat*, assignatis interim, quoad haec bona, et redditus haberi possint, aliis redditibus, qui sacrorum antistitum statum meliorem reddant, quemadmodum in articulo VIII. conventionis nuper initae cautum est.

Dotatio capitulorum, paroeciarum, et seminariorum.

§.25. Praeterea cum in qualibet metropolitana, in cathedrali ecclesia capitulum, et seminarium juxta Tridentini concilii decreta extare oporteat, cumque nondum praefinito dignitatum, et canonicorum numero ad formam capitulorum actu in Galliis existentium, nequeamus illico ad hujusmodi erectionem devenire; idcirco archiepiscopis, et episcopis sedium mox erectarum, committimus, et mandamus, ut quanto citius fieri possit eadem capitula, et seminaria rite constituant, quorum dotationi per articulum VIII. praefatae conventionis consultum est. Ut felici eorumdem capitulorum statui, ac regimini prospiciant, peculiaria a singulis canonicorum collegiis statuta decerni curent, sibique postea sancienda, ac probanda proponi, quibus cum primis de recto divini cultus servitio, de sacris officiis ordinandis, de propriis muneribus rite obeundis, opportuna praecepta ad legum ecclesiasticarum, atque ad synodalium decretorum praestituta imponantur. Curent praeterea, ut in unoquoque capitulo duo adsint canonici, quorum alter poenitentiarii, alter theologi officio fungatur. Volumus autem, ut cum primum capitulorum erectionem perfecerint, erectionis hujusmodi documentum, designato dignitatum, et canonicorum numero, ad Nos mittant.

De disciplina in seminariis servanda.

§.26 Sua pariter studia ad seminaria convertant, quibus adolescentes cleriri ad ecclesiae disciplinam informentur, eaque utilibus legibus communiant, quas ad sanam praesertim doctrinam hauriendam, retinendamque, atque ad pietatem, morumque probitatem fovendam magis in Domino expedire censuerint, ut quae ibidem novellae plantatinnes in spem ecclesiarum aluntur, succrescant feliciter, uberrimos, Deo juvante, fructus allaturae.

Praefinitio jurisdictionis ordinariorum.

§.27. Porro civitates praedictas in archiepiscopales, et episcopales tenore praesentium erectas, itemque memoratas provincias, seu districtus singulis ecclesiis pro dioecesi attributos, eorumdemque incolas utriusque sexus tam laicos, quam clericos, et presbyteros, praefatis ecclesiis, earumque futuris praesulibus pro suis civitate, territorio, dioecesi, clero, et populo perpetuo assignamus, et respective in spiritualibus subjicimus. Quocirca personis ad easdem arrhiepiscopales, et episcopales ecclesias regendas, tam pro hac prima vice, quam aliis futuris temporibus apostolica auctoritate praeficiendis liceat, quemadmodum iisdem praecipimus, et mandamus, per se ipsis, vel per alios earum nomine, veram, realem, actualem, et corporalem possessionem regiminis, administrationis, et omnimodi juris dioecesani in praedictis civitatibus, et earum ecclesiis, et dioecesibus, ac bonis, aliisque redditibus ad ipsarum dotationem assignatis, vel assignandis, vigore literarum apostolicarum canonicae institutionis, libere apprehendere, apprehensamque perpetuo retinere. Quod quidem relatae ad bona, ac redditus cautum volumus etiam favore sedium archiepiscopalium, et episcopalium in praesens extantium.

Conservatio temporanea praesentium ordinariorum.

§.28. Praeterea cum post hanc dioecesium circumscriptionem aliquod temporis spatium necessario intercedere debeat, antequam acta pro canonica nominatorum institutione praemittantur, novique antistites ad suas sedes accedant, volumus idcirco, ac declaramus, spirituale locorum iisdem dioecesibus attributorum regimen, per id tempus eodem statu, ac sub iisdem ordinariis, uti in praesens est, perseverare, donec novi antistites possessionem suarum ecclesiarum rite susceperint.

Reservatio jurium sanctae Sedis super dioecesibus Avenionensi, et Venusina.

§ 29. In derernenda tamen nova dioecesium circumscriptione, quae Avenionensem quoque ducatum, et comitatum Venusinum complectitur, nullum inferri praejudicium voluimus testatissimis apostolicae Sedis juribus super eas regiones, quemadmodum alias, praesertim Vindobonae apud faederatorum principum comitia, et in consistorio habito die iv. septembris MDCCCXV. protestati fuimus; illudque a christianissimi regis religione Nobis pollicemur, ut eaedem regiones vel apostolorum principis patrimonio reddantur, vel aequa saltem pro eis compensatio tribuatur, sicque majestas sua id perficiat quod gloriosissimus ipsius frater decessori Nostro felicis recordationis Pio VI. spoponderat, quodque, injustissima morte abreptus praestare nequivit.

Bona quae a nova dioecesium distributione expectanda sint.

§.30 In tanto equidem opere ad Dei gloriam, animarumque salutem perficiendo id potissimum a misericordiarum patre expetimus, et Deipara virgine, ac sanctis Dionysio, et Ludovico, ceterisque caelitibus adprecantibus, quos Galliarum regnum statores, propugnatoresque suos veneratur, assequi certo confidimus, ut aucto sedium episcopalium numero, et majori adscita antistitum copia, uberius impleatur ministerium verbi, doceantur indocti, et quae perierant, oves in pastoris sinum revocentur. Fiet sane hoc pacto, ut summum ex hac dioecesium nova circumscriptione fructum Nos cepisse laetemur; ut nimirum grassantibus erroribus profligatis, re sacra ordinata, aucto divini cultus splendore, catholica religio in amplissimo regno in dies magis floreat, unaque sit, quod Nostra, et christianissimi regis vota, studia, ac consilia efflagitant, fides mentium, una pietas actionum.

Clausulae salutares et irritantes.

§.31. Praesentes autem literas, et in eis contenta, et statuta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet in praemissis, seu in eorum aliquo jus aut interesse habentes, vel habere praetendentes etiam quomodolibet in futurum, cujusvis status, ordinis, praeeminentiae, et dignitatis sint, etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni, illis non consenserint, seu quod aliqui ex ip-

sis ad praemissa minime vocati, vel etiam nullimode, aut non satis, vel sufficienter auditi fuerint, aut ex alia qualibet, etiam laesionis, vel alia juridica, et privilegiata, ac privilegiatissima causa, colore, praetextu, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu, quantumvis magno, inexcogitato, et substantiali, sive etiam ex eo quod in praemissis solemnitates, et quaecumque alia forsan servanda, et adimplenda minime servata, et adimpleta, seu causae, propter quas praesentes emanaverint, non satis adductae, verificatae, et justificatae fuerint, aut ex quibuslibet aliis causis, vel praetextibus notari, impugnari, aut alias infringi, suspendi, restringi, limitari, aut in controversiam vocari, seu adversus eas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut justitiae remedium impetrari, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus generalibus, vel specialibus quomodolibet, ac quibusvis de causis pro tempore factis minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse, et fore, et tamquam ex pontificiae providentiae officio, deque apostolicae potestatis plenitudine factas, et emanatas omnimoda firmitate perpetuo validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum perpetuo, et inviolabiliter observari, ac earumdem ecclesiarum sic, ut praefertur, noviter erectarum, episcopis, capitulis, et canonicis aliisque, quorum favorem praesentes Nostrae literae concernunt, perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere, eosdem super praemissis omnibus, et singulis, vel illorum causa ab aliquibus quavis auctoritate quomodolibet molestari, perturbari, inquietari, vel impediri posse, neque ad probationem, seu verificationem quorumcumque in eisdem praesentibus Nostris literis narratorum nullatenus unquam teneri, nec ad id in judicio, vel extra cogi, seu compelli posse, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et prorsus inane esse, et fore, pari apostolica auctoritate volumus, atque decernimus.

§.32. Non obstantibus de jure quaesito non tollendo, aliisque nostris, et cancellariae apostolicae regulis, ac supramemoratis apostolicis literis « *Qui Christi Domini vices* » necnon metropolitanarum ecclesiarum, a quarum subjectione aliquae suffraganeae subtractae sunt, ac tam archiepiscopalium ecclesiarum actu existentium a quibus certae territorii partes ad novas dioeceses constituendas sejunguntur, statutis, consuetudinibus, privilegiis, et indultis, etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, et formis, specialis, specifica, et individua mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro expressis habentes, ad praemissorum omnium, et singulorum dumtaxat effectum illis alias, in iis, quae praesentibus non adversantur, in suo robore permansuris, latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse de apostolicae potestatis plenitudine derogamus, et derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque. Derogatio contrariorum.

§.33. Volumus etiam, ut ipsarum praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personae in ecclesiastica dignitate constitutae, munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Fides habenda transumptis.

§.34. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum erectionis, constitutionis, adjectionis, dismembrationis, distributionis, divisionis, assignationis, subjectionis, dotationis, commissionis, mandati, decreti, declarationis, voluntatis, Sanctio poenalis.

et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo septimo, sexto kalendas augusti, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

---

DCCXLVII.

Literae apostolicae in forma brevis ad archiepiscopos, et capitula ecclesiarum vacantium super dismembratione dioecesium.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, ac dilectis filiis capitulis, et canonicis ecclesiarum vacantium regni Galliarum.

Pius PP. VII.

Venerabiles fratres, ac dilecti filii

Salutem, et apostolicam benedictionem

Vineam, quam plantavit Dominus in florentissimo Galliarum regno respicientes, post tot, tantaque asperrimorum temporum discrimina, nihil sane ad utiliorem ipsius procurationem certius conducere agnovimus, quam multiplicare operarios, qui in ipsa collaborent. Id carissimus etiam in Christo filius Noster Ludovicus rex christianissimus probe animadvertit, cupiensque suffulcire domum, quam venti vehementes concusserunt, sua Nobis vota significavit, ut novis dioecesium limitibus praefinitis, episcopatuum numerus in primis augeretur, cognoscens, quantopere ad ceteras omnes Ecclesiae res in amplissimo regno feliciter deinde componendas id mirifice expediat.

Non est equidem, venerabiles fratres, ac dilecti filii, cur multo vobis sermone explicemus, quo gaudio, et quam incenso studio animum appulerimus, ut pia haec vota religiosissimi regis apostolica auctoritate Nostra complerentur. Non enim ad mobilitatem humanarum rerum, ut inquiebat s. Innocentius I, de ecclesia hoc pacto commutanda cogitavimus, sed quod jamdiu optabamus, et pro temporum ratione assequi numquam potuimus, prospere nunc, ac feliciter, Deo juvante, confici posse gratulamur.

Cum itaque servatis sedibus archiepiscopalibus, et episcopalibus, quae in praesens exstant, alias plures ex iis, quae ante annum MDCCCI. numerabantur, denuo erigere decreverimus, nova proinde dioecesium divisio peragenda erit, quam iis finibus designare statuimus, qui in majus Dominici gregis commodum redundent.

Nostis profecto vestra experientia, quam magnae id utilitatis ad rectam dioecesium administrationem futurum sit, ideoque minime dubitamus, quin in propositam dioecesium divisionem labentem animum praebeatis. Hoc a vobis singulis Nostris hisce literis animo fidenti requirimus, siquidem de animarum lucro res est, venerabiles fratres, ac dilecti filii, cui nullum nimium potest esse dispendium, quando eas Servator Noster sanguinis sui pretio redemit. Haud ergo pigeat Nostris hisce curis, optimisque christianissimi regis consiliis cleri responso obsecundare, ne quae pie, salubriterque disponenda sunt, ulla contentione turbentur, neve ulla parentur obstacula in iis exequendis, quae a Nobis postulat sollicitudo, quam ecclesiae universae ex divina institutione dependimus. Omne interim donum perfectum a largitore cunctorum bonorum vobis adprecantes, apostolicam benedictionem paternae Nostra benevolentiae testem peramanter impertimur.

Datum in Arce Gandulphi Albanensis dioecesis die xii. junii MDCCCXVII. pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Epistolae ad sanctissimum Dominum Nostrum datae per antiquos Galliarum praesules, de quibus in allocutione facta est mentio.

Beatissime Pater

Nuper ex parte regis Christianissimi nobis significatum est, diem properare, qua finem habenda sint ipsum inter, et Sanctitatem Vestram colloquia, quorum exitus erit pax ecclesiae Gallicanae feliciter restituta (1). Verum integra nondum foret concepta jam de tam fausto nuncio laetitia nostra, si adhuc pertimescendum haberemus, ne paterna viscera vestra quodam aegritudinis sensu laborarent, ex eo quod in luctuosis nimium, nec non Sanctitati Vestrae molestissimis, prout ipsa testabatur (2), rerum tempestatibus, (sed ab iis, in quibus nunc versamur, valde dissimilibus) Sanctitatis Vestrae votis non respondérimus.

Etsi nobis persuasum sit, beatissime Pater, e memoria Sanctitatis Vestrae jam dudum evanuisse obliviscendas illas conflictationes, dolo resque sustentatos, de quibus et vos, et nos quoque consolari, tanto tamque inexpectato favore dignata divina providentia est, nihilominus pro nostris erga praecelsam beati Petri cathedram honore, et obsequio, pro nostra in Sanctitatem Vestram huic almae Sedi, Deo optimo providente, tam gloriose insidentem, veneratione, ac pietate, pro nostro demum studio in Gallicanam ecclesiam, de cujus decore nos semper juvat esse sollicitos, undequaque nobis incumbit et cura, et debitum nubila discutiendi, qua circa genuinam nostram sentiendi rationem in animo Sanctitatis Vestrae suboriri potuisse doleremus.

Absit, beatissime Pater, ut a sancta Sede apostolica ausu nefando discedere; absit, ut summorum pontificum autoritatem, et sacra jura quadantenus infringere praetenderimus: absque gravi injuria nobis adscribi non posset infanda haec doctrina, scilicet quaecumque de causa, quibuscumque circumstantiis, licitum unquam fuisse, aut esse, Sacrosanctae Romanae Ecclesiae sinu, et communione recedere. Nos sicut et antecessores nostri, semper religioni duximus, ipsam profiteri, et colere, ut ecclesiarum omnium parentem, matrem, ac registram (1), quam propter potiorem principalitatem necesse est, eos, qui sunt undique fideles (2).

Porro ut omnino tollatur, si quid hac de re dubii esse possit, praefatam declarationem, ac tam sacris dogmatibus adhaesionem solemniter, et ex animo renovamus. Hanc ante pedes Sanctitatis Vestrae, et ad imum cathedrae suae deponimus, significantes insuper, quod nedum unquam moras inferamus, quominus plenum effectum habeat, quidquid una cum regia majestate statuendum duxeritis ad arcenda ea, quae religionis bono, nec non ecclesiasticarum legum executioni in Gallia obstare videantur, nos quinimo promptos, et paratos fore, si necessitas incumbat, in mare procellosum mitti, fluctibus obrui, ut stet mare a fervore suo (3).

Quapropter Sanctitatem Vestram enixe rogamus, quatenus, quae retro sunt, obliviscens (4), et ea, quae, nobis minime volentibus, cor paternum maestitia affecere, pia benevolentia quasi velo obtegeos, filialis observantiae, devotionis, et obedientiae Nostrae testificationem hanc, nec non et studii nostri ad obsecundanda ipsius erga nostram ecclesiam proposita benigne audire non dedignetur.

Sint protestationes istae, sint reverentiae nostrae pignora talia, quae digna videantur Sanctitate Vestra, quae quidem propter honoris, ac jurisdictionis primatum, quo episcopatui universo supereminet, tam adhuc in ipsum imperio virtutum

(1) *Discours du roi à l'ouverture des chambres.*
(2) *Breve. Tam multa.*

(1) *Hincmar. De divort. Lothar et Tauthber.*
(2) *S. Iraen advers. haeret. l. 3. c. 3*
(3) *Jon. 1. 3.*
(4) *Philipp. 3. 13.*
(5) *Bossuet disc. sur l'unité de l'eglise.*

praeest ? « Digna sint avis nostris, « digna nepotibus, ut verbis utamur unius e praeclarissimis inter « nostrates totius cleri Gallicani nomine (5): digna demum, quae inter « actus ecclesiae authenticos annumerentur, quaeque in immortalia « volumina non tantum praesentis « aevi, sed rerum, quae pertinent « ad futura saecula, et ad perpetuas aeternitates honorifice recondantur.

Sanctitatis Vestrae pedibus provolutus apostolicam benedictionem suppliciter, ac nominatim imploro.

Beatissime Pater

Sanctitatis Vestrae

Parisiis die 8. novembris 1816.

Humillimus, obsequentissimus, et devotissimus filius, ac servus

Eodem exemplo

✠ Alex. Ang. olim arch. dux Remensis

✠ A. L. H. olim episcopus Nancejensis

✠ Joannes Ludovicus d' Usson-de-Bonnac olim episcopus Aginnensis

✠ J. B. Duchilleau olim episcopus Cabillonensis

✠ Joannes Carolus Decoucy olim episcopus Rupellensis

Stephanus Joannes Baptista Ludovicus de Galois de la Tour olim episcopus nominatus Molinensis.



Declaratio ab oratore extraordinario christianissimi regis emissa

Sa majesté très chrétienne ayant appris avec une peine extrême, que quelques articles de la charte constitutionelle, qu'elle a donnée à ses peuples ont paru à Sa Sainteté contraires aux lois de l'Eglise, et aux sentimens religieux, qu'elle n' a jamais cessé de professer; penetrée du regrèt, que lui fait éprouver une telle interprétation, et voulant lever toute difficulté à cet égard, a chargé le soussigné d' expliquer ses intentions à Sa Sainteté, et de lui protester, en son nom, avec les sentimens, qui appartiennent au fils Ainé de l'Eglise, qu'après avoir déclarè la religion catholique, apostolique, et Romaine, la religion de l'etat, elle a du assurer à tous ceux de ses sujets, qui professent les autres cultes, qu'elle a trouvés établis en France, le libre exercice de leur religion, et le leur a, en consequence, garanti par la charte, et par le serment, que Sa Majesté y a preté. Mais ce serment ne sauroit porter aucune atteinte ni aux dogmes, ni aux lois de l' Eglise, le soussigné étant autorisé à declarer, qu' il n' est relatif, qu' à ce, qui concerne l'ordre civil. Tel est l'engagement, que le roi a pris, et qu' il doit maintenir. Tel est celui, que contractent ses sujets en prétant serment d' obéissance à la charte, et aux lois du royaume, sans que jamais ils puissent être obligés, par cet acte, à rien, qui soit contraire aux lois de Dieu, et de l'Eglise.

Le soussigné, en adressant la présente déclaration à son eminence le cardinal secrétaire d'etat, conformement aux ordres, qu' il a reçu du roi son maître, a l'honneur de le prier de vouloir bien la mettre sous les yeux du saint Père. Il ose espérer, qu' elle aura pour effet de dissiper entierement toute autre interprétation, et par là de cooperer au succès des vues salutaires de Sa Sainteté, en affermissant le repos de l'eglise de France

Le soussigné a l'honneur de renouveller à son eminence le cardinal secrétaire d' etat l'assurance de sa très haute consideration.

Rome ce 13 juillet 1817.

Blacas d'Aulps

Dat. die 29 julii 1817 anno XVIII.

## DCCXLVIII.

Facultas concessa quatuor episcopis Gallicanis loco nuntii apostolici efformandi processus super idoneitate promovendorum ad ecclesias episcopales.

1 Venerabili fratri Francisco archiepiscopo olim Albiensi

2 Venerabili fratri Gabrieli episcopo olim Maeloviensi

3 Venerabili fratri Annae Ludovico Henrico episcopo olim Nancejensi

4 Venerabili fratri Joanni Baptistae episcopo Amyclensi

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Procemium. §. 1. Ubi primum conventionem cum charissimo in Christo filio Nostro Ludovico Francorum rege christianissimo Deo juvante feliciter conciliavimus, novam illico per Nostras apostolicas literas dioecesium circumscriptionem decrevimus, ex qua haud mediocris archiepiscopalium, et episcopalium sedium numerus in maximum religionis bonum augetur in Galliis. Probe equidem sentimus, quantopere intersit pastores ad eas regendas celeriter designari, quo uberes exinde, atque expetiti fructus habeantur.

Ratio concessionis. §. 2. Verum cum processus idcirco juxta Tridentini concilii decreta, et apostolicas constitutiones conficiendi sint de promovendorum qualitatibus, ac de ecclesiarum statu, neque adsit in praesens Noster, et apostolicae Sedis nuncius, qui eosdem instruat, Nos ne tantam fidelis populi utilitatem diutius retardari patiamur, te, venerabilis frater, nec non vos venerabiles pariter fratres, quos pietate, prudentia, ac doctrina novimus commendari, eligendos censuimus, quibus id muneris imponamus.

Tenor concessionis. §. 3. Nostris itaque hisce apostolicis literis necessarias, et opportunas facultates tibi attribuimus ad memoratos processus rite ac legittime ordinandos juxta modum in instructione, quam idcirco mittimus, accurate praefinitum. Tibi proinde potestatem facimus idoneos viros ecclesiasticos advocandi, qui in hunc finem tanquam apostolici notarii tibi praesto sint. Cum autem pro processu aliquo fortasse testes desint, qui coram te comparere possint, atque eorum examina in provinciis peragi oporteat, id etiam tribuimus, ut personas in dignitate ecclesiastica constitutas praeficias, quae in locis ubi opus sit tua vice fungantur, ac ne dum testium, quos audierint, depositiones, sed et professionem fidei a promovendis excipiant, omniaque actorum instrumenta ad te remittant.

Monitum ad episcopos. §. 4. Illud Nos, venerabilis frater, in hoc opere, quod in tot ecclesiarum commodum cedere ipsi perspici, a tua, aliorumque fratrum praedictorum sedulitate, ac religione praestolamur, ut expectationi Nostrae cumulate respondeatis: quod ut omnipotentis Dei auxilio prospere succedat, apostolicam benedictionem, Nostrae benevolentiae testem, tibi peramanter impertimur. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesimanona julii millesimo octigentesimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.



Dat. die 29 julii 1817 anno XVIII.

DCCIL.

Declaratio literae apostolicae alias expeditae favore familiae Sinigardi Firmanae dioecesis super comprehensione juris decimandi in legato pio ejusdem familiae.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Expositum Nobis nuper fuit nomine dilecti filii Thomae Butta Sinigardi patritii, ut asseritur, Firmanae civitatis, vel dioecesis quod attentis peculiaribus causis, et rationibus Nobis alias a bo: me: Vincentio ejus genitore dum viveret expositis per alias Nostras in simili forma brevis die duodecima septembris elapsi anni millesimi octingentesimi sexti expeditas literas quarum tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso haberi volumus, uberius dicitur contineri, certis modo, et forma in illis expressis, quoddam beneficium simplex sub invocatione sancti Michaelis Archangeli in metropolitana ecclesia Firmana erectum de asserto jurepatronatus suae familiae in legatum pium immutatum fuerit, concessa eidem Vincentio, ejusque descendentibus in infinitum facultate illud in administrationem retinendi quocumque in statu, nec non percipiendi quoscumque illius fructus, satisfactis respectivis oneribus; ast inprevisa cum exorta sit quaestio, an jus decimandi nuncupatum, quod inter redditus, sive fructus dicti beneficii continetur, concessum etiam sit in praecitato Nostro indulto, ad tollendas propterea omnes dubitationes, declarationem circa expositum a Nobis expostulat.

Tenor declarationis.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, jus decimandi praedictum, quatenus illud ante praecitatam Nostrarum literarum expeditionem inter redditus beneficii memorati locum habuerit in administrationem una cum aliis bonis ejusdem modo, et forma in praedictis Nostris literis expressis concessum esse auctoritate apostolica tenore praesentium declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quae in praedictis literis concessa sunt. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesimanona julii millesimo octingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimooctavo.

---

Dat. die 29. julii 1817 anno XVIII.

DCCL.

Facultas capitulo, et canonicis commendae conventualis, sive collegialis ss. Augustini, et Norberti Fanensis ordinis sancti Joannis Hierosolymitani utendi mozzeta nigri coloris subsutam cremisino serico cum globulis, et asulis similibus.

Dilecto filio magistro Castruccio Francisco Castracane Antelminelli nuncupato protonotario apostolico de numero participantium, utriusque signaturae Nostrae referendario, ac praeceptoriae conventualis, seu collegialis sanctorum Augustini, et Norberti hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani in territorio Fanensi erectae commendatario.

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam benedictionem

Praecedens concessio eidem canonicis facta memoratur.

§. 1. Cum alias fel. rec. Pius pp. VI. praedecessor Noster piis tuis, et majorum tuorum votis annuens non solum quamdam commendam, seu praeceptoriam conventualem, vel collegialem sub invocatione sanctorum Augustini, et Norberti hospitalis sancti Joannis Hieroso-

lymitani in territorio Fanensi erectam, ac ad liberum tuum patronatum, prout asseritur, pertinentem, approbare, verum etiam nullis honoribus, ac praerogativis condecorare voluerit, prout in aliis apostolicis in simili forma brevis expeditis literis perhibetur uberius contineri, Nos ejus vestigia sectantes, ac tuum religionis zelum, pietatem, aliarumque virtutum merita in Domino commendantes, ecclesiae conventualis praedictae, per alias Nostras in simili forma brevis die xii. junii MDCCCI, et die xxiv. martii MDCCVII expeditas pariter literas, ampliori ornamento consuluimus, pontificalium perpetuum usum praecipue illi concedendo iisdem modo, et forma, quibus praeceptoribus cujusdam ecclesiae conventualis Insulae Viridis Argentinen. dicti ordinis alias fuerat concessus a san. mem. Clemente pp. VIII. praedecessore pariter Nostro.

Expositio novarum precum.

§. 2. Expositum siquidem Nobis nuper tuo nomine fuit, quod tu, qui commendatarius praeceptoriae praedictae ad praesens existis, majori flagrans desiderio novis honoribus commendam praedictam coruscare, omnes personas illius capitulum componentes, videlicet priorem, decanum, et custodem fratres obedientiae expresse professos, ac quatuor presbyteros capitulares canonicos nuncupatos, qui regulari professioni minime tenentur, necnon quatuor supranumerarios, seu supplentes in presbyteratus ordine constitutos, exteriori aliquo signo, seu ornamento condecorari summopere desideras, enixisque precibus a Nobis efflagitas.

Tenor concessionis

§. 3. Nos igitur te, ac singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent, specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum, praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus priori, decano, custodi, ac quatuor presbyteris capitularibus canonicis nuncupatis, nec non quatuor supranumerariis, seu supplentibus presbyteris memoratae commendae, seu praeceptoriae ss. Augustini, et Norberti in territorio Fanensi erectae, ut ipsi mozzetam cum caputio nigri coloris subsutam cremisino serico cum globulis, et asulis similibus supra rocchetum in propria ecclesia, ac intra limites dictae commendae in functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare libere, ac licite possint, ac valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quoquam quavis auctoritate impediri, molestari, perturbari nullatenus posse decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictae commendae, seu praeceptoriae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, ac ordinationibus capitularibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona julii millesimo octingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 24 augusti 1817 anno XVIII.

DCCLI.

Confirmatio conventionis initae a rege Sardiniae super abrogatione jurium feudalium, et jurisdictionalium ecclesiae episcopalis Novariensis

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Ecclesiarum jura tueri, eademque, ubi temporum ratio postulaverit, adhibita canonum temperatione commutare Romanos decet pontifices, qui ex tradita sibi divinitus gregis Dominici custodia illo etiam onere adstringuntur, ut quae in Ecclesiae commodum sint cessura, sollicito adnitantur studio comparare.

Expositio precum.

§. 2. Hac Nos pontificiae benignitatis dispositione preces excepimus nomine carissimi in Christo filii Nostri Victorii Emmanuelis Sardiniae regis illustris, atque Sabaudiae, Montis ferrati, ac Genuae ducis, et Pedemontii principis a dilecto filio comite Josepho Barbaroux extraordinaria ipsius apud Nos et sanctam Sedem missione honorato Nobis adlatas, quibus apostolicae approbationis robur adjicere deposcebamur conventioni super quorumdam abrogatorum jurium feudalium et jurisdictionalium episcopali ecclesiae Navariensi in vim instrumenti die decima quinta junii anni Domini millesimi septingentesimi sexagesimi septimi solemniter confecti, et ab apostolica Sede confirmati antea spectantium compensatione inter dilectum filium Augustinum Zucchi archidiaconum, et vicarium capitularem ipsius vacantis Novariensis ecclesiae per Nos ad hunc actum expresse habilitatum, et dilectos filios nobiles viros Carolum Josephum Cerruti, et Guillelmum Borgarelli praelaudati Victorii Emanuelis regis plenipotentiarios specialiter adlectos nuper initae, ac die decima octava mensis julii proxime praeteriti ab iisdem subscriptae, cujus summa tribus continetur articulis prout sequitur »

ARTICULUS PRIMUS

Tenor conventionis.

§. 3. Che il signor vicario generale capitolare predetto abilitato ad un tal effetto come sopra rinunzi in nome della chiesa vescovile di Novara all'esercizio, ed agli emolumenti di tutti, e singoli diritti feudali, e giurisdizionali compresi quelli de' forni, e molini, che spettavano alla medesima a termini della convenzione de' quindici giugno mille settecento sessantasette nella riviera di s. Giulio ed Orta, Gozzano e Pieve nel territorio di Sorriso, e nel feudo di Vespolate riservati per altro ai vescovi il castello, e palazzo di s. Giulio, o quello di Gozzano cogli altri beni stabili, che continueranno ad appartenere alla detta chiesa in franco allodio

ARTICULUS SECUNDUS

Che in correspettivo di detti dritti, e degli emolumenti di essi, non meno che in compenso delle dimesse onorificenze e prerogative sua maestà assegni in perpetuo, ed in nuovo accrescimento delle rendite della mensa vescovile di Novara un altra annualità di scudi ottocento romani da aggiungersi a quella di simile somma, e da pagarsi nello stesso modo, e colle stesse condizioni portate dalla sudetta convenzione.

ARTICULUS TERTIUS

Che li vescovi di Novara oltre di continuare a godere il titolo di principe di s. Giulio ed Orta assumeranno, e goderanno egualmente il titolo che sua maestà loro accorda di principe a vece di quello di marchese di Vespolate loro concesso nella preaccennata convenzione, senza però alcun uso di giurisdizione, ferme nel resto in quanto non sono derogate dalla presente le disposizioni della più volte lodata convenzione delli quindici giugno millesettecento sessanta sette.

Confirmatio apostolica.

§. 4. Cum autem hujusce conventionis pacta diligenter perpendenda susceperimus, nec detrimenti aliquid exinde contigere dignoverimus in episcopalem ecclesiam Novariensem, cui dum jurium feudalium et jurisdictionalium cessat exercitium

sarti, tecti cum novo etiam augmento adserventur honoris tituli, simulque redditus ad aequitatis lancem apprime compensantur, votis idcirco annuentes praefati Victorii Emmanuelis regis a cujus eximia pietate laetiora in dies religioni et rei christianae universae proventura speramus, ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine infrascriptos conventionis articulos hisce Nostris literis expresse approbamus, acceptamus, et ratificamus, illisque apostolici muniminis ac firmitatis robur, et efficaciam adjungimus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 5. Decernentes praesentes literas, et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu quovis alio defectu notari, aut impugnari posse, sed semper validas et efficaces existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri, atque obtinere debere.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac memoratae Novariensis ecclesiae juribus, privilegiis, ac statutis quomodolibet concessis, ac etiam confirmatione apostolica roboratis, nec non canone. « *Ne quid sede vacante* » Nostrisque, et cancellariae apostolicae regulis, aliisque licet expressa, et individua mentione dignis contrariis quibuscumque non obstantibus.

Sanctio poenalis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae approbationis, acceptationis, ratificationis, decreti ac derogationis infringere, vel ei usu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo septimo, octavo kalendas septembris pontificatus, Nostri anno decimo octavo.

## DCCLII.

Dat. die 9 septembris 1817 anno XVIII.

Dignitatibus, et canonicis ecclesiae collegiatae de Provenzano civitatis Senensis conceditur, ut cappam magnam tela foderacea violacei coloris gestare valeant.

### Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Petrus-Hieronymus Pierazzini praepositus, caeterique dignitates, et canonici insignis, ut asseritur, ecclesiae collegiatae de Provenzano civitatis Senensis, quod dudum sibi sub certis modo, et forma tunc expressis auctoritate apostolica indultum fuit, ut ipsi cappam magnam tela serica, vel linea nigra subsutam gestare possent, et valerent, ac alias prout ex felicis recordationis Pii pp. VI. praedecessoris Nostri desuper in simili forma brevis expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius dicitur contineri. Quoniam autem dictae telae foderaceae colorem in alium laetiorem colorem immutari posse plurimum desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur eosdem exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, dignitatibus, et canonicis memoratae ecclesiae nunc et pro tempore existentibus, ut ipsi praedictum nigrum telae foderaceae in alium violaceum colorem immutare, et immutatum invariabiliter, et perpetuo retinere libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore

praesentium concedimus, et indulgemus, servata in reliquis dictarum literarum Pii praedecessoris forma et dispositione.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quae in eisdem literis concessa sunt non obstare, ceterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona septembris millesimo octingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

## DCCLIII.

Dat. die 12 septembris 1817. anno XVIII.

Facultas dispensandi a terminis volitis a constitutione confraternitatis b. M. virginis de monte Carmelo in civitate Fluminis Jannarii pro admissione confratrum post novitiatum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum. §. 1. Ex parte dilectorum filiorum moderni prioris, et confratrum confraternitatis tertii ordinis nuncupati beatae Mariae virginis de monte Carmelo canonice, ut asseritur, erectae in civitate Fluminis Januarii expositum Nobis fuit, quod licet per ejusdem confraternitatis statuta praescriptum reperiatur unius anni spatium pro novitiatus expletione, tamen interdum peculiares, justaeque circumstantiae occurrunt, ob quas super hujusmodi novitiatus duratione esset ex parte, ac etiam toto dispensandum. Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor editionis. §. 2. Nos igitur eosdem exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eisdem priori, et confratribus nunc, et pro tempore in perpetuum mensam praedictam componentibus, ut diligenter prius consideratis universis peculiaribus candidati circumstantiis, exploratoque desuper prudentiorum confratrum desiderio, ipsi per secreta suffragia simul ferenda, super duratione novitiatus praedicti, non tamen ultra decem menses, dispensare prout in Domino sibi visum fuerit, et quoad candidatos habitualiter infirmos etiam per integrum annum dispensare, et sic dispensatos professionem consuetam ibi emittere libere, licite, et valide possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, et quamcumque desuper necessariam, et opportunam facultatem tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae confraternitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut unus-

quisque sic dispensatus in actu suae professionis palam declaret, se hac speciali Nostra gratia tunc uti velle. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die duodecima septembris millesimo ortingentesimo decimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

---

## DCCLIV.

Dat. die 16 septembris 1817 anno XVIII.

Confirmatio tituli civitatis, et honorum civitatis Arceviae, vulgo Rocca Contrada

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Consuevit apostolica Sedes personarum, et locorum eo magis consulere dignitati, et decori, quo abundatius in illis praeclara virtutum ac meritorum elucent ornamenta, quaeque praecipue sincerae fidei, ac pietatis argumenta semper in memoratam apostolicam Sedem, ac in Romanos pontifices praedecessores Nostros, et in Nos constanter praebuerunt.

Expositio precum.

§. 2. Expositum siquidem Nobis nuper fuit pro parte dilectorum filiorum, communitatis, et hominum terrae Nostrae Arceviae, vulgo Rocca Contrada nuncupatae Senogalliensis dioecesis, quod dicta terra, seu Piceni municipium, quod in status Urbini, et Umbriae finibus, ad Apennini montis radices Adriaticum versus exurgit, arx fuit quasi custos viae Umbros inter, et Picenos, Senones, et Pentapolis populos inexpugnabilis, ex qua positione Arceviae nomen, idest arcis in via sortita est, cui italicum vocabulum Rocca Contrada respondet; locus acclivis est, ascensu tamen, et descensu facili, ab utroque latere duos montes habens, qui alarum instar illi praesidio, et propugnaculo sunt. Cum maxima in eo sit coeli salubritas, nilque ad omnimodam vitae commoditatem desiderandum, ingenia frequenter, ac per omne fere tempus prodierunt in quovis artium, scientiarumque genere excellentia.

Ratio concessionis.

§. 3. Licet antiqui hujus municipii monumenta decoris temporum calamitatibus deperierint, compertum tamen est a saeculo duodecimo ad decimum septimum merum, et mixtum imperium sub consulum regimine exercuisse, bursamque, ut ajunt fiscalem retinuisse, et tunc publica comitia ad mille etiam hominum capita exurrexisse, principes, et praecipuas Italiae familias, ut hujus municipii civitate donarentur, ad plenam jurisdictionem communitatis bona, homines, castra, et foeudalia jura subjecisse, seque perpetuos Arceviae cives, et incolas futuros solemniter professos fuisse, et fervente soeculo decimo quarto Ghibellinorum factione per totam Marchiam, non solum terram Nostram praedictam in illorum partem non descendisse, verum etiam ita Romanorum pontificum, ac Nostrae sanctae Sedis jura, et jurisdictionem invicto animo substinuisse, ut praedecessorum Nostrorum, et praecipue Urbani IV., Bonifacii IX., Joannis XXII., Martini V., Pii II. Eugenii IV., aliorumque summorum pontificum eximias laudes, et privilegia promerita, et tanto in honore habita semper fuerit, ut fidelitatem, constantiam fidei inconcussam, erga sanctam Sedem singularem devotionem, probatam sinceritatem, plenam fiduciam in bene cognita fide collaudantes, episcopos, provinciae legatos, et praesides, totiusque provinciae tranquillitatem ejus civibus tamquam peculiaribus, et benedictionis filiis, ut illorum fulti praesidio in commisso regimine possent prosperari, et a rebellibus tutari, commendaverint; quibus rite, viriliter, et efficaciter peractis per alias in simili forma brevis expeditas literas Arceviam Marchiae Anconitanae clavem, Sanctae Romanae Ecclesiae praecipuam et fidelissimam cameram, arcem, et propugnaculum Ecclesiae asseruerunt, quod perpetuum elogium in publico illius stemmate perlegitur, cui basilicarum vexillum, seu umbellam, crucem Christi, et claves sancti Petri Nicolaus V. praedecessor pariter Noster adnecti, prout asseritur, concessit.

*Praestantia loci, et civium declaratur.*

§. 4. Tanta erat illorum civium fides, et loci securitas, ut ibi legati, praesides, episcopi in proprio episcopio, quod ibi pro illorum commoditate extare ab anno MCCC. asseritur, resederint, comitia, et conventus habuerint pro regimine provinciae, et dioecesis. Priscis honoribus, et meritis terrae Nostrae praedictae civitatis titulo antiquitus appellatae, et aliarum civitatum privilegiis, et honoribus ab immemorabili, prout asseritur, potitae, initisque cum Perusia, Ancona, Firmo, Asculo, Fano, Camerino, Æsio, caeterisque potentioribus urbibus societatibus, ab historicis inter primi nominis civitates, et arces commendatae, in Ægidiana constitutione cum Auximo, Cingulo, Septempeda, Tolentino, et Fabriano relatae; nova accedunt, eaque praecipue, quod a congregatione specialiter per Nos deputata, re mature perpensa, ac in partium contradictione, et conflictu hujus terrae guberninm temporale independens, et immediate sanctae Sedi subjectum, ut vocant *di patente* fuerit declaratum: quod multae in illa illustres, et opulentae familiae floreant: quod ex ea nonoulli pietate, doctrina, religione, et sanctitate, ac militari cingulo sancti Stephani, sanctorum Mauritii, et Lazari, sancti Michaelis, et Palatinorum equitum decorati praeclari viri prodierint.

*Amplitudo territorii, et aedificiorum magnitudo exponitur.*

§. 5. Amplum praeterea habet agrum, seu territorium, quod ad quadraginta protenditur milliaria, et in eo mensa episcopalis bona possidet, ex quibus annua scutata bismille redeunt. Novem insuper ibi sunt castra muris circumdata, nec non pagi triginta sex, quorum habitatores decem circiter millium explent numerum; magistratus praedictae terrae, qui ex tribus ordinibus, videlicet, patriciorum, civium, et possidentium efformatur, jure foeudali gaudebat super Nidastoris castro, unde comitis nomine, et dignitate insigoitur, aliosque jurisdictionis actus exercebat. Praeter unde vigioti parochos, quibus animarum cura commissa est, praedictae terrae decus auget collegiata ecclesia a Sixto V. insignis appellata, quae post cathedralem in synodalibus, et dioecesanis conventibus quibuscumque prae caeteris, prout asseritor, gaudet primatu, constans ex archipresbyterali dignitate, theologo, et poenitentiario, ac sexdecim canonicis cappa magna, et mozzeta violacei coloris, roccheto, et superpelliceo pro temporum varietate decoratis, prout in apostolicis literis praedecessorum Nostrorum super hujusmodi decorationibus, ut asseritur, expeditis, perhibetur, uberius contineri, ac aliis beneficiatis, et clericis beneficiatis, et inservientibus; extant quoque scholae publicae, montes Pietatis, plura virorum, ac mulierum coenobia, puellarum conservatorium, amplum valitudinarium pro infirmis, ac laicorum pia sodalitia; scientiarum exercitium, et artium viget industria; tandem cum aedificiorum elegantia, moenium, et turrium firmitate, atque ecclesiarum copia oppidum istud satis illustre videatur, hinc memorati exponentes, quo ipsis, et eorum patriae praemissis ditatae titulis novum decoris addatur incrementum, eamdem terram cum novem adnexis castris per modum unius ad pristinum civitatis decus, nomen, et splendorem, quo a saeculis gavisa est, restitui, et condecorari summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

*Tenor concessionis.*

§. 6. Nos igitur dictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, referente etiam Nobis dilecto filio magistro Prospero Bottini venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium super consultationibus civitatum, terrarum, ac locorum status Nostri ecclesiastici auctorita-

te apostolica deputatorum secretario, etiam motu-proprio, ac certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine terram praedictam Arceviae vulgo Rocca Contradà nuncupatae in civitatem tenore praesentium restituimus, eique civitatis titulum, et denominationem reddimus, et quatenus opus sit, denuo in civitatem una cum novem praedictis castris per modum unius antiquo nomine Arceviae erigimus, et instituimus cum omnibus honoribus, juribus, praerogativis, ac decorationibus, quae caeteris omnibus Nostrae pontificiae ditionis civitatibus competere dignoscuntur, nec non confalonerio, et prioribus, seu magistratui ejusdem terrae in civitatem, ut praefertur, restitutae, seu erectae consuetis honoribus, et insignibus, quibus aliarum ejusdem ditionis civitatum magistratus de jure, usu, et consuetudine, gaudere, seu uti possunt, pariformiter, ac aeque principaliter, et absque ulla differentia gaudere, potiri, et uti concedimus pariter, et impertimur, ac ejusdem terrae incolas, et habitatores civium nomine decoramus, ita tamen, ut nunc, et pro tempore existens episcopus Senogalliensis, in dicta terra per Nos in civitatem erecta residere minime teneatur, sed illa ecclesiae Senogalliensi ut prius subjecta remaneat, ac ex honore hujusmodi etiam in gubernium temporale nulla inducatur innovatio.

Clausula sublata et decretum irritans.

4. Colla prattica fatta in campagna del maneggio, ed uso di tutti gl' istromenti geodetici, e di quelli, che servono a misurare le velocità delle acque correnti.

452. Per istruzione degli apprendisti vi saranno nelle scuole le necessarie collezioni de' libri più utili, e più istruttivi, degl' istromenti geodetici più necessarj, di tutti i materiali usati nelle diverse costruzioni dello stato; dei modelli delle macchine adoperate nei lavori di acque, e strade, ed anche degl' istromenti, che possono servire all' esperienze più interessanti della idrometria.

453. La istruzione degli apprendisti sarà ripartita fra la scuola, e la campagna.

454. Saranno essi divisi in tre classi, secondo i gradi del merito, e della cognizioni, delle quali si terrà conto esatto per mezzo di prove, e di esami. A questo effetto ancora in ogni anno si farà una prova, ed un esame generale con la distribuzione di alcuni premj.

455. Un regolamento particolare verrà proposto dal consiglio d' istruzione al signor cardinal segretario di stato, in cui si determinerà tutta la disciplina della scuola degl' ingegneri, si prescriverà l' ordine dell' insegnamento, e la distribuzione delle lezioni.

456. Ad ogni fine di corso si farà un esame rigoroso del profitto degli apprendisti, e si avranno in considerazione tutti i gradi di meri-

to acquistati da ciascuno durante il corso.

Quelli, che non avranno profittato, o che avranno tenuto una condotta riprensibile, saranno esclusi dal numero degli apprendisti.

Fra quelli, che si troveranno avere acquistati i necessarj requisiti, ed abilità per esercitare l'arte dell'ingegnere saranno scelti i più distinti per riempire i posti vacanti di aspiranti del corpo.

Agli altri si rilascerà una patente d'ingegnere per potere esercitare la professione in qualunque luogo dello stato Pontificio.

### TITOLO VII.

*Giubilazioni, e penzioni*

De exemptionibus, et pensionibus architectorum

§. 41. 457. Il rilascio mensuale da farsi dagl' ingegneri di ogni grado, le giubilazioni, e le pensioni saranno regolate col motu-proprio dei 20 febraro 1817.

458. Si avrà particolare considerazione a quelli, che restassero mutilati, o deteriorati nella salute esercitando le funzioni del proprio impiego; come pure alle famiglie di quelli, che vi perdessero la vita.

### TITOLO VIII.

*Disposizioni generali*

Dispositiones generales.

§. 42. 459. Si formerà un inventario dettagliato di tutte le piante, profili, e carte, come pure degl'istromenti, macchine, e mobili appartenenti al governo, ed esistenti presso gl'ingegneri provinciali. Il duplicato di quest'inventario verificato, e sottoscritto dall'ispettore, sarà deposto negl' archivj della direzione centrale.

460. Nel caso di morte di qualche ingegnere, sarà cura dell'assessore civile della delegazione di fare apporre i sigilli per ricuperare tutti gli oggetti di disegni, memorie, registri, e carte appartenenti allo stato, a norma dell'inventario. Il delegato ne darà parte al cardinale segretario di stato, il quale farà deputare dal consiglio un ingegnere per la separazione, e ricupera dei suddetti oggetti.

461. Sarà cura del consiglio del personale di formare un regolamento per i soprastanti, ed altri subalterni del corpo degl' ingegneri, come pure di compilare tutte le istruzioni, che si troveranno necessarie per l'esatto regolamento di questo corpo.

### MISURE TRANSITORIE

Leges transitoriae.

§. 43. 462. I lavori, che trovansi intrapresi, e cominciati per conto di amministrazione nelle strade nazionali saranno continuati sino al loro compimento sotto la vigilanza, e dipendenza delle autorità, dalle quali sono stati ordinati.

463. I contratti stipolati riguardo alle strade suddette rimarranno nel loro vigore, purchè non siano infetti di lesione o altri vizi di nullità, ma saranno eseguiti sotto la vigilanza del presidente delle strade, e dei suoi consigli a seconda dei patti, e delle convenzioni contenute nei medesimi.

464. I rispettivi dicasterj sia di Roma, sia delle legazioni incaricati sino ad ora della cura delle strade nazionali consegneranno, e faranno consegnare a quello del tribunale delle strade tutte le mappe, profili, descrizioni, ed altre carte, e scritture relative alle strade suddette, che esistano nei loro archivj, e computisterie, e presso i loro officiali, architetti, ed altri, che dipendono da essi.

465. Sono pure incaricati di sollecitare senza ritardo la percezione di tutte le tasse, che rimangono ad esigersi, e vicendevolmente ad effettuare i pagamenti, che restano a farsi tanto agli intraprendenti, e fabbricatori in virtù dei contratti con essi stipolati, quanto ai rispettivi creditori per lavori eseguiti, o per quelli, che restono a compirsi.

466. Qualora l'importo di tali pagamenti superi l'introito, sarà cura del presidente delle strade di combinare nei suoi consiglj, e di proporre in seguito alla autorità superiore i modi, che si troveranno più convenienti, e più agevoli, onde supplire alla eccedenza della passività, sempre che i mezzi ordinarj non si ravvisino sufficienti a tale uopo. Quante volte all'opposto vi fossero avanzi, questi saranno versati nella cassa del presidente stabilita di sopra in sollievo della medesima.

467. A questo effetto dovranno esibirsi al più presto possibile gli stati, ed i bilanci rispettivi dei cre-

diti, e debiti delle attuali amministrazioni, i quali saranno passati al detto presidente.

468. Nell'intervallo tra la pubblicazione del presente motu-proprio e la epoca prescritta all' attivazione del medesimo, non potranno farsi sulle strade altri lavori, eccettuati quelli, che riguardano la continuazione dei già intrapresi, ovvero la ordinaria manutenzione, o una urgenza indilazionabile.

469. I sette articoli precedenti saranno applicabili anche ai lavori idraulici; che in vigore del presente regolamento passeranno alla dipendenza di uno a quella di un altro magistrato.

470. Le questioni improviste che insorgessero in tal materia saranno terminate con decisione sovrana per mezzo della segreteria di stato.

Clausulae salutares et irritantes.

§. 44 Volendo, e decretando, che la presente nostra cedola di motu-proprio, e tutte, e singole le disposizioni nella medesima contenute, ed espresse, le quali vogliamo, che s'intendano approvate, e prescritte nella forma specifica debbano sempre, ed in ogni parte del Nostro stato inviolabilmente osservarsi, e così, come nelle medesime è espresso, e non altrimenti debba in perpetuo giudicarsi, e definirsi; ed interpretarsi da qualsiasi giudice, tribunale, congregazioni, ancorchè composte di reverendissimi cardinali, uditori della Nostra rota, chierici della Nostra camera, e da qualunque altra autorità, benchè degna d' individua, e speciale, e specialissima menzione, togliendo a tutte indistintamente ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interloquire, ed interpetrare in contrario, e dichiarando fin d' adesso nullo, irrito, ed invalido tuttociò, che da chiunque o scientemente, o ingnorantemente si tentasse di giudicare, e prescrivere, deviando dalla lettera, e dalla disposizione del presente Nostro motu-proprio sotto qualunque pretesto, ed eccezione, di orrezione, e sorrezione e di qualunque difetto della Nostra volontà, al quale effetto vogliamo, che il presente Nostro motu-proprio vaglia, e sortisca il suo pieno effetto, ed esecuzione con la sola Nostra sottoscrizione, benchè non siano state interpellate, e sentite qualsivogliano persone, congregazioni, magistrati, e corpi, benchè privilegiati, e privilegiatissimi, ed in qualunque dignità anche ecclesiastica costituiti, che avessero, o pretendessero avere interesse, e che per comprenderli facesse d' uopo d' individua, e speciale menzione.

Derogatio contrariorum.

§. 45 Non ostante la bolla della san. mem. di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancelliera *de jure quaesito non tollendo*, e qualsiano altre costituzioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, bolle, brevi, decreti, chirografi, bandi, editti, leggi in qualunque modo fino ad ora pubblicate, alle quali tutte, e singole, ancorchè si trattasse di costituzioni apostoliche, o di oltre ordinazioni supreme rivestite di clausole derogatorie, e derogatorie delle derogatorie, in quanto possano opporsi alla piena, e totale esecuzione delle presenti disposizioni ampiamente, e con pienezza della Nostra podestà deroghiamo, avendo all' effetto di tal deroga per espresso, e di parola in parola riferito il tenore di qualunque cosa possa fare in contrario.

Dato dal Nostro palazzo apostolico questo dì 23. ottobre 1817.

PIUS PP. VII.

Publicatio

§. 46. Die, mense, et anno quibus supra, supradicta cedula motus-proprii affixa et publicata fuit ad valvas curiae Innocentianae, et in acie campi Florae per me Stephanum Benaglia apost. curs.

Felix Castellacci mag. curs.

# INDICE



## PARTE PRIMA

### REGOLAMENTO PER I LAVORI DI STRADE NELLO STATO PONTIFICIO

# PARTE SECONDA

## REGOLAMENTO PER I LAVORI DI ACQUE NELLO STATO PONTIFICIO

# PARTE TERZA

## ISTITUZIONE, E REGOLAMENTO DEL CORPO DEGL' INGEGNERI PONTIFICJ DI ACQUE, E STRADE

Dat. die 31 novembris 1817 anno XVIII.

DCCLIX.

Indultum nominandi ad duas archiepiscopales et sex episcopales ecclesias in ditione Bavarica pro serenissimo rege Bavariae

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Carissimo in Christo filio Nostro
Maximiliano Josepho Bavariae
regi illustri

Salutem, et apostolicam
benedictionem

Ratio concessionis.

§. 1. Prompta ac pia voluntas illa quam egregie ostendisti cum pace restituta, et publicis compositis rebus summo studio a Nobis postulasti, ut res ecclesiasticae in regno tuo perturbatae, hujus sanctae Sedis auctoritate in ordinem revocarentur, et utilitas illa, qua ex conventione tecum nuper inita manat in ea quae ad res Ecclesiae, et religionis pertinent, non modo ob assignatos tuae ditionis ecclesiis in bonis fundisque stabilibus redditus, sed etiam ob restitutam ecclesiae pastoribus, sublatis difficultatibus impedimentisque, libertatem in ministerii eorum exercitio, praecipuusque, quo te prosequimur, charitatis affectus Nos urget ut tibi tuisque in Bavarico regno successoribus catholicis luculentia pontificiae Nostrae benignitatis dona largiamur, firma spe atque fiducia in Domino freti, fore ut tu, et successores tui gloriosis majorum tuorum, qui tam praeclare de catholica religione sunt meriti, vestigiis iohaerentes orthodoxam fidem colere, tueri, ac propagare, et populos ditioni vestrae concreditos in fide catholica, ac vetere erga hanc b. Petri cathedram obedientia continere omni studio sitis curaturi.

Tenor concessionis.

§. 2. Volentes itaque tibi tuisque successoribus catholicis Bavariae regibus gratificari, non dubitantes te ac illos in nominandis ad ecclesias regni Bavariae personis ecclesiasticis, quae vitae integritate, religione, fide et doctrina praestent, ac episcopalis muneris praerogativa dignae sint, summum studium ac diligentiam semper adhibituros, nec conscientiam vestram hac in re ullo modo laedi passuros esse, motu-proprio et ex certa scientia Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine tibi, tuisque successoribus Bavariae regibus, una cum subditis in sinceritate fidei, et unitate Sanctae Romanae Ecclesiae, nec non obedientia Nostra et successorum Nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium perseverantibus, qui pro tempore Bavariae regnum possederint, indultum nominandi ecclesiasticas personas probas, bonorum nominis et famae, ac secundum sacrorum canonum, et concilii Tridentini decretorum dispositiones idoneas ad octo ecclesias regni Bavariae, nempe ad Monacensem, et Bambergensem, quas per alias apostolicas Nostras literas in metropolitanas ereximus, ad Ratisbonensem, quam praevia metropoliticae qualitatis suppressione, in cathedralem erigemus, et ad cathedrales actu existentes, Augustanam, Herbipolensem, Passaviensem, Eichstettensem, et Spirensem quotiescumque illis quovis modo et ex quorumcumque etiam S. R. E. cardinalium personis etiamsi in Romana curia vacare contigerit per Nos et Romanos pontifices successores Nostros praedictos iisdem ecclesiis Monacensi, Bambergensi, Augustanae, Ratisbonensi, Herbipolensi, Passaviensi, Eichstettensi, et Spirensi, etiamsi a primaeva earum vacent erectione, ad nominationem hujusmodi praeficiendas tenore praesentium de speciali dono gratiae concedimus, et assignamus; quo quidem nominandi indulto, quod tibi per has Nostras literas impertimur, uti possis postquam per alias apostolicas Nostras literas dictarum octo ecclesiarum statum praeviis necessariis, et opportunis derogationibus immutaverimus, ac ad formam tecum initae conventionis constituerimus.

§. 3. Decernentes praesentes literas, et in eis contenta quaecumque, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae defectu notari, aut impugnari posse, sed semper firmas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere.

Clausulae sublatae, et derogatoriae.

Derogatio contrariorum.

§. 4 Non obstantibus apostolicis ac in synodalibus, provinrialibus, universalibusque ronriliis editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae concessionis, indulti, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, eique ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit inrursusum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo ortingentesimo decimo septimo, idibus novembris, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

---

## DCCLX.

Dat. die 14 novembris 1817 anno XVIII.

Conventio inter sanctissimum Dominum Pium VII. summum pontifirem, et majestatem suam Maximilianum Josephum Bavariae regem.

In Nomine sanrtissimae Trinitatis

Nominatio plenipotentiariorum ad ineundam conventionem.

§. 1. Sanctitas Sua summus pontifex Pius VII., et majestas sua Maximilianus Josephus Bavariae rex debita solliritudine cupientes, ut in iis, qnae ad res ecclesiasticas pertinent, certus stabilisque in Bavariae regno terrisque ei subjectis constituatur ordo, solemnem propterea conventionem inire derreverunt.

Hinc Sanctitas Sua summus pontifex Pius VII. in suum plenipotentiarium nominavit eminentissimum Dominum Herrulem Consalvi Sanrtae Romanae Ecclesiae rardinalem diaconum sanrtae Agathae ad Suburram suum a secretis status.

Et majestas sua Maximilianus Josephus Bavariae rex exrellentissimum Dominum baronem Casimirum de Haeffelin episcopum Chersonensem suum ministrum plenipotentiarium apud sanctam Sedem.



Qui post sibi mutuo tradita respectivae plenipotentiae instrumenta in sequentes artirulos convenerunt.

### ARTICULUS I.

De religione catholica servanda

§. 2. Religio Catholica Apostolica Romana in toto Bavariae regno terrisque ei subjectis sarta tecta conservabitur cum iis juribus, et praerogativis, quibus frui debet ex Dei ordinatione, et canonicis sanctionibus.

### ARTICULUS II.

De efformatione dioecesum.

§. 3. Sanrtitas Sua, servatis servandis, Bavariae regni dioeceses sequenti ratione ronstituet.

Sedem Frisingae Monachium transferet, eamque eriget in metropolitanam, quae pro dioecesi sua habebit territorium actuale Frisingensis dioecesis; ejus tamen ecclesiae antistes, ejusque surressores archiepiscopi Monachii et Frisingae nunrupandi erunt.

Eidem antistiti episcopales ecclesias Augustanam, Passaviensem, et Ratisbonensem praevia metropolitirae qualitatis suppressione, in suffraganeas assignabit. Antistes tamen Passaviensis ecrlesiae actu vivens exemptionis privilegio, quoad vixerit, gaudebit.

Bambergensem cathedralem ecrlesiam in metropolitanam eriget, illique in suffraganeas assignabit ecclesias episcopales Herbipolensem, Eirhstettensem, et Spirensem.

Territorium Aschaffenburgense olim ad Moguntinam, nunc ad Ratisbonensem dioecesim pertinens, et partem Bavariram Fuldensis dioecesis Herbipolensi dioecesi adjunget.

Partem autem Bavaricam Constantiensis dioecesis cum exempto territorio Campidunensi Augostanae dioecesi uniet.

Simili modo partem Bavaricam dioeresis Salisborgensis, et territorium exemptae praepositurae Berchtolgadensis partim Passaviensi, partim Monacensi dioeresi uniet, cui quidem dioecesi, praevia suppressione sedis Chiemensis, hujus quoque ecclesiae dioecesim assignabit.

Novi singularum dioecesium fines, in quantum necesse erit, designabuntur.

ARTICULUS III.

De capitulis, et dignitatibus eorum

§. 4. Capitula metropolitanarum ecclesiarum habebunt duas dignitates, nempe praepositum, ac decanum, et decem canonicos: capitula vero cathedralium ecclesiarum habebunt pariter duas dignitates, scilicet praepositum, ac decanum, et octo canonicos. Quodlibet praeterea capitulum tam metropolitanum, quam cathedrale habebit praebendatos seu vicarios saltem sex. Si vero in posterum ecclesiarum istarum redditus per novas fundationes, aut bonorum augmentationes incrementum tale perceperint, ut plures praebendae erigi possint, canonicorum, et vicariorum numerum ultra augebitur.

In quovis capitulo archiepiscopi et episcopi ad formam sacri concilii Tridentini duos ex canonicis designabunt, qui partes theologi, et partes poenitentiarii respective agent.

Dignitates et canonici omnes praeter chori servitium, archiepiscopis, et episcopis in administrandis dioecesibus suis a consiliis servient. Archiepiscopis tamen et episcopis plane liberum erit ad specialia munia, et negotia officii sui illos pro beneplacito applicare. Simili modo vicariorum officia archiepiscopi et episcopi assignabunt.

Majestas tamen regia iis qui officio vicarii generalis fungentur quingentos florenos annuos; iis vero qui secretarii episcopalis partes agent biscentos florenos assignabit.

ARTICULUS IV.

De reddit mensarum.

§. 5. Redditus mensarum archiepiscopalium et episcopalium in bonis fundisque stabilibus libere archiepiscoporum et episcoporum administrationi tradendis constituentur.

Simili bonorum genere et administrationis jure gaudebunt capitula metropolitanarum et cathedralium ecclesiarum, et vicarii seu praebendati praedictarum ecclesiarum servitio addieti.

Quantitas redditunm annuorum, dedoctis oneribus, erit ut sequitur.

*Dioecesis Monacensis*

Idem pro dioecesi Monacensi.

§. 6. Pro archiepiscopo florenorum viginti millium

Pro praeposito florenorum quatuor millium

Pro decano florenorum quatuor millium

Pro quolibet e quinque canonicis senioribus florenorum bis millium

Pro quolibet e quinque canonicis junioribus florenorum mille sexcentorum

Pro quolibet e tribus vicariis senioribus florenorum octingentorum

Pro quolibet e tribus vicariis junioribus florenorum sexcentorum

*Dioecesis Bambergensis*

Idem pro dioecesi Bambergensi.

§. 7. Pro archiepiscopo florenorum quidecim millium

Pro praeposito florenorum trium millium quingentorum

Pro decano florenorum trium millium quingentorum

Pro quolibet e quinque canonicis senioribus florenorum millium octingentorum

Pro quolibet e quinque canonicis junioribus florenorum millium quadringentorum

Pro quolibet e tribus vicariis senioribus florenorum octingentorum

Pro quolibet e tribus vicariis junioribus florenorum sexcentorum

*Dioeceses Augustana, Ratisbonensis, et Herbipolensis*

Idem pro dioecesibus Augustana, Ratisbonensi, et Herbipolensi.

§. 8. Pro quolibet episcopo florenorum decem millium

Pro quolibet praeposito florenorum trium millium

Pro quolibet decano florenorum trium millium

Pro quolibet e quatuor canonicis senioribus florenorum mille sexcentorum

Pro quolibet e quatuor canonicis junioribus florenorum mille quadringentorum

Pro quolibet e tribus vicariis senioribus florenorum octingentorum

*Dioeceses Passaviensis, Eichstettensis et Spirensis*

Idem pro dioecesibus Passaviensi, Eichstettensi, et Spirensi.

§. 9. Pro quolibet episcopo florenorum octo millium.

Pro quolibet praeposito florenorum bis mille quingentorum.

Pro quolibet decano florenorum bismille quingentorum.

Pro quolibet e quatuor canonicis senioribus florenorum mille sexcentorum.

Pro quolibet e quatoor canonicis junioribus florenorum mille quadringentorum.

Pro quolibet e tribus vicariis senioribus florenorum octingentorum

Pro quolibet e tribus vicariis junioribus florenorum sexcentorum.

De conservatione reddituum.

§. 10. Quorum omnium redditunm summae salvae semper et integrae conservandae erunt, et bona fundique, ex quibus provenient nec distrahi, nec in pensiones mutari poteront. Tempore autem vacationis archiepiscopalium, et episcopalium sedium, dignitatuum, canonicatuum, praebendarum seu vicariatuum, praedictae redditnom summae in utilitatem respectivarum ecclesiarum percipiendae et conservandae erunt.

De habitationibus episcoporum, et capitularium.

§. 11 Habitatio insuper tam archiepiscopis et episcopis, quam dignitatibus, canonicis senioribus, et vicariis pariter senioribus illorum dignitati respondens assignabitur.

De curiis, et archiviis.

§. 12. Pro curia archiepiscopali et episcopali, pro capitulo et archivio majestas sua domum aptam assignabit.

De exemplaribus assignationum localium tradendis

§. 13. Ad negotium hujusmodi reddituom, fundorum, et bonorum assignationis intra trimestre post ratificationem praesentis conventionis, si fieri poterit, vel ad summum intra semestre perficiendum utraque contrahentium pars commissarios nominabit, ac de formali praedictae assignationis acto tria exemplaria in authentica forma expediri jubebit regia. majestas unum pro archivio regio, alterum pro nuntio apostolico, tertium denique pro archivio singularum ecclesiarum.

De conservatione beneficiorum

§. 14. Alia beneficia, ubi extant, conservabuntur.

De redditu dioecesis Spirensis.

§. 15. Quod pertinet ad dioecesim Spirensem, quoniam ob speciales circumstantias ei nunc fondi ac bona stabilia assignari non possunt, interea usque dum haec assignatio fieri valeat, providebitur a majestate sua per assignationem praestationis annuatim solvendae in summa,

Pro episcopo florenorum sex millium.

Pro praeposito florenorum mille quingentorum.

Pro decano floreoorum mille qningentorum.

Pro quovis ex octo canonicis florenorum mille.

Pro quovis e sex vicariis florenorum sexcentorum.

De conservatione fabricae ecclesiarum.

§. 16. Fabricarum denique, ipsarumque ecclesiarum fundi, redditus, bona mobilia et immobilia conservabuntor, et nisi pro ecclesiarum manutentione, pro divini cultus expensis, et inservientium necessariorum salariis sufficiant sua majestas supplebit.

## ARTICULUS V.

De erectione et dotatione seminariorum in qualibet dioecesi.

§. 17. Sua singulis dioecesibus seminaria episcopalia conserventur, et dotatione congrua in bonis fundisque stabilibus provideantur: in iis autem dioecesibus in quibus desunt, sine mora cum eadem pariter dotatione in bonis fundisque stabilibus fundentur.

In seminariis autem admittentur atque ad normam sacri concilii Tridentini efformabuntur atque instituentur adolescentes, quos archiepiscopi et episcopi pro necessitate vel utilitate dioecesium in iis recipiendos judicaverint. Horum seminariorum ordinatio, doctrina, gubernatio, et administratio archiepiscoporum et episcoporum auctoritati pleno liberoqne jure subjectae eruot joxta formas canonicas.

Rectores quoque et professores seminariorum ab archiepiscopis, et episcopis nominabuntur, et quotiescumque necessarium aut utile ab ipsis judicabitur, removebuntur.

Cum episcopis incumbat fidei ac morum doctrinae invigilare, in hujus officii exercitio etiam circa scholas publicas nullo modo impedientur.

### ARTICULUS VI.

De asylis pro infirmis.

§. 18. Majestate sua regia, collatis cum archiepiscopis et episcopis consiliis, assignabit pariter cum sufficienti dote domum, in qua infirmi ac senes clerici benemeriti solamen et asylum reperiant.

### ARTICULUS VII.

De instauratione monasteriorum regularium utriusque sexus.

§. 19. Insuper majestas sua considerans quot utilitates ecclesia atque ipse status a religiosis ordinibus perceperint, ac percipere in posterum possint, et ut promptam suam erga sanctam Sedem voluntatem probet, aliqua monasteriorum ordinum utriusque sexus coenobia ad instituendam in religione et literis juventutem, et in parochorum subsidium, aut pro cura infirmorum, inito cum sancta Sede consilio, cum convenienti dotatione instaurari curabit.

### ARTICULUS VIII.

De conservatione bonorum ad ecclesiam quomodolibet spectantium.

§. 20. Bona seminariorum, parochiarum, beneficiorum, fabricarum, omniumque aliarum ecclesiasticarum fundationum semper et integre conservanda erunt, nec distrahi nec in pensiones mutari poterunt.

Ecclesia insuper jus habebit novas acquirendi possessiones, et quidquid de novo acquisierit faciet suum, et censebitur eodem jure ac veteres fundationes ecclesiasticae, quarum, uti et illarum quae in posterum fient, nulla vel suppressio vel unio fieri poterit absque Sedis apostolicae auctoritatis interventu, salvis facultatibus a sacro concilio Tridentino episcopis tributis.

### ARTICULUS IX.

De nominatione archiepiscoporum, et episcoporum.

§. 21. Sanctitas Sua, attenta utilitate, quae ex hac conventione manat in ea quae ad res Ecclesiae et religionis pertinent, majestati regis Maximiliani Josephi, ejusque successoribus catholicis, per literas apostolicas statim post ratificationem praesentis conventionis expediendas, in perpetuum concedet indultum nominandi ad vacantes archiepiscopales et episcopales ecclesias regni Bavarici dignos et idoneos ecclesiasticos viros iis dotibus praeditos, quas sacri canones requirunt. Talibus autem viris Sanctitas Sua canonicam dabit institutionem juxta formas consuetas. Priusquam vero eam obtinuerint, regimini seu administrationi ecclesiarum respectivarum ad quas designati sunt nullo modo sese immiscere poterunt. Annatarum vero et cancellariae taxae proportionabiliter ad uniuscujusque mensae annuos redditus de novo statuentur.

### ARTICULUS X.

De collatione dignitatum, canonicatuum aliorumque provisionum ecclesiasticarum absque cura animarum.

§. 22. Praepositturas tam in metropolitanis quam in cathedralibus ecclesiis conferet Sanctitas Sua; ad decanatus nominabit regia majestas, quae etiam ad canonicatus in sex mensibus apostolicis sive papalibus nominabit. Quoad alios autem sex menses, in eorum tribus archiepiscopus et episcopus, in reliquis vero tribus capitulum nominabit.

In capitula ecclesiarum tam metropolitanarum quam cathedralium in posterum alii non admittentur, quam indigeni qui praeter qualitates a sacro concilio Tridentino requisitas, in animarum cura, et sacris ministeriis cum laude versati sint, aut archiepiscopo vel episcopo in administranda dioecesi adjutricem operam praestiterint, vel virtutis ac scientiae meritis conspicuos sese reddiderint. Vicariatus vero in iisdem metropolitanis et cathedralibus ecclesiis libere ab archiepiscopo vel episcopo conferentur.

Pro hac vice tamen, quoniam, capitulis nondum constitutis, omnia ea quae hoc articulo statuta sunt servari non possunt, nuntius apostolicus, collatis cum majestate sua consiliis, et auditis interesse habentibus, nova capitula constituet. Idem circa vicarios seu praebendatos observabitur.

Dignitates, canonici, et beneficiati omnes residentiales uti a pluralitate beneficiorum et praebendarum juxta sacros canones prohibentur, ita ad residentiam secundum eorum canonum rigorem, salva semper Sedis apostolicae auctoritate, adstringuntur.

ARTICULUS XI.

De praesentatione parochorum.

§. 23. Rex Bavariae ad ea beneficia tam parochialia, quam curata, ac simplicia praesentabit, ad quae ex legitimo jure patronatus sive per dotationem, sive per fundationem, sive per constructionem acquisito ejus antecessores duces et electores praesentabant.

Praeterea majestas sua praesentabit ad ea beneficia, ad quae corporationes ecclesiasticae actu non existentes praesentabant.

Subditi majestatis suae qui jure patronatus legitimo, ut supra gaudent ad beneficia respective tam parochialia, quam curata, ac simplicia hujusmodi juri patronatus subjecta praesentabunt.

Archiepiscopi vero et episcopi praesentatis debita requisita habentibus, praemisso circa doctrinam et mores examine ab ipsis ordinariis instituendo, si de parochialibus, aut de curatis beneficiis agatur, canonicam dabunt institutionem.

Praesentatio autem ad omnia ista beneficia intra tempus a canonibus praescriptum fiet, secus ea libera ab archiepiscopis et episcopis conferentur.

Reliqua vero beneficia omnia tam parochialia, quam curata, ac simplicia, quae successores antistites octo ecclesiarum regni Bavariae conferebant, libere ab archiepiscopis et episcopis, personis majestati suae gratis conferentur.

ARTICULUS XII.

De jurisdictione ordinariorum.

§. 24. Pro regimine dioecesium archiepiscopis et episcopis id omne exercere liberum erit quod in vim pastoralis eorum ministerii sive ex declaratione sive ex dispositione sacrorum canonum secundum praesentem et a sancta Sede adprobatam Ecclesiae disciplinam competit, ac praesertim.

(*a*) Vicarios, consiliarios, et adjutores administrationis suae constituere ecclesiasticos quoscumque quos ad praedicta officia idoneos judicaverint;

(*b*) Ad statum clericalem assumere, et approbatis a sacris canonibus titulis ad ordines etiam majores, praevio examine ab ipsis archiepiscopis et episcopis, aut eorum vicariis cum examinatoribus synodalibus instituendo, promovere quos necessarios aut utiles suis dioecesibus judicaverint, et e contrario quos indignos censuerint a susceptione ordinum arcere, quin ab ullo quovis obtentu impediri queant;

(*c*) Causas ecclesiasticas atque in primis causas matrimoniales, quae juxta canonem 12. sess. 24. sacri concilii Tridentini ad judices ecclesiasticos spectant in foro eorum cognoscere, ac de iis sententiam ferre, exceptis causis mere civilibus clericorum, exempli gratia, contractuum, debitorum, haereditatum, quas laici judices cognoscent et definient;

(*d*) In clericos reprehensione dignos, aut honestum clericalem habitum eorum ordini, et dignitati congruentem non deferentes, poenas a sacro concilio Tridentino statutas, aliasque quas convenientes judicaverint, salvo canonico recursu, infligere, eosque in seminariis aut domibus ad id destinandis custodire: censuris quoque animadvertere in quoscumque fideles ecclesiasticarum legum et sacrorum canonum transgressores.

(*e*) Cum clero et populo dioecesano pro munere officii pastoralis communicare, suasque instructiones, et ordinationes de rebus ecclesiasticis libere publicare; praeterea episcoporum, cleri, et populi communicatio cum sancta Sede in rebus spiritualibus et negotiis ecclesiasticis prorsus libera erit;

(*f*) Collatis cum regia majestate, praesertim pro convenienti redituum assignatione, consiliis, parochias erigere, dividere, vel unire;

(*g*) Praescribere vel judicare preces publicas, aliaque pia opera, cum id bonum Ecclesiae, vel status, aut populi postulet, et invigilare ut in ecclesiasticis functionibus, praesertim autem in missa, et in administratione sacramentorum, Ecclesiae formulae in lingua latina usurpentur.

ARTICULUS XIII.

De libris vetitis.

§. 25. Quoties archiepiscopi et episcopi libros aut in regno impressos, aut in illud introductos gubernio indicabunt qui aliquid fidei, bonis moribus, aut Ecclesiae disci-

plinae contrarium continean; gubernium curabit ut eorum divulgatio debito modo impediatur.

### ARTICULUS XIV.

*De conservatione ritus catholici, et liturgiae.*

§. 26. Majestas sua prohibebit, ne catholica religio, ejusque ritus vel liturgia sive verbis, sive factis, sive scriptis contemnatur, aut ecclesiarum antistites vel ministri in exercendo munere suo, pro custodienda praesertim fidei ac morum doctrina, et disciplina Ecclesiae impediantur. Desiderans praeterea ut debitus, juxta divina mandata, sacris ministris honor servetur, non patietur quidquam fieri, quod dedecus ipsis afferre, aut eos in contemptum adducere possit; imo vero jubebit, ut in quacumque occasione ab omnibus regni magistratibus peculiari reverentia atque honore eorum dignitati debito cum ipsis agatur.

### ARTICULUS XV.

*De juramento ab archiepiscopis, et episcopis praebendo.*

§. 27. Archiepiscopi et episcopi coram regia majestate juramentum fidelitatis emittent sequentibus verbis expressum ,, Ego juro et promitto ad sancta Dei evangelia obedientiam, et fidelitatem regiae majestati; item promitto, me nullam communicationem habiturum, nullique consilio interfuturum, nullamque suspectam unionem neque intra, neque extra conservaturum, quae tranquillitati publicae noceat, et si tam in dioecesi mea quam alibi noverim aliquid in status damnum tractari, majestati suae manifestabo. ,,

### ARTICULUS XVI.

*De abrogatione decretorum.*

§. 28. Per praesentem conventionem leges, ordinationes, et decreta in Bavaria huc usque lata, in quantum illi adversantur, abrogata habebuntur.

### ARTICULUS XVII.

*De rebus, et personis ecclesiasticis non contemplatis.*

§. 29. Caetera quae ad res et personas ecclesiasticas spectant, quorum nulla in his articulis expressa facta est mentio, dirigentur omnia et administrabuntur juxta doctrinam Ecclesiae, ejusque vigentem et approbatam disciplinam. Si vero in posterum supervenerit difficultas, Sanctitas Sua, et regia majestas secum conferre, et rem amice componere sibi reservant.

### ARTICULUS XVIII.

*De sponsionibus contrahentium.*

§. 30. Utraque contrahentium pars spondet se, successoresque suos, omnia, de quibus in his articulis utrinque conventum est, sancte servaturos, et a majestate regia praesens conventio lex status declarabitur.

Praeterea majestas sua regia spondet, nihil unquam se, successoresque suos, quavis de causa, articulis hujus conventionis addituros, neque, in iis quidquam immutaturos, vel eosdem declaraturos esse absque Sedis apostolicae auctoritate, et cooperatione.

### ARTICULUS XIX.

*De ratificatione conventionis.*

§. 31. Ratificationum hujus conventionis traditio fiet intra quadraginta dies ab ejusdem data, aut citius si fieri poterit.

Datum Romae die 5 junii anni millesimi octigentesimi decimi septimi

Hercules cardinalis Consalvi

« Casimirus Haeffelin episcopus Chersonensis.

*Confirmatio apostolica.*

§. 32. Cum ergo hujusmodi conventiones, pacta, et concordata in omnibus et singulis punctis, clausulis, articulis, et conditionibus cum a Nobis, tum a praelaudato Maximiliano Josepho rege approbata, confirmata, et ratificata fuerint, cumque idem rex enixe a Nobis flagitaverit, ut pro firmiori eorum subsistentia robur apostolicae firmitatis adjiceremus, solemnioremque auctoritatem et decretum interponeremus, Nos plane in Domino confidentes fore ut ipse; pro misericordia et benignitate sua, studia haec Nostra in componendis ecclesiasticis rebus in toto Bavariae regno, copioso gratiae suae munere prosequatur, et vota haec eadem Nostra circa universam Germaniam quam citissime expleri concedat, ut impedimentis ac difficultatibus sublatis, omnia illis in regionibus ad Dei gloriam et catholicae religionis utilitatem componi possint, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris; deque apostolicae

potestatis plenitudine, supradictas conventiones, capitula, pacta, concordata et concessiones, tenore praesentium approbamus, ratificamus, et acceptamus, illis apostolici muniminis et firmitatis robur, et efficaciam adjungimus, omniaque in eis contenta, ac promissa, sincere, et inviolabiliter ex Nostra et sanctae Sedis parte adimpletum et servatum iri, tam Nostro, quam successorum Nostrorum nomine promittimus ac spondemus.

*Dispositiones provisionales super immutatione dioecesium.*

§. 33. Quoniam vero nondum parata ea omnia sunt, quae ad immutandum statum ecclesiarum in regno Bavariae, novosque singularum dioecesium fines, juxta initam conventionem designandos sunt necessaria, haec, ubi primum omnia erunt in promptu, per alias apostolicas literas perficiemus. Interea tamen nihil innovandum esse decernimus, propereaque omnia loca, quae vigore articuli conventionis secundi a dioecesibus ad quas actu pertinent dismembranda, et aliis dioecesibus unienda erunt, ab actualibus eorum ordinariis, vel vicariis ab hac Sede apostolica deputatis sive intra, sive extra fines regni Bavariae constitutis gubernabuntur, donec conventione ipsa plenae executioni mandata, et finibus singularum dioecesium designatis, novi pastores illorum locorum regimen actu consequuti erunt.

*Monitum ad antistites in Bavaria vel existentes, vel in posterum nominandos.*

§. 34. Omnes autem et singulos antistites sive actu in Bavaria existentes, sive a Nobis postmodum canonice instituendos, eorumque successores, majori quo possumus studio monemus atque hortamur in Domino, ut praemissa omnia ad majorem Dei gloriam, ad Ecclesiae sanctae suae, atque animarum utilitatem a Nobis decreta, in iis quae ad eos pertinent, diligenter servent, accurateque custodiant, et quoniam praeclara regis voluntate pastoralis ministerii libertas remotis, ut par erat impedimentis restituta est, tot episcoporum pietatis gloria insignium, s. Bonifacii praesertim inclyti Germaniae apostoli praeclara studia ac sollicitudinis zelum in se ipsis exprimentes totis viribus adlaborent, ut reformatis cleri populique moribus, coeterisque allatis remediis, quae sint curandis malis aptissima, catholicae fidei puritas, legum Ecclesiae observantia, ecclesiasticae disciplinae nitor, christianaeque pietatis studia in omnibus Bavariae fidelibus, Spiritus Sancti adjuvante virtute, resplendeant.

*Idem ut supra*

§. 35. Illud praeterea ecclesiarum antistites, omnesque illi quibus erit animarum cura concredita, ante oculos habeant, omnino partem esse eximii illius, quod gerunt ministerii, omni ope curare, ut subjecti populi debito prosequantur obsequio et obedientia regem suum, atque ita sacerdotium et principatus sedeant in pulchritudine pacis, et in tabernaculis fiduciae.

*Clausulae validitates et irritantes.*

§. 36. Decernentes, easdem praesentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, et obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, aut alio quocumque, quamvis magno, aut inexcogitato defectu notari, aut impugnari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et inviolabiliter observari debere, quousque conditiones, et pacta in tractatu expressa serventur.

*Derogatio contrariorum*

§. 37. Non obstantibus apostolicis, ac in synodalibus, provincialibus, et universalibus conciliis editis generalibus constitutionibus, et ordinationibus, ac Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, praesertim de jure quaesito non tollendo, nec non quarumcumque ecclesiarum, capitulorum, aliorumque piorum locorum fundationibus, etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, ceterisque contrariis quibuscumque. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores pro expressis, et ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus.

*Fides habenda transumptis.*

§. 38 Praeterea quia difficile foret praesentes literas ad singula, in quibus de eis fides facienda fuerit, loca deferri, eadem apostolica auctoritate decernimus, et mandamus, ut earum transumptis, etiam impressis, manu tamen publici notarii subscriptis, et sigillo alicujus personae

in ecclesiastica dignitate constitutae, munitis, plena ubique fides adhibeatur, perinde ac si praesentes literae forent exhibitae, vel ostensae. Et insuper irritum quoque, et inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Sanctio poenalis.

§. 59 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae concessionis, adprobationis, ratificationis, acceptationis, promissionis, sponsionis, monitionis, hortationis, decreti, derogationis, statuti, mandati, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo septimo, decima quarta novembris pontificatus Nostri anno decimooctavo

---

## DCCLXI.

Dat. die 15 novembris 1817 anno XVIII.

Allocutio habita in consistorio secreto die decimaquinta novembris millesimo octigentesimo decimo septimo.

### Venerabiles fratres

Loquitur de statu Germaniae, deque initis cum eo rege conventionibus.

§. 1. Quatnor menses nondum expleti sunt, ex quo conventionem cum christianissimo rege initam, et in de oritura in ecclesias Galliarum rommoda vobiscum, venerabiles fratres, communicavimus: nunc quid in Germania gesserimus, et juvante Deo consequuti simus, hoc ipso ex loco vobis exponere gaudemus. Nihil attinet de infelicissimo Germanicarum regionum statu pluribus dicere. Quas enim rerum conversiones calamitas temporum illuc advexerit, quae damna Ecclesiae, episcopatus, capitula, monasteria ibidem passa sint, quae inde clades catholicam religionem affixerit, probe notum, exploratumque vobis est. Ecclesiae divitiis olim non minus quam dignitate affluentes, et veterem splendorem, et patrimonium una amiserunt: legitimo pastore a longo jam tempore paene omnes viduantur, sacris ministris fere carent, desunt qui ipsis succedant, quasi compedes ecclesiastico regimini inditae sunt, ecclesiastica disciplina ab imo turbata est, florentissima monasteria, quorum religiosi alumni divino cultui exercendo, instituendaeque ad pietatem, et bonas artes juventuti se tanto cum fructu mancipaverant, in meras nunc solitudines abierunt. Tot ac tam saeva, quae Germanicis ecclesiis incubuerunt mala, quas a Nobis lacrymas, quos gemitus elicuerint, Deus scit, Deus autem ipse testis Nobis est nihil Nos ab ipso praeteritarum calamitatum exordio intentatum reliquisse, quo malis iisdem, quantum in Nobis erat, mederemur. Expostulationes, quaerimonias, preces adhibuimus, nihil denique praetermissum a Nobis est, ut compositis exactisque ad canonicarum legum normam ecclesiasticis illius inclytae nationis rebus inflicta religioni, ecclesiaeque vulnera sanarentur. Major curarum Nostrarum pars non in propatulo fuit; norunt tamen omnes extraordinarium nuncium in Germaniam a Nobis missum esse ven. fratrem Hannibalem della Genga archiepiscopum tunc Tyri, nunc vero S. R. E. cardinalem, qui plures principes adiit, apud quos de ecclesiasticis negotiis diu, ac diligenter egit, nec ex animis vestris excidere potuit recens memoria eorum, quae per dilectum filium Nostrum Herculem cardinalem Consalvi a secretis Nostri status, etiam in congressu Vieunensi gesta sunt.

Refert a Bavariae rege compositionem ecclesiasticarum rerum, etiam in regno fuisse requisitam.

§. 2. At si permittente Deo factum est, ut sollicitudines, conatusque Nostri usque ad hanc diem irriti ceciderint, tum propter acerrimorum bellorum motus, tum propter civilium rerum vicissitudines, quae paucorum annorum spatio sibi successerunt, divinae miserationis dies denique illuxit, ex quo in plenae cumulataeque consolationis spem erigamur. Carissimus enim in Christo filius Noster Maximilianus Josephus Bavariae rex illustris ab iis, quas tot ab hinc annis patiebamur angustiis Nos quantum ad sua dominia pertinet nuper abduxit, uberrimumque exoptati diu gaudii fontem

Nobis aperuit. Tantam itaque principem debitis laudibus libenter, meritoque prosequimur. Is enim majorum suorum, qui et pietate, et religionis studio excelluerunt aemulatus exempla, post restitutam Europae pacem, et civiles res unanimi consensu a foederatis principibus ordinatas, Nos per literas adiit, petiitque ut ad res ecclesiasticas in suo regno, id quod jampridem agi coeptum erat, communi consilio componendas, feliciterque concludendas foediremus.

Et conventionem ad hoc initum fuisse refert.

§. 3. Vos ipsi, venerabiles fratres, intelligitis quam lubenti laetoque animo tam Nobis caram, tamque ipsi regi honorificam occasionem simus amplexi, et quo studio jussserimus haec iterum negotia suscipi, suumque ad finem perduci, quod cum in hac urbe Nostra, Nostrosque ante oculos gestum, perfectumque sit, inita proinde inter Nos conventio est, cui ex utraque parte delecti plenipotentiarii subscripserunt: nomine quidem Nostro dilectus filius noster Hercules S. R. E. cardinalis Consalvi, nomine autem regis ven. frater Casimirus liber baro de Haeffelin episcopus Chersonesis. Eadem vero conventio jam a Nobis, ipsoque rege rata habita est, mandavimusque ut una cum literis apostolicis eam confirmantibus, vobis exhibeatur, quo plenius illam, et accuratius cognoscere possitis.

Loquitur de subsequuta dioecesum immutatione.

§. 4. Haud multa sunt, quae in illius regni dioecesibus de utriusque Nostrum consensu mutata fuerunt, ad aliqua tamen commutanda temporum Nos ratio impulit. Apostolicas vero literas, quibus nova dioecesium circumscriptio continetur proferre nondum possumus, quod ante quaedam necessario inspicienda, faciendaque sunt, quae ei demandabimus, quem brevi illuc nuncium Nostrum missuri sumus, ut inter Nos, regemque ipsum convenit.

Exponit quomodo feliciter ad exitum pervenerint transactiones de rebus ecclesiasticis, et jurisdictione episcoporum.

§. 5. Quod spectat ad spirituales Ecclesiae res, facilis, et propensa regis, quam in tractatione experti sumus in bonum religionis voluntas fecit, ut easdem illic in tuto collocaremus. Constitutum igitur perspicietis plane liberum episcopalis jurisdictionis exercitium ad tuendam catholicam fidem, ecclesiasticamque disciplinam, et ad continendos fidelium mores, et juvenes, praesertim eos, qui in sortem Domini vocati sunt, probe instituendos. Vincula, quibus membra cum capite, hoc est cum hac b. Petri cathedra, in qua centrum unitatis situm est, conjunguntur, arctiora per conventionem evaserunt. Curavimus, ut clerus et esse illic, et perenniter vigere possit; ut nonnulla monasteria restituantur, tollanturque penitus controversiae, quae saepe in beneficiorum, praesertim parochialium, collationibus oriri solebant. Ne qua vero ratione offici religionis bono possit, non solum leges, ordinationes, et decreta conventioni adversantia sublata sunt, sed etiam statutum est, ut caetera quae ad res, et personas ecclesiasticas pertinent, quarum nulla expressa mentio in conventione facta sit, ad normam doctrinae Ecclesiae exigantur, et juxta vigentem, et approbatam ejus disciplinam administrentur.

Disserit de dotationibus obtentis pro episcopis, capitulis, et seminariis.

§. 6. Nec ea negleximus, quae ad Ecclesiae temporale bonum spectant. Quapropter assignatos invenientis episcopis, capitulis, et seminariis convenientes redditus, non precarios quidem illos et incertos, sed stabiles, sed immotos, sed ecclesiae in perpetuum addictos, ab eaque libere administrandos.

Spem suam collocat in obtenta permissione piorum fundationum, ut pinguius consulatur dotationi cleri Germanici.

§. 7. Hi certe redditus antiquitas cleri Germanici opes non aequant, sed quoniam infelicitas temporum non sinit esse uberiores, confidimus memoratum clerum divinae voluntati acquiescentem, curantemque non quae sua sunt, sed quae Jesu Christi, vitae integritate, virtutibusque quavis opulentia splendidioribus venerationem populorum sibi conciliaturum. Ceterum sancito, et confirmato piarum fundationum permissu, servatoque pleno, ac libero acquirendi, possidendique jure, patet ecclesiis, cleroque Germanico ad uberiora commoda aditus, quod feliciori tempore a spectata regis munificentia, exploarataque Bavarici populi pietate futurum Nobis pollicemur. Nos autem praestantissimo regi vicem reddentes, quod suam operam nobiscum contulerit, et instaurandis Ecclesiae rebus tam pie faverit; eidem et catholicis ejus successoribus indulsimus, ut ad vacantes octo ecclesiarum sui regni se-

des, tum ad quasdam ipsarum ecclesiarum dignitates, et canonicatus idoneos viros nominare possint, ut ex indulto ipso vobis patebit.

Vota pendit pro definitiva compositione ipsius cleri in universo Germaniae regno.

§. 8. Habetis, venerabiles fratres, quid pro restituendis in Germania Ecclesiae rebus incoeptum, actumque a Nobis fuerit. Multa quidem agenda supersunt apud numerosam adeo nationem, atque in tot principatus divisam. Speramus autem, enixeque a Deo petimus, ut antequam e vita discedamus det Nobis ut Germanicarum ecclesiarum omnium negotia componere, et in ordinem revocare possimus. Adsunt jam e Germaniae principibus qui se idem cupere, praestoque Nobis in re tam salutari esse velle Nobis ipsis gratissimo cum animi Nostri sensu professi sunt. Vestras ad caelestem Ecclesiae principem, omniumque fidelium preces imploramus, ut virtute Nos induat ex alto, conatusque Nostros sua gratia secundet, sine qua labor omnis perperam, frustraque suscipitur.



## DCCLXII.

Dat. die 21 novembris 1817. anno XVIII.

51. Devono inoltre tutte le vedove esibire la fede di morte del marito, visata dal colonnello, o comandante del corpo se erano in attività, o da' superiori dei dicasteri militari, s' erano impiegati, o giubilati: se il militare muore fuori della guarnigione del reggimento si dovrà esibire la fede del parroco, certificata da qualche officiale di stato maggiore, o dal comandante, o ajutante di piazza il più prossimo al luogo della morte: In mancanza di questo sarà visata dal gonfaloniere del luogo.

52. Se il defonto ha lasciato dei figli, deve la vedova esibire la giustificazione della esistenza, dello stato, ed età dei medesimi per mezzo delle fedi di battesimo certificate da tre testimonj.

53. Queste medesime giustificazioni si devono presentare dai figli maggiori in favore dei minori, che hanno diritto alla pensione, quando non abbiano madre, o abbia questa contratto un secondo matrimonio.

54. La madre di un' officiale, che per morte del suo figlio cerca di entrare in pensione deve provare la leggittima qualità di madre, la sua vedovanza, e l'ultimo soldo del suo defonto figlio nella stessa forma, e coi medesimi documenti delle vedove; se nel tempo stesso fosse vedova di un' altr' officiale deve provare ambedue li titoli.

55. I superiori, che ricevono tali documenti, devono esaminarne la leggittimità e passarli al comando genarale, il quale li trasmetterà al presidente della commissione unitamente alle suppliche.

56. La commissione, fatto l' esame dei documenti, e trovatili in regola, farà il decreto per l'ammissione alla pensione.

57. Le vedove devono esibire la fede di vita, e della vedovanza, e giustificare l' esistenza, e mantenimento dei figlj presso di loro. I tutori presenteranno la fede di vita dei pupilli, e pupille; lo stesso dovranno fare le madri: senza tali giustificazioni non si pagheranno le pensioni; il pagamento della quali si eseguirà posticipatamente di tre in tre mesi all'epoca della scadenza.

58. Queste carte originali si passeranno al presidente della commissione, il quale farà atendere la relazione di tutte le vedove pensionate coll' espressioni delle pensioni respettive, e presso tale relazione, si rilascieranno gli ordini di pagamento, li quali saranno soddisfatti con ricevuta delle parti interessate nei luoghi di loro residenza per mezzo dei commissari locali: nessuno potrà pretendere alcun diritto per si fatti pagamenti.

## CAPITOLO VI.

### *Disposizioni generali*

§. 7. 59. Il presente piano abbraccia tutta la truppa di linea di terra, che milita sotto le bandiere pontificie. Dispositiones generales

60. In conseguenza potrà essere comune al corpo de' Carabinieri, quante volte si assoggetti alle leggi di sopra emanate, e si sottopongano i sott' officiali e comuni alla ritenzione, che dev' essere proporzionata al maggior soldo, di cui godono, detratte però le ritenute autorizzate dal di loro regolamento.

61. Potranno esservi compresi ancora gl' individui del dipartimento della marina sotto le stesse leggi, e condizioni della truppa di terra.

62. Qualunque individuo militare si rendesse reo di diserzione, perderà assolutamente il diritto a qualunque beneficio del monte verso la di lui famiglia, quantunque sia stato soggetto alle stabilite ritenzioni.

63. Le vedove, e figlj di coloro, che avessero domandato, ed ottenuta la dimissione dal servizio militare, o fossero stati cassati, ed espulsi, ancorchè fossero officiali, ed impiegati, non avranno titolo nè diritto a verun beneficio del monte, giacchè questo è istituito a sollievo delle famiglie di quei militari, che o sono morti durante il servizio, o dopo averne ottenuta la giubilazione.

64. Il piano comincierà ad avere effetto dal primo del corrente mese di gennajo 1818.

CLAUSOLE DEROGATORIE

Clausulae sanatores, et irritantes.

§. 8. Volendo, e decretando, che alla presente Nostra cedola di moto proprio benchè non esibita, nè registrata in camera, e ne' suoi libri non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, o orrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri pretesti quantunque validi, validissimi, e giuridici anche di *jus quesito*, o pregiudizio del terzo, possa essere impugnata, moderata, o rivocata, ridotta *ad viam juris*, o concedersi contro di essa l'aperizione *oris*, o altro qualunque rimedio, e che così, e non altrimenti debba sempre, ed in perpetuo giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualunque siasi tribunale, congregazione, ancorchè di reverendissimi cardinali, rota, camera, e qualunque altr' autorità, benchè degna d'individua, speciale, e specialissima menzione, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpretare in contrario: dichiarando Noi fin d'adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tuttociò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità, scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse giudicare contro la forma, e disposizione della presente Nostra cedola di moto proprio, quale vogliamo, che vaglia e debba aver sempre ed in perpetuo il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, benchè non vi sieno state chiamate, e sentite, o citate qualsieno persone, ancorchè privilegiate, privilegiatissime, ecclesiastiche, o luoghi pii, che avessero, o pretendessero averci interesse, e che per comprenderle fosse bisogno di special menzione, non ostante la bolla di Pio IV. *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quaesito non tollendo*, e non ostante ancora tutti, qualsisieno chirografi, brevi, ordinazioni, e costituzioni Nostre apostoliche, e de' Nostri predecessori, bandi, editti, in virtù di essi in qualunque modo emanati, affissi, e pubblicati, leggi, statuti, riforme, stili, e consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, e supplendo colla pienezza della Nostra podestà pontificia ad ogni vizio, o difetto, quantunque sostanziale e formale, che vi potesse intervenire per questa sola volta, e per la piena e totale esecuzione di quanto si contiene nella presente Nostra cedola di moto proprio ampiamente, ed in ogni più valida forma deroghiamo.

Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale, questo dì 15. gennajo 1818.

PIUS PP. VII.



Dat. die 15 januarii 1818 anno XVIII.

DCCLXXI.

Erectio novi episcopatus in insulis Canariis, nuncupati de Laguna

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. In cathedra illius, cui dixit Christus antequam pateretur, tu es Petrus, et reliqua, ac denuo post gloriosissimam resurrectionem suam, pasce oves meas, pasce agnos meos, collatisque coelorum clavibus potestatem ei tribuit ligandi, atque solvendi, meritis licet imparibus, constituti super universas orbis ecclesias aciem Nostrae considerationis extendentes, ubi greges a pastorum custodia ita dissitos cernimus, ut nec promptam ab insidiis defensam ovibus parare, nec eas vel devias reducere, vel morbidas herbis curare salubribus, ullatenus queant, spirituali id suadente utilitate illas ab invicem necessario separandas, et nova opportune plantanda esse tabernacula identidem cognoscimus, ut per pastorum assiduas, praesentesque vigilias oves ipsae continuis, ac sanioribus pabulis enutritae, possint uberius in agro Dominico fructificare.

Expositio precum porrecta rum a rege catholico

§. 2. Haec itaque animo revolventes pontificia benignitate preces excepimus a carissimo in Christo filio Nostro Ferdinando Hispaniarum rege catholico, per dilectum filium equitem Antonium de Vargas y Laguna suum apud Nos, et hanc apostolicam Sedem plenipotentiarium ministrum Nobis exhibitas, quibus maximam Canariensis dioecesis ex septem insulis compositae referendo amplitudinem, simulque probando propter summam distantiam, et interjectos maris tractus, ac praedonum aliquando incursiones unius dumtaxat episcopi operam ad tanti, tamque dissiti gregis spirituale gubernium nullimode posse sufficere, nec satis dioecesanorum necessitatibus provisum iri per auxilium unius suffraganei episcopi titularis in insula Teneriffe residentis cum assignatione congruae annuorum mille septingentorum octodecim duratorum auri de camera cum juliis duodecim, et tribus quartis monetae Romanae decretum per alias Nostras sub plumbo literas datas pridie kalendas junii superiore anno millesimo octingentesimo decimo sexto, studiosissime postulabat, ut durante per obitum bonae memoriae Emmanuelis Verdugo y Albiturria praesenti vacatione sedis episcopalis Canariensis, ac praevia dismembratione ab hac dioecesi quatuor insularum, unius videlicet de Teneriffe, alterius sanctae Crucis de la Palma, ac tertia di Gomera, et reliqua di Ferro respective nuncupatarum centum decem, et amplius animarum millia complectentium, circuitum centum novendecim leucarum insimul efformantium, et a praedonum, aliorumque hostium incursionibus opportune defensarum novam in urbe sancti Christophori de Laguna ipsius insulae de Teneriffe, primaria, et populi frequentia, ac illustrium familiarum antiqua nobilitate conspicua ecclesiam cathedralem erigeremus, eidemque praefatas quatuor insulas integre assignaremus pro dioecesano suo territorio.

Dismembratio locorum de Teneriffe, de la Palma, de Gomera, et di Ferro e dioecesi Canariensi.

§. 3. Omnibus igitur, ea qua par est accurata diligentia perpensis, ac praecipue inspectis Christifidelium in illis partibus degentium necessitate, atque utilitate ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae potestatis plenitudine, praevia revocatione, ac cessatione antedicti officii suffraganeatus, proviso tamen congruae, ac decenti moderni episcopi suffraganei substentationi, suprascriptas quatuor insulas, de Teneriffe, de la Palma, di Gomera, et di Ferro cum integro in illis comprehenso territorio a dioecesi Canariensi perpetuo dividimus, dismembramus, ac separamus, easdemque sic per Nos divisas, dismembratas, ac separatas cum omnibus locis, ecclesiis, beneficiis, et personis, tam ecclesiasticis, quam laicis ab ordinaria jurisdictione episcopi Canariensis perpetuo similiter eximimus, ac liberamus, jubentes propterea, ut omnes, et singulae carthae, scripturae, et alia cujusvis generis documenta ad praefatas quatuor insulas quovis modo pertinentia, et ad illarum incolas quomodolibet spectantia ab episcopali Canariensi curia extrahi,

et cancellariae infradicendi novi episcopatus libere debeant consignari.

Erectio novae civitatis episcopalis.

§. 4. Urbem autem supramemoratam in civitatem episcopalem sancti Christophori de Laguna nuncupandam cum seminario puerorum ecclesiastico cum primum peterit instituendo, et cum omnibus honoribus, juribus, ac praerogativis, quibus civitates hujusmodi frui solent, atque in ea parochialem ecclesiam sub titulo Nativitatis beatae Mariae virginis *dei Rimedj* vulgo dictitatam, satis amplae structurae, ac decenter ornatam, sacrisque suppellectilibus bene instructam in cathedralem ecclesiam sancti Christophori de Laguna etiam nuncupandam archiepiscopo Hispalensi suffraganeam, ejusque metropolitico juri subjectam, ac sub titulo beatae Mariae virginis, et sanctorum Ferdinandi, atque Elisabeth, nec non parochialem ut antea extituram, atque in ea sedem, cathedram, et dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo a nunc, et pro tempore existente catholico Hispaniarum rege Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostris ad praescriptum canonicarum legum nominando, et ab apostolica Sede de more instituendo, qui eidem ecclesiae ac toti dioecesi praesit, ad synodum singulos vocandos convocet, consuetis gaudeat insigniis, praeeminentiis, honoribus, ac praerogativis, omnia et singula officia, et munia episcopalia habeat, plenamque tam ordinariam, quam a sacris canonibus, et a concilio Tridentino delegatam super cujusvis ordinis clero saeculari jurisdictionem ecclesiasticam, sicuti juris est libere exerceat, et cum infraenunciando suo capitulo cathedrali, atque cum adsignatione ante dictarum quatuor insularum de Teneriffe, de la Palma, de Gomera, et di Ferro pro integro dioecesano suo territorio ad Omnipotentis Dei gloriam, et ad catholicae religionis incrementum, perpetuo erigimus, et constituimus.

Erectio capituli cathedralis.

§. 5. Capitulum vero ipsius novae cathedralis ecclesiae efformandum esse decernimus a sex dignitatibus, quarum post pontificalem major est decanatus, cui succedent tres archidiaconatus de Teneriffe, de la Palma et de la Gomera respective nuncupandi, ac deinde cantoratus, et thesaurariatus, atque a quatuordecim canonicatibus, comprehensis in eis quatuor praebendis, poenitentiaria, doctorali, magistrali, et lectorali denominandis, et per concursum de more conferendis, adjectis insuper octodecim residentialibus beneficiis, quorum decem portionarii integri, et alii octo dimidii portionarii nuncupabuntur; cum lege tamen quod redditus mensae capitularia dividantur in triginta tres praebendas, sive portiones ut infra distribuendas, assignando scilicet unam portionem cum quarta parte alterius portionis cujuslibet ex dignitatibus, portionem unam unicuique ex quatuordecim canonicatibus, tres quartas partes unius portionis cuilibet portinario integro, ac medietatem portionis singulis dimidiis portionariis, et alterius cum conditione, quod in suspenso manente collatione quatuor canonicatuum duorumque integrorum portionariorum fructus unius canonicatus juxta morem, antedicto decanatui, alterius tribunali sanctae inquisitionis, ac binorum publicae studiorum universitati erectae in eadem urbe sancti Christophori de Laguna, in qua existunt tria virorum ex ordinibus sancti Augustini, sancti Dominici, et sancti Francisci coenobia, et duo mulierum sub regula sancti Francisci et sancti Dominici monasteria, binarum autem integrarum portionum in manutentionem cappellanorum cantorum, aliorumque inferiorum ecclesiae inservientium arbitrio episcopi, et capituli erunt erogandi, firma in ipsa cathedrali remanente parochialitate, cujus cura habitualis erit penes capitulum per vicarium seu vicarios curatos exercenda, praeter alteram parochialem ecclesiam del Sagrario nuncupandam in dicta urbe existentem sub titulo Conceptionis beatae Mariae Virginis.

Privilegia capitulo concessa.

§. 7. Porro eidem capitulo, in quo dignitates, et canonici capitulariter congregati votum canonicum, ac portionarii solum votum capitulare, et dimidii portionarii nullum votum, atque in choro stallum inferiorem habebunt, pro rerum, ac jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero, felicique regimine, ac directione, nec non onerum eis respective incumbentium supportatione, divinorum officiorum, alia-

rumque ecclesiasticarum functionum celebratione, distributionum quotidianarum divisione, ac poenarum per negligentes incurrendarum impositione, quaecumque statuta, et decreta, licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini, et concordato cum apostolica Sede usque ab anno 1753 inito, ac posterioribus gratiis ab apostolica Sede concessis, minime adversantia, et per episcopum expresse adprobanda plenam, et liberam facultatem, concedimus, atque impertimur. Futuro autem ac pro tempore existenti episcopo sancti Christophori de Laguna, ut ipse juxta rerum, ac temporum circumstantias, ac redditum vel augumentum, vel imminutionem supradictarum dignitatum, canonicatuum, integrarum, et dimidiarum portionum numerum, cum respectiva fructuum adsignatione apostolica sibi ad id specialiter delegata facultate aliquantum immutare, dummodo regio ad id interveniente beneplacito cathedralis capituli consilium, et assensus accedat, ac nullum exinde divini cultus exercitio praejudicium inferatur libere, ac licite valeat potestatem tribuimus, et auctoritatem. In quolibet vero casu vacationis praefatae sedis episcopalis capitulum cathedrale intra praefixum tempus, et juxta formam a sacro concilio Tridentino praescriptam unum dumtaxat, vel de gremio, vel extra vicarium capitularem eligere debebit, qui ordinariam exercens jurisdictionem dioecesim in spiritualibus gubernet, ac etiam concursus indicat pro collatione beneficiorum curatorum juxta tenorem supradicti concordati, qui una cum aliis canonici juris dispositionibus, Tridentini concilii decretis, atque apostolicis constitutionibus in provisione praebendarum, aliorumque ecclesiasticorum beneficiorum erit accurate observandus.

Assignatio congruae pro utraque mensa veteri, et nova.

§. 8. Ad avertendum praeterea quorumlibet fortasse imposterum oriturarum quaestionum periculum, infrascripto praesentium literarum exequutori committimus, et injungimus, curet diligenter, ut antiquae Canariensis, ac novae sancti Christophori de Laguna tam episcopalis, quam cathedralis mensae pro utriusque episcopi, et capituli congrua, et decenti substentatione respective dotationes, opportune in praesentiarum constituantur, quoad ecclesiam Canariensem ex redditibus quibuslibet ab insulis de Canarie, de Lanzarote, ac de Fuertaventura provenientibus, quo vero ad alteram ecclesiam sancti Christophori de Laguna ex aliis pariter quibuscumque redditibus annuis ab insulis de Teneriffe, de la Palma, de la Gomera et di Ferro desumendis, ac proportionabiliter dividendis, ut amplae, ac bonae structurae domus contiguae cathedrali ecclesiae Nativitatis beatae Mariae Virginis *dei Rimedii*, ac sanctorum Ferdinandi, et Elisabeth nuncopatae pro episcopi habitatione libere, ac perpetuo adsignentur, atque manutentioni fabricae unius, et alterius ecclesiae cathedralis opportune, ac stabiliter consulatur. Mandamus pariter, ut occasione, vel jam secutae, vel secuturae nonnullarum praebendarum in cathedrali Canariensi ecclesia vacationis illarum numerus aliquantulum imminuatur, ita ut illius capitulum constet ex sex dignitatibus, nempe decanatu majori post pontificalem, tribus archidiaconatibus di Canarie, di Lanzarote, et di Fuertaventura nuncupandis, cantoratu, et thesaurariatu, et ex quatuordecim canonicatibus comprehensis, quatuor praebendis poenitentiaria, doctorali, magistrali, et lectorali, atque ex aliis octodecim residentialibus beneficiis, nempe decem portionariis integris, et octo dimidiis portionariis respective nuncupandis, cum congrua unicuique fructuum adsignatione facultatem simul impartiendo pro tempore existenti episcopo Canariensi antedictum capitularium numerum juxta rerum ac temporum exigentiam immutandi, modo, et forma pro cathedrali ecclesia sancti Christophori de Laguna supra enunciatis.

Facultates concessae executori apostolico.

§. 9. Nos enim ad hoc, ut praemissa omnia sic per Nos, ut praefertur disposita suum valide sortiantur effectum, personam in episcopali, seu alia ecclesiastica dignitate constitutam a laudato Ferdinando rege designandam in exequutorem harum Nostrarum literarum designamus, eidemque omnes, et singulas ad hujusmodi rerum complementum necessarias, et opportunas facultates

etiam subdelegandi alteram personam in dignitate ecclesiastica pariter constitutam, nec non quaslibet oppositiones in actu executionis praefatae quomodolibet forsan orituras examinandi, ac servatis de jure servandis definiendi auctoritatem concedimus, et impertimur.

Praeceptum de inscribendis fructibus in libris camerae.

§. 10. Mandamus propterea supradictam episcopalem ecclesiam sancti Christophori de Laguna per Nos, ut praefertur, noviter erectam in libris camerae Nostrae apostolicae in florenis quingentis de more taxari.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 11. Praesentes autem Nostras literas, et in eis contenta quaecumque semper et perpetuo validas, et efficaces esse et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, ac nullo umquam tempore, ex quocumque capite, vel qualibet alia causa, etiam ex eo quod quilibet in praemissis interesse habentes ad id vocati, et auditi non fuerint, atque iisdem praemissis non consenserint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio quantumvis magno, et substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut contra eas quodcumque aliud juris, vel facti remedium impetrari unquam posse; sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate, praerogativa, privilegio, et praeeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpetrandi facultate, judicari, et definiri debere, irritum quoque et inane ai secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari similis potestatis plenitudine decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictaeque Canariensis ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis, quoque indultis, et literis apostolicis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, ac etiam irritantibus decretis. Quibus omnibus, et singulis eorum tenores pro plene, et sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris, latissime, ac plenissime ad praemissorum validissimum effectum specialiter, et expresse harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum dismembrationis, divisionis, disjunctionis, revocationis, erectionis, institutionis, declarationis, concessionis, commissionis, mandati, facultatis, applicationis, assignationis, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere, eique ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo octavo kalendis februariis, pontificatus Nostri anno decimo octavo.



Dat. die 31 januarii 1818 anno XVIII.

DCCLXXII.

Dismembratio civitatis Pergulanae, et ejus territorii ab abbatia Nonantulae, ejusque incorporatio dioecesi Calliensi, sub specialibus reservationibus, et conditionibus.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Romani pontifices majorem in dies Omnipotentis Dei gloriam, et utiliorem Dominici gregis procurationem assidue urgere, adhibitisque pro locorum, et circumstantiarum ratione remediis operari ex commisso sibi divinitus apostolicae servitutis officio intenta semper solicitudine studuerunt. Hoc spectant editae per praedecessores Nostros, et per Nos ipsos constitutiones, quibus, vel novi episcopatus sanciti, vel dioecesium immutationes decretae, vel alia id genus fuerunt opportune instituta in eum cum primis finem, ut et ecclesiastici ministerij splendor augeretur, et salubrior fieret sacrorum ministrorum ordinatio, et demum fidelis populi gubernatio felicior, promptiorque conflaret.

Expositio precum

§. 2. Ista Nos animo revolventes magnum equidem percepimus dolorem ex precibus per clerum, populum, et homines civitatis Pergulae Nobis exhibitis, ac praestantium virorum testimonio probatis ob gravia incommoda in justitiae quoque perniciem obvenientia ex varietate spiritualis jurisdictionis, qua in praedicta civitate eique continenti territorio fruuntur tam venerabiles fratres pro tempore existentes Eugubinus, et Calliensis episcopi, quam dilectus filius abbas commendatarius monasterij abbatiae nuncupatae sancti Sylvestri terrae Nonantulae ordinis sancti Benedicti Nullius dioecesis provinciae Ravennatensis, itaut innumeris exinde gliscentibus malis deprehenderimus apostolica auctoritate Nostra esse occurrendum, ac totum illum gregem sub unius pastoris custodia commendandum esse, ut hoc pacto, et oves proprius, ac securius agnoscant pastorem suum, et qualibet cessante regiminis diversitate una eademque ubique conspiciatur praescriptionis disciplina, nec amplius, quod sane pravi exempli erat ab una ad alteram aedem commigrando episcopalis gladij acies in criminibus vindicandis identidem illudatur.

Tenor concessionis.

§. 3. Re igitur universa longum jam in examen perducta, praefatisque auditis episcopis, et abbate commendatario, ac omnium, et singulorum communibus rationibus pensitatis, et praesertim spiritualis regiminis majori commoditate, facilitate, et utilitate ex locorum natura, ac distantia diligenter inspectis, habito insuper consilio selectae congregationis nonnullorum venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine a quavis ordinaria jurisdictione, tam episcopi Eugubini, quam abbatis commendatarij Nonantulani civitatem Pergulae, ipsiusque territorium, ac parecias, et adjacentia loca ab iisdem in eodem territorio respective dependentia cum collegiata, ac aliis respectivis ecclesiis, et locis piis, atque utriusque sexus personis tam ecclesiasticis, quam laicis eximimus, absolvimus, et liberamus, ac disjungimus, et solius pro tempore existentis episcopi Calliensis ordinariae jurisdictioni, spirituali gubernio, ac omnimodo juri dioecesano perpetuo tribuimus, unimus, subjicimus, appropriamus, atque incorporamus, firma tamen remanente dispositione felicis recordationis Benedicti papae decimi quarti praedecessoris Nostri super facultatibus vicario Pergulano tribuendis per suas apostolicas in forma brevis literas praefinita.

Reservationes speciales.

§. 4. Ut vero Eugubina ecclesia tot tantisque nominibus commendata, quae majorem partem antedictae civitatis Pergulae antea moderabatur, aliqua ob hujusmodi jacturam compensatione se levatam praesentiat, volumus, atque mandamus, ut ex nunc imposterum perpetuis futuris temporibus Pergulani cives ex redditibus bonorum ecclesiae assignandorum quolibet anno in festo sanctorum Mariani, et Jacobi martyrum, die trigesima mensis aprilis quinquaginta scuta monetae Romanae moderno, ac pro tempore existenti episcopo Eugu-

bino solvere omnino teneantur. Volumus etiam atque praecipimus, ut supradicto abbati commendatario Nonantulae reservatum, ac salvum remaneat jus exigendi canones, et laudemia jam antea ad ipsum spectantia, quocirca venerabilem fratrem episcopum Forosemproniensem in exequutorem praefatarum literarum eligimus, ac deputamus, eidemque facultates omnes ad praemissorum effectum necessarias, et opportunas concedimus, atque impartimur.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has Nostras literas, ac in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore etiam ex eo quod quilibet in praemissis interesse habentes, vel habere praetendentes auditi non fuerint, ac iisdem praemissis non consenserint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio etiam substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam vocari posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, et inane declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibusque conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictarumque ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus, quibus ad praemissorum omnium effectum specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum absolutionis, liberationis, disjunctionis, attributionis, unionis, subjectionis, appropriationis, incorporationis, voluntatis, mandati, praecepti, deputationis, concessionis, impartitionis, decreti, declarationis, ac derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo decimo octavo, pridio kalendas februarij, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

---

## DCCLXXIII.

Dat. die 24 februarii 1818 anno XVIII.

Concessio usus palmaris vulgo « Bugia » pro canonicis basilicae sanctorum Laurentii et Damasi de urbe.

### Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum

§. 1. Ex parte dilectorum filiorum capituli, et canonicorum basilicae sanctorum Laurentii, et Damasi de Urbe expositum Nobis nuper fuit, quod per felicis recordationis Clementem pp. VIII. praedecessorem Nostrum sub certis modo, et forma tunc expressis eidem capitulo indultum fuit, ut canonici, beneficiati, clericique beneficiati cappa, roccheto, atque cotta ad instar ecclesiarum patriarchalis Lateranensis, basilicae Principis Apostolorum, et sanctae Mariae Majoris de eadem Urbe uti possent, et valerent, ac alias, prout ex motu proprio ejusdem Clementis praedecessoris in simili forma brevis die xxvi. maii MDXCII. expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur. Quoniam autem multum decoris ad ipsam basilicam accederet, divinusque cultus, populique devotio non parum ibi incrementi susciperet, si Nos Clementinum hujusmodi privilegium confirmantes nova alia exteriore praerogativa ipsius canonicos ornaremus, qua hi perpetuo excitentur, ut christianarum interiorum virtutum splendore luceant in domo Domini: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis

§. 2. Nos igitur exponentes praefatos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdi-

cti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, referente venerabili fratre F. archiepiscopo Berytensi congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium praepositorum secretario, praememoratum Clementinum indultum, ac omnia, et singula in eo contenta, et expressa (ita tamen rocchetum, itemque cappa cum pellibus armellinis albis pro canonicis tantum, pro beneficiatis vero, clericisque beneficiatis eadem cappa cum iisdem pellibus cineracei coloris concessa intelligantur in quibuscumque processionibus, et actibus publicis capitulariter tam intra, quam extra ipsam basilicam peragenda) auctoritate apostolica, tenore praesentium approbamus, et confirmamus; praeterea eisdem canonicis, et eorum cuilibet nunc, et pro tempore in perpetuum existentibus, ut in missa tam privatim, quam solemniter celebranda, et reliquis presbyteralibus functionibus palmatoria, vulgo « Bugia » intra ipsam basilicam tantum uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus, eosdemque canonicos desuper a quoquam impediri, aut perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum. §. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac etiam, quatenus opus sit, ipsius basilicae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, ceterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta februarii millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

## DCCLXXIV.

Dat. die 27 februarii 1818 anno XVIII.

Confirmatio nonnullarum resolutionum, quibus probata fuerat arbitraria, sed provida assignatio quorumdam bonorum ad confraternitates terrae Balneocaballi pertinentium, peracta favore hospitalis sanctae Mariae de Traversara ejusdem civitatis.

### Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum. §. 1. Dudum Nobis exponi fecerant dilecti filii comes Stephanus Biancoli potestas, itemque Joseph Bagnoli, eques Petrus Vitelloni, Joannes Biondi, et Clemens Berlinzani tunc sapientes terrae Balneocaballi Faventinae dioecesis, quod, cum bona ad confraternitates vulgo « de' Battuti bianchi, de' Battuti neri, misericordiae, et consortii tertiariorum sancti Francisci, nec non ad parvum hospitale sanctae Mariae de Traversara - pertinentia a tunc existente illius provinciae gubernio illegittime, provide tamen addicta in perpetuum fuerint nosocomio ejusdem terrae, cumque ob assignationem bonorum hujusmodi quinarius infirmorum numerus, qui antea in dicto nosocomio substentari, et curari poterat, nunc ad trigesimum, et ultra ascenderit, eamdemque assignationem illegitime factam per Nos sanari, confirmari, ac etiam denuo concedi plurimum desiderant, asserentes, quod ob temporum calamitatem ita aucta ibi reperitur pauperum multitudo, et necessitas, ut nonnulli infirmi extrema inopia laborantes perirent, nisi remediis, et curationibus adjuventur.

Judicium ad rem datum a sacra congregatione episcoporum, et regularium. §. 2. Hisce precibus infrascriptae congregationi remissis, rescriptum prodiit sequentis tenoris, videlicet » « Sacra congregatio eminentissimorum, et reverendissimorum S. R. « E. cardinalium negociis, et con« sultationibus episcoporum, et re« gularium praeposita, referente emi« nentissimo Pacca ponente, atten« tis relationibus episcopi Faventini, « et eminentissimi legati Ferrarien« sis, visis videndis, aliisque con« sideratis considerandis, precibus « oratorum sequentem in modum

« rescripsit : consulendum sanctissimo pro sanatione applicationis bonorum confraternitatum, de quibus agitur, favore hospitalis Balneucaballi, et quatenus opus sit, pro nova, et perpetua eorumdem bonorum applicatione erga praedictum hospitale, commutata in hac parte testatorum volontate, ea lege, ut adimpleantur legata pia ab iisdem relicta, ecclesiae praedictarum confraternitatum debito cultu manuteneantur, atque juxta canonicas sanctiones ab administratoribus ordinario ratio administrationis reddatur, et ad Dominum secretarium cum sanctissimo. Romae die decima secunda decembris millesimo octiogentesimo decimo septimo. »

Approbatio apostolica.

§. 3. Successive autem, referente venerabili fratre F. archiepiscopo Berytensi, et ejusdem congregationis secretario, rescriptum fuit, ut sequitur, nempe. « Facta in praemissis relatione sanctissimo Domino Nostro in audientia diei 49. ejusdem mensis, et anni a Domino subsecretario, Sanctitas Sua, praevia culpabilium absolutione a censuris, benigne annuit pro sanatione applicationis bonorum confraternitatum, de quibus in precibus, vel etiam pro nova, et perpetua applicatione favore hospitalis, et approbando in omnibus resolutionem sacrae congregationis, illam exequendam esse mandavit, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Romae die, et anno ut supra « A. card. Matthaejus » « F. archiepiscopus Beryti secretarius » Nunc demum dilecti filii canonicus theologus Ludovicus Brignani cubicularius Noster honorarius supranumerarius, comes Vincentius Ercolani, et Aloisius Diversi, quibus ibi componitur Charitatis congregatio, ut praeinserta rescripta firmius subsistant, et serventur exactius, ambo apostolicae Nostrae confirmationis aubsidio muniri vehementer optant.

Confirmatio praedictae resolutionis

§. 4. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et singulares personas, quibus praesentes Nostrae literae favent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, praeinserta rescripta, omniaque, et singula in eis contenta, et expressa, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis, ac perpetuae firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus quomodolibet in eis interventos supplemus, et sanamus, eademque, ut solemnia decreta edita, et acceptata haberi, et servari volumus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sedis apostolicae nuncios, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictarum confraternitatum, et parvi hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima februarii millesimo octigentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.

Dat. die 13 martii 1818 anno XVIII.

## DCCLXXV.

Facultas concessa canonicis ecclesiae castri sancti Joannis de Olubra dioecesis Placentinae utendi cappa magna cum pellibus de dossis tempore hyemali, et armisinio serico caerulei coloris supra rocchettum aestivo tempore.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Prooemium

§. 1. Romanus pontifex in apostolicae dignitatis fastigio singularum ecclesiarum statum circumspiciens, ecclesias antiquitatis laude florentes, ac personas in eis Altissimo famulantes peculiaribus favoribus, et praerogativis eos libenter exornat, prout conspicit in Domino salubriter expedire.

Ratio, et tenor concessionis.

§. 2. Hinc est, quod Nos ad ea, quae ad insignis, prout asseritur, collegiatae ecclesiae castri sancti Joannis de Olubra Placentinae dioecesis majus ornamentum, et dignitatem spectant, favorabiliter intendentes, ac dilectis filiis archipresbytero et canonicis ejusdem collegiatae specialem gratiam facere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, attenta favorabili relatione episcopi Placentini Nobis transmissa, modernis et pro tempore in perpetuum existentibus archipresbytero, et canonicis collegiatae ecclesiae praedictae, ut ipsi cappam magnam vulgo di Saja pavonazza nuncupatam cum pellibus de dossis seu ventris di *Vajo* vulgo nuncupatis hyemali tempore, aestivo vero armisino serico caerulei coloris supra rocchettum tam in ecclesia praedicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare libere et licite valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus, easque desuper a quoquam quavis auctoritate impediri, molestari, perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia martii millesimo octingentesimo decimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo octavo.



# INDEX

## MATERIARUM PRAECIPUARUM

QUAE

IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR

# PII VII.



## A

### ABBATIA



### ALLOCUTIO





### APPLICATIO

# C

## COLLEGIUM

CONCESSIO



CONFIRMATIO

CONVENTIO

CONSTITUTIO



# D

DAMNATIO



DISMEMBRATIO

# F

## FACULTAS

FESTUM



# H

IPOTHECA

INDULGENTIA



IRREGULARITAS



JURISDICTIO



# I

JUS PRIVATIVUM

# L

## LEX



# M

## MISSA

# N

## NOMINATIO



# O

## OFFICIUM



# P

## PRIVILEGIUM



# R

## REINTEGRATIO

ROTA



SODALITIUM



STATUTUM

TIMBRUM

TRIBUNAL



UNIO



VECTIGAL

VIA





